Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

PLVTARCHI CHAERONENSIS PARALLELA, seu Vitæ parallelæ.

ID EST,

VITAE ILLVSTRIVM virorum, quos binos quasi paria composuit.

SEV, VITAE COMPARATAE.

Interprete

HERMANNO CRVSERIO, I. C. atque illustrissimi ducis Cliuensis consiliario.

TOMVS I.

Indici locupletissimo adiectæ sunt GVILIELMI XYLANDRI annotationes, & quædam ipsius CRVSERII. Quibus accedunt quæ HENR. STEPHANVS in Græcum contextum annotauit: simul de quorundam locorum interpretationibus agens, & alicubi diuersas inter se conferens.

- 1561. -
82105

HERMANNVS CRVSERIVS LECTORI.

ANnus agitur iam quintus, candide lector, quum filia mea vnica, optimæ spei atq; insignibus ornata dotibus puella, nec exspectato & repentino sublata fato est. Vnde quum dolor me perculisset, qualē verisimile est vnico amisso atque charissimo pignore pium patrem: neque vellem stultorum more planctibus me affligere & eiulatibus, nec euellere valerem tamen ex animo luctum acerbum meum: quò mœrori meo medicinam facerem, cúmq; lenirem, cōfugi ad sacram philosophiam, qua animis ægris nulla medetur præsentius. Atque vt faciūt medici, qui quum lenientibus doloris medicamentis nihil proficiunt, adhibent ea quæ inducunt stuporem: ita mihi quum omnibus momentis recurreret in mentem acerba iactura mea, arripui insuper in manibus vitas Plutarchi: quæ sanè, vbi discessi à lectione sacra, alleuauerūt me mirificē. Reputabam enim mecum, dum eas legi, turpe mihi fore, homini à puero in literis versato, & verò Christiano, non ita ferre casum meum vt alii nonnulli nō instituti diuina doctrina tulerunt. Itaq; quò cogitationem & sensum omnem dispellerē grauis vulneris mei, institui vitas Plutarchi omnes in linguam Latinam transferre: quòd ea commentatio totum animum requireret, neque cogitationum interpellationem admitteret aliarum. Ita siquid laboribus hisce meis commodaui studiosorum reip. id filiæ meæ beatæ, cuius me desiderium torsit grauissimè, ferent acceptum. Impulsus eo sum facilius quòd superioribus annis paucas vitas per otiū, quasi ludens, sermone Romano explicauissem, quò animū à tristi & tetrica agitatione iuris ciuilis recrearem. Nec sanè mediocriter eleuauit hæc exercitatio ægritudinem meam, sed imprudēti callum obduxit. Neque destiti, vbi semel cœpi, dum totum hoc detextū est opus. Assiduitatem operæ & studii mei interrupit morbus, qui diu me tenuit: tum frequentia negō-

tia optimi principis mei, aliorúmque principum virorum atque amicorum, quorum temporibus & casis non potui vel debui deesse. Quod in causa fuit vt duobus annis penè serius potuerim interpretationē meam edere. Interea quū iá poluissem atque emēdassem vitas meas Plutarchi, ostendit mihi Bruxellæ, vbi agebam illustrissimi principis mei legatus, secretarius regius editas elegantissimè ab Amioto lingua Gallica vitas Plutarchi, quæ exierant tamen in publicum sex menses antè quàm eas viderem. Huius viri mihi eruditio & diligentia aliquid lucis nonnullis in locis attulit. Cui ego hoc testimonium dabo, non posse fieri vt quisquam hoc tempore Plutarchū tam vertat ornatè lingua Latina quàm vertit ille sua. In causa est quòd ille linguam maternam nitidissimis coloribus excoluerit distinxeritque: quum nos linguam Romanam vix longo spatio ac multis laboribus alienam atque exoletam quasi balbutiamus. Postremò sub dies festos Pentecostes hoc anno M. D. LXI, quum iam partem priorem interpretationis meæ misissem ad typographum, virū ornatum, Christophorum Plantinum, qui expetierat à me hunc librum, vt sibi excudēdū darē: allata est ad me viri docti & industrii interpretatio Latina, Guilielmi Xylándri, quæ si prodisset ante triennium, quàm tam longè essem progressus & opus cōsummassem, nō admouissem ei fortassis vltrà manus: nunc verò exantlatis tot laboribus, & tot difficultatibus exhaustis, nolui tantum opus nequicquam subisse, vel studiosos defraudare aliquo fructu, quem forsitan accipiēt ex vigiliis nostris. Ego quidem si dicere hic nō valeam vitas me Plutarchi, quas plurimi sumpserunt antehac Itali Latinè reddendas, parum feliciter, me explicauisse vnum & verius & mundius: hoc certè dicere queo, liquidè & rectè esse arbitratum me hoc effecisse. Nunc supprimere occuparam tantum laboris, animi videatur vel ignaui vel inuidentis sua studiosis. Neque verò hoc sine exemplo fecerim. Atq; vt præteream vetera, Dioscoridem verterunt viri doctissimi tres, Hermolaus Barbarus, Ruellius, & Marcellus Vergilius. Suum cuique fuit illic iudicium. Cedit autem hic casus etiam commodo studiosorum. Quum enim fieri tanto in opere adeò obscuro & vario nequeat vt nusquam hæreas, nusquam indormites vel impingas: eueniet vt vbi vnus excutierit, id perúiderit alter perspicacius: atque sic fructum ferat lector ex Plutarchi vitis solidum. Porrò intendit asperitates huius lucubrationis decessus optimæ filiæ meæ, cuius facere non potui quin mediis in laboribus aliquādo recordarer & pungerer priuatione. Huc accesserunt infidissimorum & infestissimorum importunitates & tormenta vicinorum meorum cum gregalibus suis, bestiis turpissimis atque liuidissimis. Iam variorum negotiorū extraneæ incursationes nō mediocriter retinuerunt cursum meum. Supra omnia fuit labor mihi meus grauior, quòd sedes habeā vbi neque copia sit librorum, neq; vir eruditus vllus, imò ne in vicinia quidē, quicum licuit conferre, qui quidem in arena iactauerit se literarū Græcarum & Latinarum elegātiorum: quum requiratur tamen imprimis vt qui varium opus & magnificum edere intendit, in ampla agat vrbe, vbi & magna facultas sit librorū, humaniq; & exculti doctrina homines. Attamen omnibus extricatis vinculis peregi opus: in quo excusabunt me lectores cādidi, sicubi tam nodoso in opere & multiugo titubauerim. Magnis enim in rebus difficile est vbique canere rectē. Adhæsi verbis Plutarchi quantum mihi sermo Romanus permisit. Neque enim sine religione discedendum arbitratus sum à verbis eius: quòd, vt est pressus, nullum penè sine aliquo mysterio sit.

Ordinem vitarum, adiuuandi causa lectoris, mutaui studiosē: vt aliqua series esset & catena temporū: nec tenor, qui potissimùm refert ad intelligendum & conseruandum res memoria, semel esset inconditus atque confusus. Quia verò non vnius ciuitatis Plutarchus principes Græcos pertendit cum Romanis, verùm varias ex vrbibus, atque etiā nōnullos accersit

Universidad de Deusto
Biblioteca

alienigenas ex Epiro, Macedonia & longius vsque ex Asia & Perside, vt non sit vna eadémque eorum sicut resp. ita historia: tempora sequenda putaui Romanorum, atque quo illi vixerunt ordine, hoc eos mihi digerendos. Id enim non parum lummis adfert lectioni. Præfationes insuper in exemplari Græco Paulo Æmylio & Serrorio præfixas coniectura ductus ex cæteris isto loco moui ac traieci in priorem, præposuique Timoleonti & Eumeni.

Adieci singulis paribus proœmiũ quoddã quò ferè locum aliquem communem, qui & faciat ad rẽ præsentẽ, & monere queat illũ cui eas vitas nũcupaui, tracto. Inuersis dicaui has vitas, sequutus Plutarchum, qui videtur eas variis conseeriisse. Feci id potissimùm quò multos principes ad virtutem & ad rectè tractãdum remp. incitarem, vel certè eò intentos confirmarem: vel potius quòd frequentem nobilitatem alant & circa se habeant principes, ad quorũ se illi exemplum solent conformare, quò eos stimularem ad Plutarchi lectionem, hac si duci principes viderint suos. Habet autem eam vim lectio, vt mores lectorum tingat etiam necopinantium & imprudentium, auocétque animum pedetentim ab insano venandi studio, à fœda crapula, à turpibus lustris & amoribus. Si enim natio nostra præclara ingenia sua dotésque excellentes, vt animi magnitudinem, constantiam, mortis contemptum, candorem, fidem, (quibus nulli cedit genti, & multis præcellit) Græcorum & Romanorum disciplinis instituerit excolere: quid esse Germania poterit nitidius, quid beatius? Eò igitur spectaui, hoc propositũ vnicũ meũ fuit. Fauorem certè aut munera eorum quibus dicaui hosce labores, non captaui. Testimonio est quòd multis reddi iusserim donata nõnullis, quorum virtus aut pristinus in me amor merebatur, tãtum accepi quantum significatio & monumentum eorum in me beneuolentiæ potuit esse: nõnullorum repensaui liberalitatem. Neque enim ista vt mendicem, fortuna eget mea, vel animus concupiscit. Et, si egerem, respondẽdo de iure & patrocinãdo (quod quibusvis facio gratis) multa queã

comparare: imò liberalitas explere me principis mei potuisset: à quo multa delata repudiaui. Reiecti etiam anno proximo superiore insignẽ fructuosũmque magistratum magna cum dignitate coniunctum, quem mihi summus princeps obtulit, atque grauiter vt susciperem, instituit. Cæterùm de his satis.

De vtilitate philosophiæ & historiæ multi multa scripsere, quæ non est animus hic recoquere. Tantum dicam, esse vitæ philosophiam ducẽ, virtutis indagatricem, expultricémque vitiorum, sine qua omnino vita hominũ nihil esse potuisset. Hæc vrbes peperit, hæc dissipatos homines in societatem vitæ conuocauit: hæc eos inter se primò domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & vocum communione iunxit: hæc inuentrix legum, hæc magistra morum & disciplinæ fuit. Est autem vnus dies bene & ex præceptis eius actus penè toti immortalitati anteponendus. Hæc & vitæ trãquillitatem largita nobis est, & terrorem mortis sustulit. Historia verò testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis, laus & præconium virtutis, suggillatio scelerũ. Hoc insuper admonebo, quũ præscribant philosophi præcepta tantùm virtutis, historia verò quid eum virtute aut secus sit actum, depingat: philosophia vt magistra doceat, vt auocamentum ad hilaritatem historia delectet: vtrunque præstari hoc in opere à Plutarcho. Vnde plus docet quàm historici reliqui, & stimulos relinquit in animis lectorum quàm reliqui philosophi, acriores. Quippe videtur illi docere ea quæ efficere queat nemo: ac ne illi quidem ipsi videantur sequuti ea quæ scripsere. hic præcepta virtutis, simúlque imagines subiicit eorum qui laudabiliter eam repræsentauerunt. Atque idem facit quod medici, Plutarchus. vt enim illi medicamẽta à quibus gustus abhorret ægrotantium, condiunt gratioribus, ac lenocinium faciunt linguæ: ita virtuti, ad quã ascensus est arduus, ac cuius apparet esse durã tractationem, semitas Plutarchus leniores præiexit. Neq; verò vna in virtute versatur, verùm cõplectitur

omnes: omnésque ita exequitur cum emblematibus quamque suis, vt compendium sit factorũ dictorúmque sapientissimorum hominum & ducum atq; principũ excellentissimorũ. Neque in instrumento versatur vnius reip. tãtùm vel regni, sed omniũ laudatorũ.

Iam, vt commonstrat omnes virtutes, ita subiicit oculis omnia genera contrariorum vitiorum, ostenditque quàm turpes qui iis inquinati fuerũt, & quàm fœdũ habuerint exitum. Vt autem hoc tempore plerique omnes ad studium iuris ciuilis conferunt se, nõ iuris aut recti boniq; amore, sed pecuniæ faciendæ causa: (quã artem iam adepti, omne ius peruertũt, diuinum & humanum, argutiisque atque impudentia leges perrumpunt omnes, æternitatis & famæ quoque securi) ita multi applicant se ad remp. gerendam, aut inuolant in consiliũ publicũ, non illi quidem vlla patriæ aut principis charitate, sed ad rẽ augendam priuatam atque diripiendã publicam. Quare non laborant si ad rempub. illotis pedibus accedant. Debent verò, qui cum laude præesse reip. volunt, vel principem agere, dare imprimis operam vt rectè instituantur: & si non vacat omnem vt hauriant philosophiam, ethicã certè (quæ de moribus & virtutibus tractant) vt sint egregiè tincti: quorum præceptor est Plutarchus optimus. Siquidem decet principem, vel eum qui cum laude præfuturus populo est, sicut potẽtia præualet cæteris, ita prælucere virtute, omnibúsq; ornamentis cumulatissimũ esse. Requiritur autem in eo præcipuè oculi vice prudẽtia. Addit Aiaci comitẽ Homerus Vlyssem, ea fabula adumbrans & significãs, flaccidam & eneruatam potentiam virésque sine prudentia esse: qua adhibita magna imperia constituuntur, & amittuntur neglecta. Plutarchus verò sapientissimos viros proponit Lycurgum, Numam Pompilium, Solonem, Poplicolam, Fabiũ maximum, M. Catonem maiorem. Præsentis in casibus subitis consilii imaginẽ ostendit Themistoclem. Iam propter potentiam principes timemus, propter prudentiam suspicimus, propter iustitiam amamus. Siquidem copulata cum solertia potentia, si absit iustitia, existit ty-

rannis, quam omnes horrent & execrantur. Quos verò iustitiæ cultores arbitramur, vt valentioribus deficiantur opibus, nec perinde ingenii acumine valeant, his fidimus tamen, his nos nostráque concredimũs: neque est virtus vna alia quæ tantum charitatis conciliet ac beneuolentiæ. Huius proponit simulachra, Solonem, Poplicolã, Aristidem, Catonem maiorem. Abstinentiæ & integritatis exempla dat Periclẽ, Phocionẽ, Ciceronẽ, Catonẽ Vticensem. Liberalitas & beneficẽtia digna est principe virtus, magnúmq; ei & splendorem adfert & fauorem. Ad eam amplectendã proponit Alexandrum magnum, Cimonem Atheniẽsem, Fabium maximum, Iulium Cæsarem. Habes magnanimitatis speculum in Alexandro, Scipione Africano, Cæsare: constantiæ, in Pericle, Fabio maximo, Metello Numidico, Demosthene, Phocione, Catone minore. Magnũ ornamentũ adiungit principi moderatio animi, qui neque rebus lætis effertur, neque de gradu deiicitur asperis. Hic intueri in Fabiũ maximum, Paulum Æmilium, Phocionem, Philopœmenem, Catonẽ minorem, M. Brutum licet. Tolerantiæ doctor Pericles est & Fabius maximus: humanitatis, Africanus, T. Quintius, M. Cicero, clemẽtiæ, M. Marcellus, Iulius Cæsar. Ad pacẽ & otium sectãdũ, alendámque inter ciues cõcordiam, ducem præbet se Numa Pompilius. Continẽtiæ & laborũ perferendorum offert se Lycurgus magistrum. Modestiæ lumen est Pericles, Põpeius magnus. Grauitas & seueritas in Fabio maximo atque vtroque Catone lucet.

Vice versa notantur reprehenduntúrque à Plutarcho vitia. Præcipitãtia & temeritas est reip. imprimis calamitosa, multósq; præcipites egit insignes duces. Testes sunt C. Flaminius & M. Varro bello Punico secundo, itémque Pelopidas & M. Marcellus, cæteroqui hi laudatissimi. Nihil magno in viro est auaritia & rapacitate fœdius. Documẽto est apud Lacedæmonios Gylippus, M. Crassus & C. Verres apud Romanos. Demosthenis auro obnoxii exilium, præstãtissimi cætera viri, admonet abstinendũ esse à muneribus ei qui remp. procurat. Magna suggillatio ge

rentis rempub. est lenitas. ea exprimitur Alcibiadis moribus & castigatur cladibus. Noxia magnopere fuit Dioni & Lucullo austeritas & peruicacia. Nihil pestilentius in principe viro vel capitalius crudelitate: cuius in Lysandro effigies, itémque in C. Mario, Sylla, & M. Antonio triumuiro cernitur. Rapuit multos ad interitum vindictæ cupiditas: quod Pelopidæ fato & M. Coriolani ostéditur. Nimia ambitione nõ vulgares principes transuersos actos fuisse, calamitatésq; sibi & suis inuexisse graues & acerbas, casus docuit Pyrrhi, C. Marii, & M. Ciceronis. Hæc denique impulsi Pompeius & Cæsar Romanam conuulsere libertatem. Dicacitas multas inimicitias cõflauit Ciceroni. Reprehenditur luxus & prodigalitas: quibus non vacauit prorsus Lucullus, & infamis fuit M. Antonius. Ebrietate & crapula admodũ deformari principis laudem, eámque esse calamitosam subditis, ipsis verò imperatoribus frequenter fuisse exitiosam, docuerunt Alexander magnus & M. Antonius triumuir. Proiecta in Venerem libido quanta discrimina cladésque aduehat, periculum Demetrii atque exitium Antonii demõstrauit. Habes luminaria & notas paucas de multis quæ extant apud Plutarchum. Ea si quis cuncta lumina virtutũ quasi flores excerpserit, & tanquam putrida vlcera hæc vitia exciderit, atq; ita fuerit excultus: nemo ornatiorẽ principem philosophus, ne ipse quidem in Cyropædia instruxerit Xenophon. Hæc ergo ante oculos ponenda, hæc inculcanda crebrò exempla sunt iis quibus dominationem parentes sunt per manus tradituri. Huiusce modi libri voluẽdi terendique assiduè omnibus principibus & iis qui præesse cum laude auent reip. Quò magis improbandum dictum est Lodoici XI Francorum regis, principis alioqui versutissimi, qui literis imbui filium & successorem Carolum noluit. Dicebat enim, quia eas ipse attigisset, in consiliis se capiundis fuisse peruicaciorem. Næ ille præficere voluit regno stipitem, apud quem priores regni expertem iudicii quomodo coram defuncti statua Alexandri quasi deliberationibus præfutura & rebus agendis inibant successores eius consilia. Laudandus verò atque perhibendus Macedonum rex Philippus: qui nato Alexandro ilicò ad Aristotelẽ summũ sapientiæ doctorem gaudere scripsit se, non ita quòd natus sibi filius esset, sed quòd natus seculo ipsius à quo institui valeret ad virtutem. Memorabile etiã ipsius dictũ Alexãdri: qui plus se præceptori debere Aristoteli quàm Philippo patri est ingenuè fassus. Ab hoc enim, habere se quòd viueret: ab illo, quòd honestè viuere & cum decore posset. Vides iam quàm necessaria virtus sit cùm omnibus mortalibus, tũ præcipuè illis qui remp. sunt tractaturi. Virtutes autem non nascuntur cum hominibus, sed magnis sudoribus comparantur & discuntur. Vsus verò rerum lõgus est, quẽ subinde præcurrit mors: vt decedendum sit antè quàm quid officii nostri sit, discere valuerimus. At est compendium ad eas recta institutio lectióque philosophorum & historicorum. In his, qui quidem in vtroque genere floreant, citra controuersiã facilè tribues primas Plutarcho, qui tibi satis iã percepisti quàm possit esse conducibilis. Quare hunc, quicunque remp. statuisti gerere, & contendis ad laudem, amplectere, perpetuò eum versa, & cane de manibus deponas: atq; ad præceptã eius te accommoda. His imbutus atque hæc sequutus euasit optimus imperator Traianus, gessitq; imperium laudatissimé.

Porrò admonendus es candide lector, non potuisse me menses Græcos accommodare ad Romanos: quòd hi circulum solis, illi spectent lunæ: habeant etiam aliam intercalandi rationem. Reliqui ergo, sequutus Ciceronem, Plinium, & autores Latinos alios, nomina mensium Græca. Vt tamen eorum habeas, quantum hic sufficit, notitiam, addere volui, Theodorum Gazam, grauibus nixum autoribus, tradere Gamelionа Ianuarium verti posse: Elapheboliona, Februarium: Munychiona, Martiũ: Thargeliona, Aprilẽ: Scirrophoriona, Maium: Hecatombœona, (qui & Cronius & Hippodromius dicitur, à Macedonibus verò Lous) Iunium: Metagitniona, (Panemus dicitur à Bœotiis) Iulium: Boedromiona, Augustum: Mema-

Universidad de Buscalán Biblioteca

ctesiona, (qui etiam dicitur à Plutarcho in Theseo Gorpiæus) Septembrem: Pyanepsiona, Octobrē. Anthesteriona, (hic etiam Dæsius nominatur) Nouembrem: Posideona, Decembrem. Hæc tamen ita intelligas, vt non planè & omnino respondeat Posideon Decembri: verùm initium eius est circa solstitiū brumale. excurritque magna parte in Ianuarium: adeò vt in Cæsare Plutarchus Ianuarium eum appellet. Paritérque statuendum de reliquis mensibus. Discrepat etiam à Gaza Plutarchus in Thargelione, qui partem habet Maii, partem Iunii: vt videre est in Timoleonte, vbi pugnam Timoleontis describit ad Crimesum amnem. Metagitniona etiā in Poplicola appellat Septembrē. Iam Anthesteriona planè Plutarchus in Sylla, vt Philostratus, ait in Martium incidere. vt longè aliter statuendum de congruentia mensium sit ex Plutarcho quàm tradat Gaza.

Nomina item magistratuum, Ciceronem & cæteros quos suprà nominaui authores sequutus, nō mouit: vt est Archon, qui summus magistratus fuit apud Athenienses: Bœotarches apud Thebanos: Polemarchus, qui certus magistratus fuit apud Lacedæmonios, & similib.

Vt verò tibi & ratio nummaria cōstet, breui quātum hic requiras, accipe ex Budæo. Talentum valet sexcētis coronatis. Mina pars eius est sexagesima: valet coronatis decem. Drachma centesima pars est minæ. Æstimat eam Budæus (vt eo tempore quo scripsit) tribus solidis Turonensibus & semisse. Denarius respōdet apud Romanos drachmæ, atq; ita ab autoribus Latinis æstimatur. Denarius respōdet apud Romanos drachmæ, atq; ita ab autoribus Latinis æstimatur. Denarium efficiunt decem asses. As nummus fuit æreus. Vnde dicitur mille æris apud scriptores. Nummi sestertii quatuor, efficiunt denarium. Decies sestertiūm, quod scribunt H-S, reddit decies centena millia nummūm sestertiorum, valétque 25000 coronatorum. Hinc facilè subduces reliqua. Vale candide lector. Campis, anno M. D. LXI.

CATALOGVS VITARVM PLVTARCHI.

Tomo I huius editionis:

	pag.		pag.
ΘΗΣΕΥΣ,	1	THESEVS,	1
ΡΩΜΥΛΟΣ,	31	ROMVLVS,	26
ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ,	73	LYCVRGVS,	65
ΝΟΥΜΑΣ,	108	NVMA,	96
ΣΟΛΩΝ,	144	SOLON,	128
ΠΟΠΛΙΚΟΛΑΣ,	176	POPLICOLA,	157
ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ,	203	THEMISTOCLES,	182
ΚΑΜΙΛΛΟΣ,	234	CAMILLVS,	208
ΠΕΡΙΚΛΗΣ,	277	PERICLES,	246
ΦΑΒΙΟΣ ΜΑΞΙΜΟΣ,	316	FABIVS MAXIMVS,	279
ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ,	349	ALCIBIADES,	308
ΚΟΡΙΟΛΑΝΟΣ,	389	CORIOLANVS,	342
ΤΙΜΟΛΕΩΝ,	419	TIMOLEON,	379
ΑΙΜΙΛΙΟΣ ΠΑΥΛΟΣ,	465	PAVLVS AEMILIVS,	409
ΠΕΛΟΠΙΔΑΣ,	506	PELOPIDAS,	445
ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ,	543	M. MARCELLVS,	476

Tomo II huius editionis:

	p.		
ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ,	583	ARISTIDES,	6
ΜΑΡΚΟΣ ΚΑΤΩΝ,	615	CATO MAIOR,	33
ΦΙΛΟΠΟΙΜΗΝ,	652	PHILOPOEMEN,	66
ΦΛΑΜΙΝΙΟΣ,	675	Q. FLAMINIVS,	85
ΠΥΡΡΟΣ,	700	PYRRHVS,	110
ΓΑΙΟΣ ΜΑΡΙΟΣ,	742	C. MARIVS,	145
ΛΥΣΑΝΔΡΟΣ,	793	LYSANDER,	189
ΣΥΛΛΑΣ,	825	SYLLA,	216
ΚΙΜΩΝ,	875	CIMON,	260
ΛΟΥΚΟΥΛΛΟΣ,	898	LVCVLLVS,	280
ΝΙΚΙΑΣ,	956	NICIAS,	331
ΚΡΑΣΣΟΣ,	991	M. CRASSVS,	361
ΣΕΡΤΩΡΙΟΣ,	1037	SERTORIVS,	402
ΕΥΜΕΝΗΣ,	1064	EVMENES,	425
ΑΓΗΣΙΛΑΟΣ,	1089	AGESILAVS,	448
ΠΟΜΠΗΙΟΣ,	1131	POMPEIVS,	483

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tomo III huius editionis:

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, p.1221
Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, 1297
ΦΩΚΥΩΝ, 1361
ΚΑΤΩΝ ΟΥΝΕΩΤΕΡΟΣ, 1393
ΑΓΙΣ ΚΑΙ ΚΛΕΟΜΕΝΗΣ, 1458
ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙ ΓΑΙΟΣ ΓΡΑΚΧΟΙ, 1511
ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, 1551
ΚΙΚΕΡΩΝ, 1578
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, 1628
ΑΝΤΩΝΙΟΣ, 1677
ΔΙΩΝ, 1753
ΒΡΟΥΤΟΣ, 1800
ΑΡΤΟΞΕΡΞΗΣ, 1850
ΑΡΑΤΟΣ, 1878

ALEXANDER, p.6
C. IVLIVS CAESAR, 71
PHOCION, 125
CATO MINOR, 153
AGIS ET CLEOMENES, 209
TIBERIVS ET CAIVS GRACCHI, 253
DEMOSTHENES, 293
CICERO, 316
DEMETRIVS, 362
ANTONIVS, 404
DION, 472
BRVTVS, 511
ARTOXERXES, 559
ARATVS, 583

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ.

Σὴν πολυκλήιστε τύπον στήσατο, Χαιρωνεῦ
Πλούταρχε, κραιπρῶν ἥιες Αὐσονίων·
Ὅττι τοῖς Ἑλλήνεσσι βίους Ἕλλωσας ἀρίστους
Ῥώμης ἀσπαλέως ἥρμοσας ἀντιπύργους.
Ἀλλ' ἀτὸν βιότοιο τοῦ σοῦ μέγιστον βίον ἄλλον
Οὐδὲ σύ γ' αὖ γράψαις· οὐ γὰρ ὁμοῖον ἔχεις.

IDEM AGATHIÆ EPIGRAMma in ſtatuam Plutarchi, interprete Guilielmo Xylandro.

Auſonii ſtatuam decoris Plutarche perennis
Hanc Chæronenſi conſtituere tibi:
Inter ſe alternis quòd componenda dediſti
Inclyta Graiugenûm factáque Romulidûm.
At non ipſe tamen, tibi qui contendere poſſit
Scribere, nec ſimilem tu reperire queas.

ALITER, ex interpretatione Aldinæ harum vitarum editioni præfixa, ſine autoris nomine.

Hanc ſtatuam poſuere tibi Plutarche decoram
Vſqueadeo Auſonium martia corda genus:
Inclyta Graiugenûm quia confers geſta Latinis,
Græcáque Romanis nomina principibus.
Attamen ipſe tibi nequeas componere quēquā:
Quòd ſimilem non ſit nec reperire parem.

ALITER, ex Hērici Stephani interpretatione, in qua & vocabulum ad huius operis titulum pertinens retinetur.

Effigiem Plutarche tuam (ſtirps clara Cheronea)
Hoc celebrem Auſonii conſtituere loco:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd Graiûm vitas quorum fuit inclyta virtus,
Armigerûm vitis Romulidûm socias.
At vitam propriæ sociare nec ipse valeres
Vllam, par dici nam tibi nemo potest.

ALITER, eodem Henr. Stephano interprete.

Hæc vultus simulacra tui, Plutarche, vetusti
Ausonis hic posuit Martia progenies.
Facta etenim Graiûm collatis fortia vitis
Aptasti factis fortibus Æneadûm.
At vitam Plutarche tuæ non conferet vllus.
Nam quis te in terris æquiparare queat?

ALITER, eodem interprete.

Æra tui Plutarche decus spirantia vultus,
Spectaculum hic statuunt nobile Romulidæ:
Quòd vitas hominû genuit quos Græcia fortes,
Martigenûm vitis nunceris Ausonidûm.
Ipse tuæ nullam poteras coniungere vitam:
Huic nullam posses quòd reperire parem.

Quæ autem de hac Vitarum operæ adiicienda nobis visa sunt illis quæ hic dicta fuerunt, in calce Annotationum inuenient.

PLVTARCHI
Vitæ comparatæ,
THESEI ET ROMVLI,

HERMANNO CRVSERIO I.C. interprete.

THESEVS.

QVOD faciunt in situ orbis describendo, Sossi Senecion, historici, qui, A 3
siqua cognitionem suam fugiant, ea extremis tabularum partibus supprimentes, in margine alicubi annotãt, vlteriores regiones arena & siccitate squalidas feràsque esse, aut insuperabilem limum, aut Scythica iuga, aut mare conglaciatum: id mihi, qui in vitarum comparatarum commẽtatione tempus percurri, quatenus aspirare verisimilis oratio & consequens veritati potuit historia, liceat B
de superioribus dicere: Vlteriora, monstrosa & tragica, poetæ & fabularum scriptores depascuntur, neque vltrà fidem obtinent vel certitudinẽ. Verùm quando Lycurgi legislatoris & Numæ regis vulgauimus historiam, videmur non abs re ad Romulum euasisse, quum tempora illius historia attigerimus. Sed pensanti mihi, *Tali viro* (vt Æschyli verbis vtar) *num quis erit comes? quem comparem? quis inuenitur similis?* visum est illum qui præclaras & decantatas ciuibus C
frequentauit Athenas, parenti inuictæ & inclytæ Romæ opponere & comparare. Optandum igitur nobis vt repurgata oratione fabula obtemperet, & historiæ accipiat imaginem. Vbi verò præfractè consentaneum contemnet, neque consortium accipiet verisimilitudinis, ibi candidis mihi opus sit auditoribus, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A placidè origines accipiant. Atque Romulo videbatur Theseus multis nominibus congruere. Ambo enim incerta orti nec iusta stirpe, fidem acceperũt natalium diuinorum:

Pugnaces ambo, quod certè nouimus omnes:

& coniuncta cũ viribus corporis præditi fuerunt prudentia. Vrbes clarissimas, ille Romam condidit, hic cultoribus frequentauit Athenas. Raptor vterque fœminarũ. Neuter domestica incommoda vel inuidiam declinauit familiarem, imò verò sub exitum vitæ offendisse vterque ciues suos fertur: si, quæ minimè tragicè
B dicta videntur, ad veritatem faciunt.

Thesei genus paternum ad Erechthea & primos indigenas, maternum ad Pelopen refertur. Pelops enim, non pecuniæ magis vi quàm liberorum, plurimùm inter alios Peloponnesios polluit reges, quòd multas filias summis viris collocasset, & filios quos habuit multos, principes inseruisset ciuitatib⁹: ex quib⁹ vnus Pittheus, Thesei auus oppidũ nõ amplum Træzeniorum incolis auxit, habuitque præ omnibus illius seculi nomen docti viri & sapientissimi. Erat sapientiæ illius ea fermè species & vis, qua Hesiodus vsus cõmẽdatur, præcipuè ex sententiis in libro quem Opera appellat. Vnam harum illam ferunt Pitthei fuisse,
C

Sufficiat merces quæ decernatur amico.

Atque hoc Aristoteles philosophus quoque tradit. Euripides, dum Hippolytum sacri Pitthei appellat alumnum, celebrem repræsentat Pitthei existimationem. At Ægeo, quum sobolem desideraret, Pythiã perhibent celebratum oraculum edidisse, quæ præcepit ne vllam mulierem prius attingeret quàm appulisset
D Athenas. Verùm quum id præscribere nõ admodum liquidè videretur, Trœzenen profectus, retulit Pittheo
5 Apollinis sortes: quarum hæc sunt verba,

Vtre pedem extantem (quo non præstantior alter
In populo) ne solue prius quàm prosper Athenas
Ingressus facrũ.

Non liquet verò qua mente Pittheus induxerit eum, aut circumuenerit, vt se iungeret Æthræ: cuius ille vsus consuetudine, & certior factus concubitum sibi cum Pitthei filia intercessisse, suspicatúsque prægnantem, ensem reliquit ei & calceos, sub ingenti abditos saxo, quod sinum habebat ad complectenda deposita congruentem. Id soli illi quum indicasset, præcepissetque si filium ex se edidisset, & in ætatem virilem adultus, saxum valeret attollere & auferre relicta, eum ad se, vt cõscio nemine, sed quoad eius fieri posset, maximè clàm omnibus, mitteret cum depositis, (quippe formidabat magnopere Pallãtidas, qui insidiis ipsum appetebant, despiciebántque propter orbitatem: erant autem Pallantis filii quinquaginta) discessit. Edito ab AEthra filio, alii statim inditum nomen Thesea, ex illorum indiciorum positione referunt: alii, postquam AEgeus eum Athenis adoptauit, *quod vtrobique Græcè dicitur.* Quum educaretur à Pittheo, rectorem eum habuisse & pædagogum nomine Connidam, cui ad hoc vsque æuum pridie Theseorum, arietem immolant, memoriam eius celebrantes & honorantes iustius quàm Silanionem venerantur & Parrhasium, Thesei imaginum pictores & plastas. Quum solenne etiam tum esset, vt ex pueris qui excedebant, profecti Delphos comæ primitias Apollini sacrarent, adiit Delphos Theseus, & locum ab eo hæc quoque memoria dici Theseam autumant. Tonsum fuit autem sinciput eius solum, vt de Abãtibus memorat Homerus: atque est hoc genus tõsuræ. Theseis ab illo nominatum. Abantes hunc in modum principes tonsi fuerunt, non ab Arabibus (vt quorundam fert opinio) docti, neque æmulantes Mysos: sed quòd bellatores essent, cominúsque pugnarent, & præter cæteros
B C D
cõserere manus didicissent cum hostibus, vt hisce versibus testatur Archilochus, 6

Nec multos fimbriant arcus, nec Gerbera funda
Torta volant crebrò, quum fera bella furens
Scilicet in campo Mauors contraxit aperto:
At strictis gladiis flebile fit opus.
Huius enim doctos constat certaminis illos,
Quos Euboea viros fortis in arma tulit.

A Ne igitur nexum hostibus capillorum præberent, tonsi fuere. Nempe id Alexandrum quoque Macedonem animadvertêtem, edixisse aiunt ducibus suis vt barbas Macedonum raderent, quòd ansa sit hæc in prædo promptissima. Porrò suppressit aliàs verâ Thesei originem Æthra. Rumor autem fuit per Pitthea vulgatus, esse eum ex Neptuno prognatum: siquidem colunt eximiè Trœzenii Neptunum, atque est hic tutelaris iis deus, cui primitias frugum hbant, & tridentem nummi habent notam. Postquam verò adoleuit, & præter corporis robur eluxit in eo fortitudo, a-
B nimúsque solidus cum sapientia & prudentia coniunctus, ibi Æthra eûm ad saxum duxit, doctóque de suo ortu, auferre iussit paterna insignia, atque Athenas nauigare. Qui saxum subiit, & facilè aperuit: verùm nauigare abnuit, quanuis essent tuta omnia, auus insuper & mater instarent. Arduum erat enim itinere terrestri commeare Athenas, quòd intutum vndequaque infestúmque latronibus & facinorosis esset. Nam seculum illud homines edidit manuum strenuitate, pedum pernicitate, & viribus corporum sanè eximios
C atque inuictos, sed qui hasce naturæ dotes nullam ad rem bonam aut vtilem conuerterent, imò arroganti improbitate gauderent, fruerentúrque lacertis ad violandum opprimendúmque sœuitia, feritate, & virium præstantia, quicquid in manus eorum incidebat: pudorem, iustitiam, æquitatem, humanitatem, quasi has
7 timiditate alicuius lædendi, & ne lærderentur, formidine plerique homines laudent, nihil attinere ducebant ad eos qui plus possent. Horum, Hercules peragrans regiones, excindebat & sustollebat partem, alii
D delitescentes eo præsente trepidabant fugitabántque, & abiecti despiciebantur. Verùm postquam in calamitatem Hercules incidit, & Iphito cæso recessit in Lydiam, vbi in diuturna hæsit seruitute apud Omphalen, (quam pœnam ipse sibi cædis injunxerat) res tunc Lydorum magna in quiete erant & securitate. In tractu verò Græciæ suppullulabant & erumpebant de integro scelera, quòd qui ea reprimeret vel coerceret, es-

set nemo. Erat igitur iter ex Peloponneso terra com- A
meantibus Athenas infestum, latronésque & improbos Pittheus singulos qui essent exponés, & quid patrarent in peregrinos, autor erat Theseo mari vt pergeret. At hunc nimirum iampridê virtutis clàm gloria incenderat Herculis, eúmque faciebat plurimi, & promptissimè aures præbebat qualis esset ille commemorantibus, præcipuè iis qui viderant eum, & eius factis dictisque interfuerant. Ac tunc omnino teneri se non dissimulabat eodem ardore qui multis ætatibus pòst tenuit Themistoclem, qui dixit somnium sibi adimere Miltiadis trophæum: ita illi Herculis stupenti virtutem, & noctu in somnis gesta eius occurrebant, & interdiu concitabat æmulatio, stimulabátque edere paria agitantem. Erant autem genere quoque propinqui ex consobrinis nati. Quippe erat Pitthei Æthra filia, Alcmena Lysidices: Lysidice & Pittheus ex Hippodamia & Pelope germani. Turpe igitur ducebat, neque ferendum, illum in omnes vbique im- C
probos pergentem terram maréque lustrare, si ipse offerentia se certamina refugeret, parentem opinione & nomine habitum, dehonestans, qui pêr mare fugitans vehereturr: & verò notas ferens, calceos & gladium incruentum, non statim egregiis operibus factisque 8
claram imaginem proferret nobilitatis suæ. His spiritibus atque his consiliis erupit, statuítque lædere neminem, sed vim inferentes vlcisci. Ac primùm in finibus Epidauri Peripheten, qui pro armis vtebatur clava, ideóque Corynetes, *id est Clauatus* appellabatur, apprehendentem ipsum & vetantem progredi, congressus cum eo, interfecit. Oblectatus clava, cepit D
eam pro armis: qua deinceps est vsus, vt pelle leonis Hercules. Atque illi id erat tegumen, quàm immanem beluam superasset, argumentum: hic clauam abse ostentabat victam, secum inuictam esse. In Isthmo Sinnin Pityocampten, quo modo multos ille peremerat, eodem eum sustulit: nõ meditatus neque assuetus, sed virtutem demonstrans cuiuis arti & exercitationi excellere. Erat Sinnidi excellentissimæ formæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & staturæ filia, Perigune nomine: hâc perempto Theseus patre supientem circunquaque requirebat. Ea in locum secesserat frequentibus virgultis, multâque stœbe & asparagis obsitum. Hæc illa admodum simpliciter & pueriliter precans velut sentientia, vota cum iureiurando nuncupauit, si seruassent & texissent se, nunquam læsuram se ea nec crematuram. Quam quum alta voce appellaret Theseus, fidémque daret egregiam se eius gesturum curam, neque re vlla violaturum, prodiit, atque ex Thesei complexu edidit Melanippum. Ea pòst Deioni Euryti OEchalensis filio, The-
B seo elocante, nupsit. Melanippo Thesei genitus Ioxus Ornyti socius deducenda in Cariam colonia fuit, vnde originem ducunt Ioxides. Hinc solenne Ioxidibus est, neque spinam asparagi, neque stœben comburere, sed honorare hæc & venerari. Crommyonia sus, quam Phæam cognomine dicebant, fera erat non contemnenda, sed pugnax, & haudquaquam prompta superatu. Hanc obiter (ne omnia videretur ne-
2 cessitate agere) exceptam occidit, existimans iuxtà
C decere fortem virum, homines improbos vt ad vindicandum se aggrediatur, & feras generosas pugna lacessat, & cum iis depugnet. Sunt, Phæam qui mulierem latronem fuisse atrocem & lasciuam referant, quæ ibidem habitabat in Crommyone, Suem appellatam ex moribus & vita, quæ sit inde à Theseo trucidata. Scironem pro finibus Megaricis sustulit, præcipitauitque de saxo: qui (vt frequens fama obtinet) latrocinatione vtebatur in viatores, & (vt alii
D aiunt) ex impotente improbitate pedes porrigebat peregrinis iussis eos abluere, mox impellebat hos calcibus, & deturbabat in pelagus. Scriptores verò Megarenses cum fama pedem conferentes, & cum diuturnitate (vt Simonides ait) pugnantes, neque latronem fuisse, neque flagitiosum contendunt Scironem, imò latronum vindicem, virorúmque familiarem atque amicum bonorum & rectorum. Nanque Græcorum numerari Æacum sanctissimum, & Cychrea Salaminium diuinis honoribus coli apud Athenien-

ses: iam Pelei & Telamonis nulli esse obscuram vir- A
tutem. Atqui fuisse Scironem Cychrei generum, Æaci socerum, Pelei autem Telamonisque auum ex Endeide progenitorum, Scironis & Charicles filia. Neque ergo cum deterrimo probabile esse optimos viros societatem coisse generis, vel maxima charissimáque pignora accepisse & dedisse. Verùm Thesea narrant, non quum primùm Athenas contenderet, sed pòst, quum Eleusina cepit de Megirensibus, Diocle, qui in summo magistratu ibi erat, fraude circuento, tum Scironẽ interfecisse. Atque in his ea est differtio. B
Eleusine Cercyona Arcadem lucta victum oppressit: paulúmque progressus Hermione, Damasten Procrusten dictum, compellens eum vt lectis se adæquaret, sicut hospites ille. His operibus insistebat Herculis vestigiis. Etenim ille quibus ipse petebatur insi- 10
diis, iisdem pœnas expetens ab inuasoribus, immolauit Busirim. Antæum lucta oppressit. Cygnum, quocum prouocatus conseruit manus, obtriuit. Termerum capite incurrentem confecit, à quo Termerium malum ferunt dictum: quippe feriens capite obuios C
Termerus necabat. Itidem puniebat Theseus improbos, vleiscebatúrque eos eadem vi qua alios illi, opprimens, admodum suæ improbitatis iustas pœnas pendentes. Quum progressus Cephisum attigisset, certi ex Phytalidarum stirpe occurrentes, salutauerunt eum primi. Quos quum oraret vt expiarent se, illi lustrarũt eum solenni more, hostiisque ad placandos deos immolatis inuitauerunt domum, quum nemo antè quicquam humaniter aut hospitaliter in itinere ei fecisset. Octauo tandem die fertur mensis
Cronii (quem nunc Hecatombæona dicunt) in pa- D
triam venisse. Vrbem ingressus, rempublicam offendit tumultu & seditione plenam, res etiam Ægei domi priuatim ægras. Nam Medea Corintho profuga, medicamẽtis Ægea se orbitate pollicita liberaturã, in cõtubernio eius agebat. Quæ de Theseo quũ præsensisset, imprudentem Ægea, ætate grauem, omniáque

A propter seditionem timentem, perpulit vt illum tanquam hospitem inuitatum ad conuiuium, tolleret medicamentis. Theseus, quum ad prandium accessisset, non putauit faciundum vt ipse qui esset, declararet se prior, sed illi volens initium sui cognoscendi præbere, districtum cultrum, quasi carnes quæ appositæ erant, dissecturus, ostendit ei. Quo Ægeus statim animaduerso veneni calicem proiecit, filiúmque, quum eum interrogasset, salutauit, & aduocata ciuium concione, agnouit, quem propter strenuitatem illi receB perunt libenter. Prolapso poculo venenum effusum dicitur, vbi nunc in Delphinio septa sunt. Illic enim habebat domicilium Ægeus, atque Hermen, qui
11 ad orientem est fani positus, vocant in Ægei porta. At Pallantidæ, qui antè sperauerant regnum se orbo defuncto Ægeo, occupaturos, vt declaratus Theseus successor eius est, iniquo animo id ferentes, regnare adoptatum à Pandione Ægea, neque vlla contingentè Erechthidas cognatione, nunc autem iterum aduenam Thesea & hospitem regnaturum, bellum mouerunt.
C Partiti copias, alii aperte ex Sphetta vrbe cum parente petierunt, pars in Gargetto in insidiis occulti consederunt, vt vtrinque in inimicos coorituri. Erat caduceator in cœtu illorum Agnusius, Leus nomine. Hic detulit ad Thesea consilia Pallantidarum: qui repentè insidiatores adortus, cunctos oppressit. Ea re nuntiata, Pallantis cohors dissipata est. Inde aiunt Pallenęorum curiæ cum Agnusiis connubium non esse, neque pronuntiari ex illorum more, Audite Ieus, *quæ dictio populum significat*: nam ob illius proditionem est no-
D men hoc iis execrabile. Porrò Theseus ne torpesceret otio, simul auram popularem captans, perrexit in taurum Marathonium, qui non parum negotii Tetrapolin incolentibus præbebat. Hunc captum exhibuit, viuúmque egit per vrbem. Inde eum Apollini Delphinio immolauit. Hecale, & quę de illa fabula hospitii & conuiuii cõmemoratur, non omnino apparet ex vano esse. Sacrũ Hecalesium circuniecti populi concilio indicto Ioui Hecalo faciebãt, & Hecalẽ cole-

bant, diminutiuo nomine Hecalenen appellãtes: quòd A
illa quoque iuuenem admodum hospitio excipiens Thesea, senum more salutasset, & blandita fuisset ei diminutis nominibus. Quæ quia pro eo ad pugnam progrediẽte, si sospes reuertisset, Ioui vouerat hostias, diem autem suum ante illius reditum obierat, hæc retulit hospitalitatis Thesei iussu præmia, vt Philochorus tradidit. Paulo pòst aderant tertiò ex Creta, qui 12
vectigal accepturi erant. Ac quum Androgeus in Attica dolo diceretur peremptus, Minoa multas clades bello intulisse incolis, ac deos regionẽ fœdasse: sterili- B
tatem enim & morbum passim incubuisse, ac flumina exaruisse. Quum autem præcepisset Apollo, si Minoa placassent & fuissent cum eo reconciliati, diuinam iram constituram, requiémque fore malorum: hos missis legatis cum suppliciis fœdus fecisse, vt triburum nouem annis mitterent septenos impuberes adolescentes, totidémque virgines. id ferè conuenit inter scriptores. Pueros in Cretam deportatos horrendissima fabula iactat in Labyrintho Minotaurum peremisse, C
vel vagantes nec inuenire valentes exitum, ibidẽ mortuos: Minotaurum (vt ait Euripides) fuisse

Mixtum genus puerúmque monstrificum simul
Gemina ex natura hominisque tauri que editum.

Cretenses Philochorus autor est hæc inficias ire, ac dicere custodiam Labyrinthum fuisse, quæ nihil mali, nisi quòd non valerent inde effugere custoditi, haberet. Minoa in Androgei memoriam ludos gymnicos fecisse, victoribúsque præmio dedisse pueros qui tunc in Labyrintho asseruabantur. Vicisse prioribus ludis D
eum cuius erat id temporis prima apud illum auctoritas, & ducem belli, nomine Taurum, feris & duris hominem moribus, qui pueros Athenienśium superbè & crudeliter haberet. Ipse quoque in Bottiæorum rep. Aristoteles fatetur à Minoe non arbitrari se interfectos fuisse pueros, sed mercenariam vitam agentes in Creta consenuisse: ac Cretenses aliquando ad vetera persoluenda vota hominum misisse primitia Delphos, atque cum iis qui mittebantur mistam il

A lorum sobolem vnà emigrasse. Qui quum victum ibi quærere non valerent, in Italiam transmisisse pri-
13 mùm, atque illic sedes circa Iapygiam collocasse: inde rursus delatos in Thraciam, & dictos Bottiæos. Quapropter Bottiæorũ virgines per certa sacra accinere, Pergamus Athenas. Et reuera graue videtur, exercere cum ciuitate, quæ linguam habet & literas, inimicitias. Etenim audiuit perpetuò malè Minos, & in theatris Athenis profcissus est: neque ei vel Hesiodus
B profuit, summum regem, vel Homerus, Iouis appellans discipulum: verùm prævalétes tragici, magna eum ex pulpito & scena macula, vt trucem & ferum, aspersere, quanuis Minoa ferant regem & legislatorem, iudicem Rhadamanthum fuisse, & iuris ab eo sanciti custodem. Vt ergo tempus tertij tributi adfuit, & vocandi in sortem erant patres, qui impuberes liberos habebant, recruduerunt querelæ in Ægea ciuium, lugentium atque indignãtium omnium illum autorem,
C in societatem vnum non venire pœnarum, sed qui regnum in nothum transtulisset & hospitem filium, ipsos nihil laboret in iustorum solitudine liberorum & orbitate relinqui. Angebant hæc Theseã, qui vt æquum bonum agnosceret, & in consortium veniret fortunæ publicæ, semetipsum obtulit, extra sortem se adiungens. Ac cæteri quidem spiritus eius obstupuerunt, & commendauerunt ciuilitatem. Ægeus verò, quũ precibus & obsecrationibus agens immotum videret & inflexibilem, alios pueros sorte duxit. Hellanicus refert non sorte ductos pueros puellásque
D ciuitatem misisse, sed Minoa delegisse præsentem, ac Theseã omnium cepisse primum præfinita lege. Præfinitum autem fuisse vt nauem præberent Atheniẽses, & impositi impuberes, nulla secum ferentes arma bellica cum illo nauigarent, sublatóque Minotauro, finem fore pœnæ. nam antè nulla spes suberat
14 salutis. Hinc nauem cum atro velo, vt in certam perniciem, mittebant. Tunc verò quum parentem Theseus confirmaret, & domiturum se iactaret Minotaurum, aliud velum gubernatori Ægeus candidum

dedit, cum præcepto vt in reditu sospite Theseo at- A
tolleret candidum, aliàs nauigaret cum atro, & signum cladis ederet. Simonides negat candidum ab Ægeo datum, sed puniceum velum ilicis eximiæ vires centis flore tinctum liquido: atque id insigne dedisse eorum salutis. Nauis gubernator Amarsyadas erat Phereclus, vt refert Simonides. Philochorus ab Sciro ait ex Salamine Theseã gubernatorem Nausithoum accepisse, & Phæacem proræ rectorem, quòd nondum Athenienses rem maritimam tractarent. Etenim fuisse vnum ex impuberibus Mnesthea Sciri ex filia ne- B
potem. His astipulantur Nausithei & Phæacis posita in Phalero à Theseo apud Scironis fanum monumenta. Ac solennia Cybernesia in honorem horum tradit agi, *quasi dicas Gubernatoria*. Sorte ducta quum accepisset ex prytaneo Theseus eos quorum nomina exierant, profectus in Delphinion, supplicia Apollini pro ijs posuit. Ea ramus erant sacræ oleæ candida reuinctus lana. Votis nuncupatis sexto die mensis Munychionis, quo die adhuc virgines Delphinion mittunt ad placandos deos, descendit ad mare. C
Fama est Apollinem Delphicum ei dictitanem dedisse, vt ducem Venerem caperet, vocarétque itineris sociam: atque operanti sacris in littore capram subitò hircum euasisse, inde deam hanc Epitragiam nuncupatam. Postquam Cretam appulit (vt multi scriptores & poetæ tradunt canúntque) accepto ab amante Ariadna filo, doctus quemadmodum euoluere se Labyrinthi ambagibus valeret, Minotaurum occidit, soluitque inde, Ariadnam & impuberes secum D
asportans. Pherecydes funda etiam à Theseo Cretica- 15
rum nauium prodit, ne insequi possent, excisa. Damon quoque interfectũ Taurũ ait, Minois ducẽ, contracto cum Theseo, dum nauem conscendit, in portu prælio nauali: vt Philochorus scriptũ reliquit, ludos edente Minoe, Taurus, quòd putaretur iterũ omnes victurus, inuidia flagrabat. Quippe opes eius ob mores incurrebant in oculos hominum, & crimen ei impingebatur quòd consuetudinem haberet cum Pasiphaẽ.

A Vnde quũ peteret certamen Theseus, admisit Minos. Solenne quum esset apud Cretenses vt spectaculis interessent fœminæ, præsens conspectu obstupuit Ariadna Thesei, & virtutem in certãdo admirata est omnes superantis. Lætus Minos quoque victo lucta Tauro suggillatóque, restituit Theseo pueros, & ciuitati Athenienſi tributum remisit. Diuerso modo & diffusè de his Clidemus disseruit, altè repetens. Decretum fuisse Græcorum commune, nequò nauigaret triremis vlla, quæ plus quinque viris caperet, sed solus nauis Argûs
B dux circumueheretur Iason, ad latrocinia mari summouenda. Quum Dædalus autem nauigio perfugisset Athenas, Minoa qui præter decreta persequebatur cum longis nauibus, in Siciliam tempestate iectum, vitæ ibi finem fecisse. Postquam verò filius eius Deucalion infensus Athenienſibus, per legatos dedi sibi deposcit Dædalum, alioqui quos acceperat obsides Minos pueros interfecturum se denuntians, leniter ei respondisse Thesea, excusantem consobrinum suum esse Dædalum & sanguine iunctum, cuius esset mater
C Erechthei filia Merope: mox ædificare instituisse classem. Hinc in Thymetadis ibidem procul via publica, hinc per Pitthea Trœzene (quo rem occultã haberet) omnibus comparatis soluisse, Dædalúmque & exules
16 Cretenses secum traxisse duces, expectante nemine, sed naues pacatas arbitrantibus aduenire Cretensibus portum occupauisse, & descensione facta contendisse cursu Gnossum, prælióque in porta Labyrinthi cõserto, Deucalionem cum satellitibus cõfecisse. Quum verò regni procurationem suscepisset Ariadna, fœdere
D cum ea icto, impuberes recepisse, amicitiáque Athenienſibus Cretenses conglutinasse, iuratos nunquam iis mouere bellum. Iam verò multæ præterea de his & de Ariadna referuntur fabulæ, quæ nihil habent certi. Alii enim laqueo periisse à Theseo destitutam aiunt, alii Naxum à nautis deportatam, sacerdoti Liberi patris Onaro nupsisse: relictam autem à Theseo, quòd aliam amaret:

Diram cum vexabat amor Panopeidas Aegles.

Nam hunc versum ex Hesiodo Pisistratum subduxisse A
Hereas Megarensis autumat: sicut contrà in Homeri Nestyam hunc,

Theseaque Periboeamque illustria pignora diuûm,

in gratiam Athenienſium inserciſſe. Alii peperisse quoque ex Theseo Ariadnam Œnopionem & Staphylum, in quibus Chius est Ion, qui de patria sua refert,

Quem Liam hanc Theseïdes condidit Œnopion.

Quæ verò in fabulis sunt maximè decantata, omnes penè in ore habent. At librum de his edidit Pænon Amathusius diuerso modo scriptum. Nam Theseã ait B
tempestate Cyprum delatum, quum grauidam secum haberet Ariadnam, maléque ex iactatione affectam & languentem sólam exposuisset, ad succurrendum nauigio in pelagus rursus à terra ablatum: fœminas autem indigenas excepisse Ariadnam, mœstámque quòd relicta esset sola, fouisse, ac literas obtulisse ei adulterinas, velut à Theseo ad eam missas, adiuuisse etiam & præstò fuisse in partu, atque defunctam nõ edito partu, funerasse: superuenientẽ Theseã & dolore confectũ 17
indigenis argentum reliquisse, instituisséque vt sacra C
facerent Ariadnæ. Duo aiunt ei exigua simulacra posuisse, argenteum vnum, alterum æneum. In sacris altero die mensis Gorpiæi decumbentem adolescentem voce & gestu fœminas parturientes exprimere. Appellare Amathusios lucum, in quo tumulum Ariadnæ ostendunt Veneris. Iam Naxij quidã aliter atque alij duos Minoas, duásque scribunt fuisse Ariadnas: quarum alteram coniugium tenuisse Liberi patris in Naxo, & Staphylum memorant peperisse: minorem raptam à Theseo, defertámque in Naxũ delatam, nutri- D
cémque vnà Corcynen nomine, cuius extare sepulcrũ: Ariadnam fuisse illic defunctam, & dispares superiori obtinere honores. Priori enim hilares & ludibundos festum diem Naxios celebrare: quæ verò huic agitant sacra, luctu confusa & mœstitia esse. Soluens ex Creta Delum appulit, vbi rem diuinam fecit Apollini, dedicatóque Veneris signo, quod ab Ariadna acceperat, tripudium saltauit cum impuberibus. quod hac etiam

A memoria ferum Delios seruare. Simulacrum hoc anfractuum Labyrinthi, & egressuú ad certos modos alternis peragitur gyris. Hoc genus saltatus dicitur à Delijs (vt memoriæ prodidit Dicæarchus) Grus. Saltauit circum aram Ceratonem, quæ ex cornibus erat omnibus sinistris compacta. Ludos quoque edidisse eum aiunt in Delo, ac victores ab illo tunc primùm palmæ ramis donatos. Quú Atticæ appropinquaret, memoriæ cessisse ei, cessisse item gubernatori ex gaudio, vt velum,

B Ægeo, in altum darent: vnde despondentem animum de rupe se illum præcipitauisse. & extinctú fuisse. Inuectus portú Phaleram Theseus sacra fecit, quæ diis quum solueret, vouerat, nuntijúmq; incolumitatis misit in vrbem caduceatorem. Hic in multos incidit, re-

18 gis fatis illacrymantes, & exultantes (vt probabile est) alios, promptósque ad lætè eum, quòd incolumis adesset, excipiendum & coronis ornandum. Coronas accepit, quibus adornauit caduceum. Regressus ad

C mare, nondum re diuina à Theseo perpetrata, ne sacrificium turbaret, restitit foris. Quo peracto, renuntiauit Ægei mortem. Ita illi cum gemitu & animo cómoto in vrbem citato gradu ascenderunt. Vnde nunc quoque in Oschophoriis coronati nó caduceatorem aiunt, sed caduceum, & acclamare inter libamina coronam, Eia, heu; heu: quorum solent illud festinantes & ouantes exclamare, hoc consternationis est & trepidationis. Elato patre, Apollini vota reddidit die septimo mensis Pyanepsionis. Eo enim sospites vr-

D bem inière. Ac legumina memorantur elixari, quòd incolumes cibariorú reliquias in vnum confuderint, vnáque coctas communi olla, epulati simul inter se manducauerint. Eresionem ferunt (oleæ ramus est lana obuolutus, quemadmodum tunc erant supplicia, variis fructuum primitijs distinctus, quia desierat tunc sterilitas) accinentes,

Eresiona feres ficus & pinguia farra,
Et pateram melli cum fructu dulcis olivæ
Fœcundum calicem, sopiatú & ebria somno.

Quanuis hæc quidam in memoriam facta ferant Heraclidarum, qui ita ab Athenienfibus aliti fuerunt, sed A
maior pars adstipulatur antedictis. Nauigiú, quocum impuberibus nauigauit & saluus rediit, agebatur remis triginta. Hoc vsque ad Demetrij Phalerei ætatem Athenienses conseruauerunt, veteri materiæ integram aliam sufficientes, itáq; coagmentátes, vt philosophis in disputatione de ijs quæ augentur, ambiguitatis 19
exemplum hæc nauis præbuerit, quòd alij eádem manere, alij non eandem contéderint. Solenne celebrant Oschophoriorum ex Thesei instituto, neque enim omnes cum sorte lectas virgines ferunt, duxisse, sed B
familiares adolescentes duos, quorum, quum muliebri quidé vultu & florére, sed fortibus forent pectoribus & impigri, thermis, vmbratili vita, comæ & læuoris colorisque causa vnctionibus, atque compru, impensè inflexerat & finxerat vocé, gestú & incessum, vt quam maximè virgines repræsentarent, neque vsquam viderentur ab ijs discrepare. Hos inseruisse in virginum numerum, atque omnes fefellisse. Postquam redux fuit, & illum & adolescentes illos pompam duxisse eo C
quo núc amiciútur cultu, qui palmites cum racemis ferunt. Hos ferút in Liberi patris & Ariadnæ honorẽ propter fabulam, aut potius quòd ea tempestate redissent, qua colliguntur poma. Quæ cœnam ferunt fœminæ, Dipnophoræ dictæ, adsistút & adhibẽtur sacrificio, illorúmque sortitorú matres agunt: portauerunt enim ijs obsonia & epulas. Fabulæ autem narrantur, eo quòd & illæ leniendi liberos & erigendi causa, fabulas ijs recensuerint. Atque hæc Demon quoque
prodidit. Delubrum etiam ei erectum est, & illis fa- D
milijs quæ tributum pependerant, imposuit vt ad sacrificium inferrent vectigal. Sacrificio Phytalidæ præerant, qua re hospitalitatem eorum remunerauit. Ab Ægei excessu grãde & mirificum opus agitans animo, contribuit Atticæ cultores in vnam vrbem, vniúsque vrbis vnum reddidit populum, qui tunc erant diuulsi, & ægrè ad agendum in communi de rep. conciri poterant: nónunquam enim dissidebant mutuò, bellóque

Universidad de Deusto
Biblioteca

A certabant. Hos adijt, proposuitque eam rem singulis populis & familijs. Cuius consilij priuati & inopes ci tò acceperũt: opulentis & potẽtibus quũ remp. regno fore liberam proponeret, in qua omnis penes populum esset futura potestas, ipse verò moderator tantùm belli, & legũ foret custos, cætera paria omnibus: partim eos perpulit: alij opes eius veriti iam amplas atque audaciam, malebant sponte his quàm vi compulsi assentiri. Igitur dissoluit vicatim prytanea, curias & magistratus, vnóque statuto omnibus communi illic
B prytaneo & curia, vbi hoc tempore conspiciũtur, Astu & vrbem Athenas appellauit, & Panathenæa sacrificium effecit commune. Celebrauit etiam metœcia, *id est festum demegrationis*, sextodecimo die mensis Hecatombæonis, quem etiam nunc festum agunt: depositóque (vt receperat) regno, remp. digessit ab diis auspicatus. Nam consulenti deum de ea vrbe, sortes Delphis allatæ sunt hæ,

Aegida Theseu, Pittheïdes edite partu,
Fata pater multis mœnis & finem vrbibus olim
C *Constituit, voluitque hac in vestra vrbe teneri.*
Tuque inuicte malis animo ne cede labori,
Vter vt insanis pelagi tot aberũs vndis.

Hoc oraculum pòst ciuitati Athenienſi repetiuisse scribunt Sibyllam, hoc versu,

Immergi poteris, sed submergi tibi non fas.

Quo autem magis ciuitatem amplificaret, inuitauit omnes pari proposito iure. et edictum, Huc pergite omnes populi. Thesei autumant fuisse, cõcilium quoddam populorum constituẽtis commune. Non permi-
D sit tamen vt resp. popularis, ab affluente & indiscreta colluuie incõdita euaderet & confusa, sed primus discreuit seorsum patricios, agricolas, & opifices. Patricijs curam sacrorum, & magistratuum ex ordine suo dandorum permisit ius, legúmque disciplinam, & interpretationem, quid ius fas esset. De cætero ciues adæquauit, quòd dignitate patricij, vtilitate agricolæ, ar-
21 tifices numero viderentur præcellere. Nam principem eum fuisse in plebem (vt autor est Aristoteles) propensum

sum, & dominatum deposuisse testari Homerum quo- A
que in recensendis nauibus apparet, qui solum populum Atheniẽsem vocat. Signauit etiam nummum inciso boue, vel ob taurũ Marathonium, vel ob Minois ducem, vel ad agriculturam ciues incitans. Hinc ferunt Hecatombœon & Decabœon dictum. Quum agro Attico solido Megaricum adiunxisset, celebrem illam collocauit in Isthmo pilam, inscripsitque ad determinandum agrum epigramma duobus trimetris: quorum id quod orientem spectabat, ita habebat,

Hæc non sunt Peloponnesus, ast Ionia. B

Quod verò ad occidentem, huiusmodi erat,

Sunt Peloponnesus hæc, haud Ionia.

Ac ludos Herculis imitatione primus statuit, ambiẽs, vt sicut in illius memoriam Ioui Olympia, ita Isthmia Neptuno Græci in honorem suum agerent. Quod enim ludicrum in Melicertes honorem conceptum no ẽte illic peragebatur, initia potius quàm spectaculum & celebritas publica censebatur. Sunt tamen qui dicãt Scironi Isthmia dicata, quo ob propinquitatẽ expi C
aret illius cædem Theseus. Scironẽ enim filiũ Canethi fuisse & Henioches Pitthei filiæ. Alij Sinnin non Scironem, atque huius gratia ludicrum, nõ illius, à Theseo statutum. Constituit certè & conuenit ei cum Corinthiis, vt Athenienſibus, qui ad Isthmia venissent, attribuerent prima subsellia tanto spatio quantum maius theoridis expansum humi velũ occupasset: quod Hellanicus & Andron Halicarnasseus scriptum reliquerunt. In pontum Euxinũ nauigauit, (vt Philochorus & nonnulli alij referunt) Herculem ad bellum aduersus Amazonas sequutus, & præmium virtutis er- D
gò accepit Antiopam. At maior pars (in quibus est Pherecydes, Hellanicus & Herodorus) post Herculem aiunt cum propria classe nauigasse Thesea & captiuam duxisse hanc Amazonem, quod quidem est probabilius. Nemo enim alius proditur illius commilito- 22
num Amazonem captiuam duxisse: Bion etiam hac dolo capta, se recepisse. Quippe cupidas virorum Amazonas, neque refugisse delatum ad oram illam Thesea,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A imò & munera ei misisse: illum verò inuitasse eam, quæ hospitalia munera afferebat, vt nauigium conscenderet, & postquã illa conscendit, soluisse. Menecrates quidam, qui historiam Niceæ Bithyniæ edidit, Theseã memorat, quũ Antiopam teneret, demoratum aliquandiu illis in oris: habuisse autẽ eum secum commilitones, tres Athenienses iuuenes fratres inter se, Euneũ, Thoanta, & Soloonta. Hunc Antiopæ amore inflammatum, quum ardorẽ suum celaret alios, vni ex
b familiaribus eum detexisse. Vt Antiopam ille hac de re appellauit, eam attentationem huius repulisse acriter: prudenter id & leniter tamẽ tulisse, neque ad Theseã detulisse. Vbi Soloon abscissa spe, in amnẽ quendam se abiecit, & interijt, explorata tunc causa & adolescentis amore, tulisse Theseã rem grauiter, discruciatóque oraculum quoddam subisse ei Apollinis. Nam à Pythia sibi Delphis præceptum, quũ peregrè grauissimè angeretur & esset pertristis, vrbem ibi vt conderet, &
C aliquos de suis relinqueret rectores. Hinc vrbem quam condidit, à dei nomine Pythopolin nuncupasse, atque in honorem adolescentis propinquum flumen Soloontã: reliquisse etiã illius fratres velut rectores & legislatores, & Hermũ nobilem Athenienscm, à quo locum quendam Hermæum dicere Pythopolitas: qui parum rectè contrahant secundam syllabam, honorémque ad deum Mercurium ab heroe traducant. Hinc traxit bellum Amazonicum originem. Apparet autem earum non leue neque muliebre factum fuisse.
23 Neque enim in Astu metatæ castra fuissent, neq; signa
D contulissent in loco circa Pnyca & Museum, nisi regione in potestatẽ redacta, mouissent ad vrbẽ intrepidè. Porrò tam longè venisse, vt Bosphorum Cimmericum congelatum (quod scriptum reliquit Hellanicus) permeauerint, id difficile creditu est. Nam in ipsa penè vrbe castra eas habuisse cõprobatur, & locorum vocabulis & tumulis earũ quæ ceciderunt. Perdiu dubitauit & cũctata vtraque est acies signa conferre. Tandem ex quodam oraculo Theseus, quum sacrificasset Pauori, congressus cum illis est. Pugnatum est mense

Boëdromione, quo die Boëdromia hactenus celebrant A
Athenienses. Scribit Clidemus, singula exequi ad vnguem laborans, finistrum Amazonum cornu ad Amazonion (vt nunc vocatur) declinasse, dextro secundum Chrysam ad Pnyca pertinuisse. Conflixisse aduersus hoc Athenienses à Museo concurrentes cum Amazonibus. Sepulcra esse desideratarum in platea quæ fert ad portam secundum Chalcodontis fanum, quam Pyraicam nunc nominant, quà pulsos fuisse vsque ad Eumenidas, & terga fœminis dedisse. A Palladio, Ardetto & Lyceo inuectos, pepulisse dextrum earum B
cornu vsque ad castra, multáque strauisse. Quarto mense ictum Hippolyta interprete fœdus. Hippolytam enim hic eam quæ in Thesei contubernio erat, non Antiopam appellat. Alij volunt illam à Thesei parte præliantem cecidisse, quum iaculo fuisset à Molpadia icta, & pilam propter Telluris Olympiæ ædem in huius positam memoriam. Neque est mirandum in antiquitate tanta vagari historiam: quando etiam faucias autumant Amazonas, Chalcidem ab Antiopa occultè dimissas ei curæ fuisse, & sepultas nonnullas ibi C
apud Amazonion nunc appellatum. Cæterum fuisse diremptum pace bellum, testatur tam loci iuxta templum Thesei appellatio, quod vocant Horcomosion 24
à iureiurando, quàm vetus sacrificium, quod ante Theseã fit Amazonibus. Commonstrant & Megarenses apud se Amazonum monumentum, quà ad locum quem Rhun dicunt, ex foro itur, vbi est Rhomboides. Fama est prope Chæroneam quoque occubuisse alias, conditásque fuisse secundum riuulum, D
qui olim (vt putant) Thermodon, Hæmon nunc vocatur, de quibus in vita Demosthenis verba fecim⁹. Nec verò Thessaliã apparet peragrasse Amazonas sine sanguine: quippe tumuli earum vel hac memoria iuxta Scotussæam & Cynocephalas extant. Hæc memoratu digna de Amazonib⁹ fuere. Nam quem poeta Theseidis autor, motum Amazonum descripsit, quòd quum iungeret sibi matrimonio Phædram, adorta sit Theseã Antiopa, & sequentes eam Amazones pœnas

A ab illo expetiuerint, Hercules autem eas fuderit, habent planè fabulæ effigiem & commenti. Defuncta Antiopa Phædram duxit, quum sustulisset filium ex Antiopa Hippolytum, vt Pindarus ait Demophontem. Calamitates, quæ Theseo ex hac & ex filio suo acciderunt, quia nihil hic discrepant à tragicis historici, vt omnes illi scripsere, ita euenisse statuendum est. Sunt tamē famæ de Theseī nuptiis aliæ, quæ in scenam non venerunt: quanuis neque rudimenta honesta, neque fausto habuerunt exitus. Etenim Anaxo quādam fer-
B tur Trœzeniam rapuisse, Sinnidéque & Cercyone peremptis, vi constuprasse filias eorum, duxisse etiam Periboeam Aiacis matrem. Iam Pherebœam, & Iphiclis filiam Iopam: præterea ob AEgles Panopæi filiæ amorem (vt suprà diximus) Ariadnam exprobrant parum eum rectè vel honestè repudiauisse. Helenæ denique raptum inundasse bello terram Atticam, atque in exilium eius euasisse & exitium, de quibus infrà verba
25 faciemus. At quum multa clarissimi quique viri certamina ea tempestate obirent, existimat Herodorus
C nullius Theseā, nisi solis aduersus Centauros dēpugnantibus Lapithis, fuisse consortem cōflictus. Alij Iasonis eum fuisse in Colchis socium, & expugnauisse cum Meleagro aprum, atque hinc in prouerbio esse, Non sine Theseo. Illum verò nullo socio crebras patrasse & egregias dimicationes, atque hoc dictum, Alter hic Hercules, de eo obtinuisse. Ad hæc adiutor Adrasto fuit ad recuperāda illorū corpora, qui sub Cadmea ceciderant: non vt cecinit in tragœdia Euripides, quòd fuderit Thebanos, sed datis acceptisque hinc
D inde induciis. nam ita maxima pars tradūt. Philochorus etiam inducias de tollēdis cæsis illas fuisse primas. Verùm Herculem hostibus principem mortuorum cadauera concessisse, iniis quæ de Hercule prodita sunt, inuenies. At vulgi Eleutheris sepulcra extant, ducum apud Eleusina: id quod etiam gratiæ dedit Theseus Adrasti. Premunt autem suo testimonio Euripidis Hicetidas Eleusinij Æschyli, in quibus hæc commemorare ipse canitur Theseus. Amicitiam cum Pirithoo

eum contraxisse hoc modo referunt. Celebratissimi A erant eius lacerti & virtus: Pirithous verò cupidine captus explorandi & tentandi, abegit boues eius ex Marathone, allatóque nuntio insequi in armis illum, non consuluit fugæ, sed regressus obuium se ei obiecit. Vt alter alterum conspexit, speciem admiratus est, & obstupuit audaciam, à pugna temperarunt, ac prior porrecta dextra Pirithous ipsum voluit Theseā abigeatus sui arbitrum esse. vltrò enim se, quas illi definisset, subiturum pœnas. Theseus verò & mulctam ei condonauit, ad ineundámque secum societatem & a-B micitiam inuitauit. Ita amicitiam iuramento sanxere. Inde ducēs vxorem Pirithous Deidamiam, Theseā rogauit vt veniret ad regionem visendam & ad contrahendam cum Lapithis consuetudinem. Fortè inuitauerat Centauros quoque: qui vt in procacitatem & insolentiam eruperunt, & vino incalescentes non temperauerunt à mulieribus, verterunt se Lapithæ ad vltionem, atque alios eorum obtruncauerunt, alios bello inde victos, socio Theseo & suppetias ferente, regione exegerunt. Herodorus negat hæc, ita gesta, sed
C bello iam commisso, tulisse opem Theseā Lapithis, atque tunc primùm in conspectum venisse Herculis, quum appellare cuperet eum circa Trachina, postquam errores iam & certamina deposuisset. Congressum autem eorum honorificum fuisse cum mutua comitate & laudibus. Verùm enimuerò magis accedas ijs qui crebrò congressos inter se memoriæ tradiderunt, atque initiatum Herculem faciente cum eo Theseo, & ante initiationem lustratum, vt ei ob certa
D facta sua quæ inconsultè admiserat, opus erat. Annos iam natus (vt Hellanicus refert) quinquaginta Helenam rapuit nondum maturam. Vnde ad subleuandum hoc, quasi grauissimum crimen, abnuunt nonnulli Helenam illum rapuisse, sed raptam ab Ida & Lynceo fuisse, atque apud se seruasse depositam, neque reposcentibus Castori & Polluci restituisse: vel sane traditam ei illam ab ipso fuisse Tyndaro, quod Enarsphorum timeret Hippocoontis filium, qui paruulam adhuc ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pere Helenam vi instabat. At verò propiora & pluribus nixa testibus hoc modo se habent. Venerunt ambo Theseus & Pirithous Spartam, puellâque quæ in templo Dianæ Orthiæ saltabat rapta, fugam cepere. Quum missi ad insectandos illos non vltra Tegæam essent progressi, & illi peruenissent in tutum, atque Peloponnesum transmisissent, pacti sunt inter se, vt cui sors obtigisset, eam haberet vxorem, & alteri ad nu-
27 ptias quærendas alias præstò esset. His legibus missâ sorte obuenit illa Theseo, ac virginem hauddum nubilem Aphidnas deportauit, matrémque ei adiunctam
B amico suo tradidit Aphidno, præcipiens eas vt seruaret, & rem tegat apud alios. Inde ad præstandum Pirithoo officium suum, profectus in Epirum cum eo est, ad Aidonei filiam rapiendam Molossorum regis, qui vxori Persephonæ nomen indiderat, filiæ Proserpinæ, cani Cerberoque cum hoc pugnare iussit procos puellæ, promittens eam victori. Verùm quû Pirithoum non procatum venisse, sed raptum intellexisset, corripuit eos, ac Pirithoum extemplò interemit per canem, Thesea in vinculis seruauit. Interea Menestheus Petei,
C qui filius fuit Ornei & nepos Erechthei, primus (vt fama est) inter mortales aurâ popularem captare aggressus & blandiri plebi, hinc primores solicitauit, & incendit iampridem pertæsos Thesei, atque existimantes illum imperio & regno singulis per populos nobilitate præcellentibus, extorto, in vnam ipsos conclusos vrbem pro subiectis prorsus & seruis habere: hinc vulgus concitauit exprobrauitque, libertatis obiecto somnio, reuera patria & sacris spoliatos esse, vt
D multorum bonorum loco & iustorum regum, vnum respicerent aduenam & hospitem dominum. Hæc illo moliente magnum momentum bellum seditioni, Tyndaridis incurrentibus, adiecit. Sunt qui planè dicant ab illo eos inuitatos, belli mouisse. Ac primùm iniuria abstinuerunt, tantùm repetierunt sororem. Quum respondissent ciues neque penes se esse illam, neque vbi esset relicta, se scire, ad bellum conuersi sunt. Ve-

rùm aperit eis Academus (haud scio qua ratione odo- A
ratus) Aphidnis eâ abdi. Vnde cum illi honores viuo habiti sunt à Tyndaridis, tum Lacedæmonii, qui sæpius postmodum incursauerût Atticam, vniuersósque 28
fines perpopulati sunt, Academia abstinuerent, Academi causa. Dicæarchus verò tradit, quû Echemus & Marathus Tyndaridas ex Arcadia essent ad bellum illud sequuti, nomen ab illo quæsisse Echedemiam, quæ nunc appellatur Academia: ab hoc castellum Marathonem, quòd vltrò se ex quodam oraculo obtulisset ante aciem immolandum. Quum mouissent Aphidnas B
& victores essent prælio, expugnauerunt oppidum. Ibi Alycum quoque ferût Scironis filium, qui id temporis intra præsidia erat Castoris & Pollucis, occubuisse: à quo locum quendâ agri Megarici, quòd corpus eius ibi sit humatum, nomen inuenisse. Hereas ab ipso Theseo prodidit ad Aphidnas cæsum Alycum, & in testimonium hæc de Alyco producit carmina,

Hunc Helenæ causa formosa prælia quondam
Miscentem Theseus spatiosa strauit Aphidna.

Haud consonum sit tamen veritati, præsente The- C
seo fuisse matrem eius & Aphidnas raptas. Occupatis Aphidnis, & Athenientibus trepidantibus suasit populo Menestheus, vt admitterent in vrbem, & acciperent benignè Tyndaridas: vt vni Theseo iniuriæ autori arma inferrent, in cæteros mortales benefici essent & eorum seruatores. Hoc ipsum euentus comprobauit. Nihil enim omnino victores, quàm vt initiarentur, postulauerunt: quòd non minus quàm Herculi propinquitas ipsis cû ciuitate intercederet: quam obtinuerunt ab Aphidno adoptati, vt à Pylio Her- D
cules: atque honores assequuti diuinos sunt, Anaces dicti, vel ob factas inducias, *quas ἀνοχὰς* Græci vocant, vel ob curam & solicitudinem, ne qui malum offerretur, quum esset intra muros tantus exercitus. Nam *ἄνακας ἔχειν* dicunt eos quibus cura vel tuitio alienius incumbat, & reges appellant fortassis inde *ἄνακτας*. Sût qui ob stellarû eorum apparitionem ferant

A Anacas appellari: quod τὸ ἄνω Attici ἀνάγες, id est suprà, & ἀνάγεω τὸ ἀνωτάτω, id est supernè, vocent. Porro The-
29 sei matrem captiuam Æthram perhibent Lacedæmonem abstractam, inde cum Helena Troiam, ac sequutam eam Helenam testari hisce versibus Homerum,

Æthram Pittheï gnatam Clymenémque venustam.

Alii hunc versum notant & Munychi fabulam, quem ex Demophoõte à Laodice clàm editũ Ilii creuisse sub Æthra memorant. Nouam & diuersam planè histo-
B riã refert de AEthra Istrus, in tertiodecimo libro rerum Atticarum, prodi à certis, Alexandrum Parin in Thessalia ab Achille & Patroclo pugna ad Sperchium amnem fusum fuisse, Hectorem Trœzeniorum oppidum, quum id expugnasset, diripuisse, & AEthram illic depositã abduxisse. Verùm id sanè quàm est absonum. Quum verò Aïdoneus Molossus Herculem hospitio accepisset, & sermonem fortè intulisset de Theseo & Pirithoo, quæ suscepissẽt facinora, & detecti quum fuissent, quid essent passi, tulit grauiter Hercules alte-
C rius turpem exitũ, & alterius periculũ. Ac de Pirithoo quidem non pœnituit operæpretium se facturum expostulãdo, verùm hoc postulãuit beneficii, vt concederet sibi Theseam. Annuente Aïdoneo liberatus Theseus vinculis, Athenas est regressus, nondũ prorsus amicis eius oppressis. Ac quæcunque delubra antè sibi fuerant à ciuitate assignata, cũcta Herculi, quatuor demptis, sacrauit; dixitque pro Theseis Heraclea, vt autor Philo-
D chorus est. Sed quum mox pristino more intenderet imperare & præesse reip. in seditiones incurrit & motus. Quos verò infensos sibi reliquerat, quum comporisset eos, præterquam quòd se odissent, insuper timorem abiecisse sui, & populum magna ex parte animaduerteret peruersum, neque iam sine strepitu parentem sed blandè postulantem agi secum, conatus
30 vim adhibere, factionibus est & seditionibus repressus. Demum rebus deploratis liberos in Eubœam clàm ad Elephenora Chalcodontis misit. Mox in Gargetto deuotis Athenienſium capitibus, vbi nunc

Araterion (quod vocant) est, in Scyron nauiga- A
uit: quòd amicitia ei cum incolis (vt arbitrabatur) & prædia paterna in illa essent insula. Obtinebat ea tempestate regnum in Scyriis Lycomedes. Ad hunc postquam se contulit, postulauit agros reddi sibi, quasi illic commoraturus. Aliqui eum autumant auxilium ab illo contra Athenienses flagitasse. At Lycomedes, siue quòd gloriam tanti viri vereretur, siue vt studium suum probaret Menestheo, eduxit in rupem eius agri Thesea, tanquam inde prædia ei monstraturus, & de
saxo præcipitatum interemit. Nonnulli sua sponte fe- B
runt prolapsum, quũ à cœna in deambulando pro more suo, offensasset. Atque in præsentia quidem nemo vllam habuit mortui rationem, sed regnauit Athenis Menestheus. Filii eius priuatam vitam agẽtes, Elephenora ad bellum Troianum sequuti sunt. Defuncto illic Menestheo, reuersi regnum resumpsere. Posterioribus seculis visum Atheniẽsibus est, cum aliis ex causis, honorem, vt heroi, Theseo tribuere, tum milites qui in acie Marathonia aduersus Medos steterũt, non
pauci visi sunt, speciẽ in armis Thesei, ante signa con- C
spicere in barbaros erumpentem. Post bellum Medicum, Phædone archonte, consulentibus Apollinem Atheniẽsibus, respondit vates, vt reliquias Thesei colligerent, & collocata apud se seruarent honorificé. Erat verò & auferre illas & nosse conditorium, intricatum propter inhospitalitatem & feritatem incolentiũ barbarorum. Tandem Cimon, quum ei capta hæc insula (vt in vita eius recensuimus) cupido incessisset eruendi ossa illius, & aquila locum cliuosum ore (vti fama est) tondente, & fodiente vnguibus, diuina quadam sorte res animũ eius subiret, aperuit locum. Re- D
perti sunt magni corporis loculi, adiunctáque cuspi- 31
de hastæ ænea cum ense. Hæc à Cimone in triremi sua deportata, ouantes Athenienses, eximia celebritate & sacrificiis, sicut reducem ad vrbem exceperunt, ac media conditus est vrbe prope gymnasium quod nunc est. Est id perfugium inuiolabile seruis & omnibus demissioribus, timentibúsque potentiores: quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tutelaris Theseus atque auxiliaris fuisset, & benignè
abiectorum accepisset preces. Sacrum maximum ei
exhibent octauo die mensis Pyanepsionis, quo ex Cre
ta rediit cum impuberibus. Attamen & aliorum men-
sium octauo quoque die colunt eum: vel quòd pri-
mùm ex Trœzene octauo Hecatombæonis (vt memo-
riæ tradidit Diodorus Periegetes) appulisset, vel quòd
illi præcipuè hic numerus, qui ortus diceretur ex Ne-
ptuno, attribuendus esset: etenim Neptunum octauis
celebrant. Numerus enim octenarius, qui tessara ex
B pari primus est, & primi quadrati geminus, propriam
repræsentat stabilitatem & soliditatem virtutis illius
dei quem Ἀσφάλειον, id est Stabilientem, & Ταύροχον, quòd
terram coerceat, cognomine dicunt.

PLVTARCHI

C

ROMVLVS.

INGENS Romæ nomen, quod glo-
ria est apud omnes gentes decanta-
tum, haud conuenit inter scriptores,
à quo vrbs & qua de causa inuenerit.
Sed Pelasgos, quum maiorem partem
percursassent orbis, plurimásque de-
uicissent nationes, eam oram qui-
dam autores sunt tenuisse, atque ex suo in armis ro-
D bore, quod ῥώμην Graeci vocant, vrbem Romam dixis-
32 se. Alii capta Troia, nonnullos profugos, quum naues
essent nacti, ad Hetruriam vi ventorum expulsos, circa Tyberim amnem anchoras iecisse: vbi vxoribus
eorum fatiscentibus, pelagique pertæsis iactationis,
vnam quæ & genere clarior cæteris esse & præcellere
mente videbatur, Romam nomine, vt classem incen-
derent suggessisse. Id viros primùm ægrè tulisse. De-
inde quum necessariò sedes circa Palatium posuissent,

& breui supra spem succederent omnia, quòd agri fer- A
tilitatem miram sentirent, reciperent etiam ipsos ac-
colæ, cum alios Romæ honores habuisse, tum verò
eius, vt autoris, vrbi nomen indidisse. Inde posteris
quoque morem perhibent traditum, vt propinquos
fœminæ & viros suos salutent osculo, quòd illæ post
classem inflammatam deprecantes viros & iram eo-
rum mulcentes, ita eos salutauissent & amplexę es-
sent. Sunt qui Itali & Leucariæ filiam Romam, sunt
qui Telephi Herculis filii filiam Æneæ nuptam, alii B
Ascanii Æneæ filiam vrbi aiunt nomen dedisse: alii
Vlyssis & Circes filium vrbem condidisse Romanam:
alii Remum Æmathionis filiũ ab Diomede ex Troia
missum: alii Remum Latinorum tyrannum, quum
eiecissent Hetruscos, qui in Lydiam ex Thessalia, ex
Lydia commigrauerant in Italiam. Iam nec inter
eos qui probatissima adferunt, qui vrbi Romulum
contendunt nomen posuisse, de origine eius conue-
nit. Hi Æneæ ex Dexithea nata Phorbantis filium C
cum fratre Remo infantem admodum deportatum in
Italiam fuisse. Quum autem scaphæ reliquæ perís-
sent amne effuso, illa verò in qua puerierant, ad ri-
pam placidè delata lenem esset, præter spem saluos
fuisse, atque ita eum locum Romam fuisse appella-
tum. Illi Romam fœminæ illius Troianæ filiam, quę
Telemachi filio nupta Latino fuit, Romuli matrem 33
fuisse. Æmyliam alii Æneæ & Lauiniæ filiam ex Mar-
te concepisse. Alii fabulosa planè de eius ortu referũt,
spectrum Tarchetio Albanorum regi, homini teter-
rimo & sæuissimo, diuinum domi oblatum. Genitale
ex foco eius masculini sexus extitisse, per multósque D
dies cõparuisse, atque oraculo, quod in Hetruria Te-
thydis erat, responsum, vt virgo cum spectro coiret, ex
qua filium virtute clarissimum, fortunáque & robore
oriturum insignem. Hoc responsum Tarchetius quũ
vni ex filiabus exposuisset, iussisséque cũ genitali illo
vt iũgeret se: eam, quòd aspernaretur, summisisse ancil
lã. Tarchetiũ (vt resciuit) grauiter offensum, ambas in
vincula coniecisse, morte vindicaturũ. Sed quũ Vesta

Universidad de Deusto
Biblioteca

A illi in somnio oblata deterruisset eā à cæde, telā in vin
culis texere puellas iussisse, ea lege vt ea detexta eloca-
rētur: atque illas texuisse interdiu, nocte mādato Tar-
chetii alios retexere telā solitas. Quū ancilla ex geni-
tali illo geminos esset enixa, Teratio cuidā Tarchetiū
necandos tradidisse. Illum ad fluuii ripam eos expo-
suisse, lupam inde accurrentem lactasse, auēsque diuer-
si generis alimenta minuta ori indidisse: bubulcum
tandem re cum admiratione conspecta accedere au-
sum, infantes sustulisse. Ad hunc modum eductos in-
B uasisse eos Tarchetium, & superasse. Hæc Promathion
quidam in historia, quam scripsit de rebus Italicis, re-
tulit. Cæterùm receptissimæ historiæ & à plurimis
approbatæ, Peparethius Diocles præcipua quæque,
princeps apud Græcos edidit, quæ in plerisque Fabius
Pictor sequitur. Et quanquam hic quoque varient, vt
34 breuibus tamen absoluam, illa huiusce modi est. Ex
AEneæ posteris, qui Albæ regnarunt, ad duos fratres
regnum deuenit, Numitorem & Amulium. Vniuerso
patrimonio ab Amulio in sortes diuiso duas, regnō-
C que cum pecunia & aduecto Troia thesauro compa-
rato, sumpsit regnum Numitor. Amulii quum essent
ex argento quàm Numitoris ampliores opes, facilè eū
regno exuit: eiúsque filiam, quo perpetuo cælibatu &
virginitate liber ab huius partu foret, Vestæ sacerdo-
tem legit, quam Iliam alii vocant, alii Rheam: sunt &
qui Syluiam. Non multo pòst deprehenditur contra
virginum Vestalium legem prægnans. Ne vltimo sup-
plicio afficeretur, regis filia à patre precibus Antho
obtinuit: in custodiam tamen, ne inscio Amulio pare-
D ret, data est, & remota ab hominum cōsortio. Illa ge-
mellos edidit mira corporis proceritate & specie. Qua
re magis Amulius commotus imperat ministro vt eos
exponat. Huic Faustulo quidam nomen: alii non huic,
verùm ei qui hos sustulit, fuisse tradunt. Minister in-
fantes imposuit alueo, atque expositurus eos descen-
dit ad fluuium. Quem inflatum quum cerneret & ra-
pidum, non est ausus accedere, sed ad proxima ripæ
expositis, recessit. Fluuio euagato, suscipiens alueum

alluuies, & leniter subuehēs in locode stituit satis mol- A
li, Cermanum vocant nunc, quondam mea opinione
Germanum à fratribus. Erat iuxta ficus quam Rumi-
nalem dicebant (vt multorum est opinio) à Romulo:
vel quia pecora ruminantia illic captabant vmbram,
vel (quod maximè probatur) propter puerorum la-
ctationem. Mammam enim vocabant Rumam prisci, 35
& deam infantium educationis præsidem, Rumiliam
dicunt, eique sacrificium faciunt absque vino, in quo
lac libant. Ad pueros ibi iacentes lupam tradunt la-
ctantem cursum flexisse, & picum Martium nutrien- B
dis & seruandis præstò fuisse. Marti ea animalia sacra
habētur. Picum Martium præcipuo honore venerantur Latini. Vnde puerperæ maior habita fides, ex
Marte peperisse se asseuerant. Quanuis deceptam fe-
rant ab Amulio, qui armatus eam stupraverat, in eam
opinionem venisse. Sunt qui ferant nutricis nomen ex
vocis ambiguitate fabulæ locum dedisse. Lupas enim
Latini præter notam significationem etiam vocabant
eas quæ corpus vulgabant: cuiusce modi Faustuli vxo-
rem puerorum nutritii fuisse Accam Laurentiam no- C
mine. Huic etiam sacra Romani faciunt, & mense A-
prili flamen Martialis libat, Laurentialia vocant festū.
Alteram item colunt Laurētiam ex causa huiusce mo-
di. Herculis æduus fortè otii fallendi causa, alea cum
deo ludere statuit hac lege, si vicisset, vt ille quippiam
sibi conferret doni: victus vt deo ipse lautum epulum
& concubitum præberet formosæ mulieris. In hanc
legem, iacit pro deo, inde pro se. Victus quū stare pa-
ctis, & conditioni vellet conuentæ satisfacere, cœnam
deo instruxit, Laurentiámque formosam puellā non-
dum famosam mercede pactus, inuitauit. Lectum ei
strauit in tēplo, qua vt deus potiretur, eo in loco con- D
cluhit illam. Fama tenet Herculem cum puella con-
gressum, iussisse ei ad forum mane le conferret, & in
quem incidisset primùm, eum osculo dato amicitia si-
bi iungeret. Occurrit ei quidam ex ciuibus magno
natu & opulentus Tarrutius, liberis orbus, qui hacte- 36
nus ætatem in cælibatu egerat. Hic Laurentiam com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A plexus est ac dilexit, multorúmque & lautorũ prædiorum reliquit moriens hæredem, quæ illa pleraque populo legauit. Hæc quum iam celebri nomine esset atque à deo dilecta, traditur ex hominum ablata cõspectu, quo loco prior Laurentia humata est. Velabrum nunc vocant ex eo quòd in crebris fluuii exundationibus traiectus eo loco in forum esset. Traiectum velaturam vocant. Alii deducunt à velo: quòd qui munus populo exhibent, inde velis viam, quæ à foro fert in circum maximum, adumbrent. Hac de causa Laurentia altera apud Romanos colitur. Fausulus infantes regius subulcus clam omnibus sustulit. Alii veritati consona magis referunt, conscio Numitore, & alimenta suppeditante secretò nutritiis, pueros literis omníque liberali disciplina Gabiis institutos: qui tradunt præterea, quia sugentes visi essent lupam, à papilla Romulum & Remum vocatos. Horum ilico in prima etiam ætate corporis præstantia indolem ex proceritate & forma ostendit: & quum adolescerent, acres ambo & fortes, atque ad obiecta pericula magnanimi fuerunt planéque intrepidi. Romulus tamẽ præcellentior consilio & ciuili prudentia habebatur, in pascendo venandóque, vicinis quibuscũ haberet commercium, magnam de se opinionem præbens, ad imperandum se quàm ad parendum natum potius esse. Itaque popularibus & humilioribus grati esse, villicos
37 regios, procuratores & pecoris magistros, vt nihilo se præcellentiores contemnere, nec minis eorum moueri vel ira: in sermonibus & studiis liberalibus frequẽtes esse, ab otio & inertia, vt re sordida, abhorrentes, amplecti autem labores, venationem, cursus: facere in
D latrones impetum, & afflictos ab iniuria vindicare. Hinc adolescentibus magnũ nomen. Exorta aliquando inter Numitoris & Amulii pastores contentione, pecoribusque abactis à Numitoris bubulcis, non tulerunt eam iniuriam, sed cecíderunt eos & in fugã verterunt, exuerúntque magna ex parte præda, nihil Numitoris morati indignationem. Gregem inde inopum & seruorum cogunt recipiúntque, vt res iis autoribus

spectare ad defectionem & audax facinus videretur. A
Quum esset autem sacrificandi & augurandi Romulus studiosus, eo fortè in sacrificio occupato, inuadũt Numitoris pastores iter cum paruo comitatu facientem Remum. Dum ictus & vulnera vtrinque inferuntur, vincunt Numitoris pastores, ac Remum capiunt. Raptum ad se & accusatum Numitor, quia iram verebatur fratris, ipse non puniuit, sed profectus ad illum, vltionem postulauit, qui frater esset regis, violatus ab ipsius famulis. Rei indignitas quum etiam Albanos motos eius dignitate afficeret, adductus est Amulius, B
vt Remum fratri ad supplicium dederet. Adolescente domum ducto, corporis eximiã præter cæteros speciẽ & robur miratus, simul animaduersa in vultu audacia & confidentia animi, imperterritáque & inuicta præsenti periculo constantia: facta deinde & gesta eius audiens, cáque cum corpore & animo comparans, ad caput magnarũ rerum, deo haud dubio imprimis prę- 38
sente & autore perducitur: ac studio veritatis forte-fortuna rogauit, qui sit quæve eius origo, comíque alloquio & humano intuitu spem cum fiducia dat. Ille intrepidè, Nihil (inquit) te celabo: nanque regio animo magis mihi videris quàm Amulius esse, qui antè C
audias & quæras quàm damnes: ille dedit inauditos. Primùm regis ministrorum Fausturi & Laurentiæ filios credidimus nos: gemini sumus. Verùm vt accusati apud te sumus & calumnia circũuenti, de vita vt periclitemur, mira de nobis intelligimus. Certáne sint, præsens apparet periculum decreturum. Conceptum nostrum prodigiosum accipimus, incunabula & lactationem infantium etiam magis nouam. Aues enim & feræ, quibus obiecti eramus, imprimis lupa & picus D
Martius, quum ad magnum fluuium in alueo iaceremus, minutis cibariis nos nutrierunt. Extat alueus & saluus est, æneis vinculis circũductus, literis inscriptus exolescentibus, quæ parentibus essent interitus nostri inutilia indicia. Numitoris ad verba & ætatẽ ex facie elucentem, tempus comparantis blanda spes animum tetigit, subiitque cura quemadmodũ cum filia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quæ in arcta adhuc detinebatur custodia, remotis arbitris ageret de his. At Faustulus, vt captum Remum & deditū accepit, Romuli implorat opem, eique tandem veram originem ipsius aperit, quam obscurè antè & obiter hactenus indicauerat, quatenus illis (si animum aduerterent) animos facere posset. Simul temporis necessitate festinabundus & perculsus, cum alueo contendit ad Numitorem. Venit autem in suspicionem regiæ ad portam stationi: & quum oculos in eum intenderent, atque ille trepidaret ad interrogata,
B detectus est quem pallio operuerat alueus. Erat fortè
39 inter eos quidam ex illis qui proiiciendos acceperant pueros, & exponendis interfuerunt. Hic vt alueum aspexit, agnouit eum ex forma & literis, rémque suspicione attigit, quam non neglexit, sed aperuit regi, & ad quæstionem vocauit. Tantis & tam multis circumuentus periculis, non omnino Faustulus infractus stetit, neque omnia tamen expressa ei fuere. Pueros ergo esse fatetur superstites, sed procul Alba pascere. Alueum se ad Iliam ferre, quæ & certiorem de liberis spem
C videre, & contrectare eum sæpe cupierat. Id quod vsu venire perolexis solet, & illis qui metum vel iram in consilium adhibent, accidit Amulio. Quendam & probum virum & Numitoris amicum ad eum mittit quæsitum, ecquid de incolumitate puerorum intellexisset. Ille accedens vt penè hærentem iam Remum in complexibus & osculis Numitoris vidit, & spem eius confirmauit, & vt rem gnauiter aggrederetur, autor fuit, simúlque se illis adiunxit, & rem adiuuit. Nec
D articulus vllam cōcedebat vel inuitis prolatationem, nam Romulus iam āderat, ad quem odio & metu Amulii globus se effuderat ciuium. Manum etiam non contemnendam ipse adducebat in centurias distributam. Singulas vnus ducebat, graminis & fruticū manipulum conto alligatum ferens. (Inde manet in hodiernum diem, vt in exercitu hos manipulares appellent.) At Remus, quum ciues ad se traheret, Romulus verò adoriretur foris, torpidus tyrannus & attonitus, nihil est contrà molitus, nec quicquam salubris consilii

consilii cepit: itaque deprehensus obtruncatur. Hæc A
ferè quum & Fabius referat & Peparethius Diocles 40
(quem puto de condita Roma primum memoriæ mandasse) suspectam quidam habent fabulam & commentum: nos, quum cernamus quanta vis sit fortunæ, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo rem Romanam sine diuino aliquo auspicio & magno miraculo nō fuisse eò potentiæ progressuram. Interfecto Amulio rebúsque compositis, Albæ habitare & viuo regnare auo non induxerunt in animum. Quare permisso illi regno, matrique debito habito honore, B
ipsis cōsilium fuit scorsum vrbis, vbi primùm fuerant educati, condendæ. nam hæc mihi causa potissimùm probatur. Fortassis autem quum iam serui atque exules confluxissēt frequentes ad ipsos, reliquum erat vt aut res illorum planè corruerent, si dissipati hi essent, aut vt separatim cum iis coniungerent domicilium. Nam abnuisse Albanos in corpus suum & ciuitatem recipere fugitiuos illos & exules, constat primùm ex mulierum raptu non ex libidine instituto, sed ob connubiorum difficultatem necessario facinore. coluerunt enim supra modum raptas. Mox iactis vrbis fundamentis asylum aperuerunt profugis & fugitiuis, C
quod dei Asylæi appellauerunt, omnésque recipiebāt, neque seruum dominis, nec creditoribus nexum, nec magistratibus dedebant homicidam, verùm inuiolatum locum ex oraculo Apollinis præstare se asserebant. Ita vrbs est breui frequentata. Nam prima ædificia non amplius fuisse mille volunt. Verùm de his infrà. Intentis cōdendæ vrbi ilico de loco discordia interuenit. Romulus quadratam Romam condidit, at- D
que eo in loco statuere voluit vrbem. Auentini Remus munitiorem designauit partem, quod ab eo est Remonium dictum, nunc Rignarium vocitatur. Itaque litem 45
augurio committunt. Quum diuersa loca cepissent, sex vultures Remo tradunt, Romulo bis totidem se ostēdisse. Quidam Remum verè sex vidisse, Romulum mentitum: sed quum accessisset ad eum Remus, tunc duodecim Romulo visos: quapropter mansisse vt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A augurio capiendo Romani habeant vultures præcipuos. Herodotus Ponticus Herculi lætum augurium tradit fuisse, si vultur se obtulisset ei in re agenda. Et est hoc animal præter cætera innocentissimum, nec satis vel plantis vel pecori incommodat. Cadaueribus tantùm vescitur, nihil quod viuat, perimit, neqs ei nocet. Volucribus ob cognationē abstinet etiā mortuis, quum aquilæ, noctuæ & accipitres sui generis aues inuadant & interimant vel viuas, licet vt Æschylus ait,

B *Immunda auis sit, siqua auem depascitur.*

Iam volucres aliæ ferè oculis nostris obuersantur. Vulturis rarum est spectaculū, neque quenquam temere, qui pullos vulturinos conspexerit, inuenias: sed raritas eorum nōnullis & insolentia opinionē inuexit nouam, ex alio orbe huc eos cōmigrare. Cuiuscemodi vates contendunt id esse, quod non natura duce nec sponte se profert sua, sed mittitur diuinitus. Detecta fraude, Remus dolore motus Romuli, quum fossam duceret, qua muro amplecti vrbem statuerat, designationem

C partim ludibrio habuit, partim interpellauit: postremò, quum eam trāsiliret, cæsum eo loco esse, autores sunt quidam Romuli manu, alij Celeris, qui sodalis erat Romuli. Eo in certamine Faustulus quoque & Plistinus Faustuli frater, quem socium in educando Romulo Faustulum habuisse scribunt, cecidere. Celer in Hetruriam exulatum iuit. Ab eo veloces vocant Romani Celeres: & Q. Metellū, quòd patre defuncto munus gladiatorium populo dedisset, paucis diebus in

42 apparatu positis, velocitatis admiratione, Celerem appellauere. Romulus, postquam Remum vnà cum nu-

D tritijs suis in Remonia sepeliuit, condidit vrbem: ad quod acciuit Hetruscos, qui velut in mysterijs, vt quidque faciundum erat, ceremonijs quibusdam & scriptis præscripserunt docuerúntque. Comitio fossa est rotunda circunducta. In eam primitias detulerunt omnium quæ de more vt bonis, natura vtebātur vt necessarijs. Postremò ex qua quisq; aduenerat regione eius terræ portiúculā collatā eò coniecerūt & comiscuerūt. Fossam hāc eodē quo cælū nomine, vocauerūt

Mundum. Hinc vrbe sicut circulo cētrum circunscripsere. Conditor aratro æreum vomerem adiungit, iunctisque bobus, mare & fœmina, ipse circum lineamenta profundum inducit sulcum. Sequentiū munus est vt excitatas ab aratro glebas intrò vertāt, necvllam sinant extrà ferri. Ita mœnia linea definiunt, idque elisis aliquot literis, Pomerium dicitur, quasi Post vel Pone mœnia. Vbi portam designare visum est, vomere exempto atque aratro sublato, spatiū relinquunt. Vnde torum habent murum præter portas sacrum. Nam A B eas si ducerent sacras, religiosum esset necessaria & impura in vrbem recipere & exportare. Conditam vrbem in confesso est vndecimo Calend. Maias: quē diem Romani patriæ natalem appellant, habéntque festum. Initiò (vt fama est) nihil immolabant animatum. Purum censebant & incruentum decere natalibus patriæ solenne consecratum conseruare. Eundem diem C illi & ante vrbem conditam, festo pastorali habebant 43 sacrum, & Palilia vocabant. Cæterùm calendæ hac tempestate apud Romanos nihil quadrant cum Græcorum interlunijs. At diem illum quo condidit vrbem Romulus, planè in trigesimum mensis apud Græcos tradunt incidisse, quo subiēs solis orbem luna defecit, quem defectū Antimachum vidisse Teium poetam lyricum arbitrantur, quum incurreret in tertium sextæ Olympiadis annum. Varroni philosopho, qui Romanorum plurimæ fuit in historia lectionis, familiaris erat Tarruti', philosophus ille quidē & mathematicus, D atque etiam genethliacus: cui scientiæ ita se speculandi gratia dederat, vt in ea videretur excellere. Huic posuit Varro, vt Romuli natalē designaret, ex euentis eius ducens rationes, sicut quæstionū geometricarum docent contextus. Eiusdē esse enim disciplinę quū diem natalē acceperis, vitam cuiuspiam prænuntiare, ac vita proposita exquirere natalem. Suscepit prouinciā Tarrutius, positisque ob oculos Romuli casibus, factisque ac vitę spatio & mortis genere, atque istis comparatis omnibus, confidenter & intrepidè conceptū à matre pronūtiauit āno secūdæ Olympiadis primo, mēsis quē

A vocant AEgyptii Chœac, (December is sit) tertio & vicesimo die ad tertiam horam, qua sol omni ex parte defecit. In lucem editum mensis Thoth (quem dicas Septembrem) vicesimoprimo, circa solis ortum: die nono mensis Pharmuthi (qui respondet Aprili) vrbis incunabula fuisse inter secundam & tertiam horam. Siquidem non minus vrbis quàm hominis fortunæ certum est tempus quod ex primis incunabulis ad stellarum capitur positiones. Verùm hæc fortassis & similia non tam erunt lectori odiosa, quia fabulosa sunt, quàm nouitate & curiositate ducent. Vrbe iam con-
B dita iuuentutem in militares ordines centuriauit. Sin-
44 guli ordines peditum habebant terna millia, tricenos equites. Quia verò ex omnibus bellicosi lecti erant, Legio dicta. Hinc reliquum cœtũ habuit & dixit populum. Centum præstantissimorum delegit consilium, Patres vocauit, collegium Senatum. Patres dictos ferunt quòd liberorum ingenuorum essent parentes: alij quòd parentes suos laudare possent, quod ex colluuie illa ciuitatis prima licebat paucis. Sunt qui à pa-
C trocinio, Patronem quendam, qui sequutus fuerat Euandrũ, aduenam, defensorem inopum & vindicem, huic rei nomen arbitrantes tribuisse. Verius videatur, Romulum principum & potentissimorum censentem partes esse, vt patria cura & solicitudine complecterentur demissiores, simúlque docentem plebem ne timerent præstantiores, néve inuiderent honoribus eorum, sed vterentur iis cum beneuolentia, ac ducerent patres appellarẽtque, id nomẽ his dedisse. Nam
D nunc quoque senatores, exteræ nationes, prætores & imperatores, ipsi Romani cum amplissimo & honoratissimo, tum minimè inuidioso nomine Patres Conscriptos vocant: principiò Patres tantùm, pòst numero amplificato, Patres Conscriptos appellauere. Atque ro tam venerando vocabulo populum à senatu distinxit. Cæteros deinde, quibus maiores erant opes, secre-
45 uit à plebe, appellauitque Patronos illos, hos Clientes. Ex quo fonte mirificè eos inter se beneuolentiæ necessitudinisque copulauit iure, quum litigãtibus patroni

de iure responderent, atque aduocati adessent in iudi- A
cio, omnibúsque item in rebus consilio eos & studio fouerent: hos contrà colerent clientes, non honorando modò, verùm dote etiam tenuiorum filiabus conferenda, & ære alieno suscipiendo. Testimonij aduersus patronum clienti, vel patrono aduersus clientem dicendi, nulla legis, nulla magistratus coactio erat. Postea his officiis nihil imminutis si mercedem accepissent potentiores à demissioribus, turpe haberi cœpit & sordidum. Sed hactenus de his. Ab vrbe condita quarto mense raptum designatum Sabinarum tradit B
Fabius. Romulum ipsum quidam autores sunt ad arma natum, atque certis adductum oraculis, in fatis esse re militari vt Roma in immensum ereseeret, ad violandum Sabinos, animum intendisse: neque sanè multas, sed rapuisse triginta duntaxat, vt qui non tam connubia quàm bellum quæreret. atqui id parũ congruit. Verùm vrbem quum statim videret refertam aduenis, quorum haberent pauci coniuges, reliqui ex egenis conflari & obscuris contemnerentur, neque putaretur consensus eorum duraturus: sperabat autem ex C
hac iniuria vinculum aliquod suis, vbi mulieres demulsissent, cum Sabinis & nascitur ũ cõmercium, rem ad hunc modum aggressus est. Primùm diuulgauit dei cuiuspiam defossam se sub terra aram reperisse. Consum vocabant deum, siue cõsiliorum ille præses à consilio vel cõsulibus dictus, siue Neptunus equestris fuit. Hæc ara in circo maximo est, aliàs operta, ludis Circensibus aperitur. Alij dictitant, quia planè arcanũ de- 46
beat esse & tectum consilium, rectè deo aram quæ sub terra esset abdita, sacratam fuisse. Ob eam inuentam D
magnificum sacrificium, ludos & spectaculum solenne finitimis indixit & concelebrauit. Multi mortales conuenere. Ille cum principibus trabea amictus præsedit. Signum dederat adoriendi, quum ipse exurgens complicasset trabeam, rursúsque indueret. Multi gladijs accincti oculos tenebant in eum intẽtos. Dato signo stringũt enses, & magno clamore ad capiendas Sabinarũ filias discurrunt. Fugientes omiserunt Sabi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nos, neque sunt eos sequuti. Raptas aiunt hi triginta tantùm, & ab eis nominatas Curias: Valerius Antias quingentas viginti septem: Iuba octogintatres supra sexcentas virgines. Id Romulú subleuauit potissimùm quòd matronam nisi vnam non rapuissent Hersiliam, idque imprudentes: quippe quos non libido, non iniuria ad rapiendum instigauisset, sed vt commiscerent coniungerentque vtráque gentem arctissimis vinculis. Hersiliam nupsisse Hostilio quidá tradunt, viro inter Romanos nobilissimo: ipsi alij Romulo, cui etiá illam liberos peperisse, filiam Primá, ex ordine nascendi ita nuncupatam: vnicum præterea filium, quem ab concursu sub se ciuium Aollium ille vocauit, posteri Abillium. Hæc Trœzenius scribit Zenodotus, quę tamen
B multi refellunt. Inter virginum raptores fuisse aiunt plebeiorum globum, qui puellam longè ante alias insignem specie & statura ducebát: quam quum quidam eripere ex primoribus conarétur, Talasio ferri illi cla-
47 mitauerunt, iuuenci claro probóque. Quo audito, gratulatione & plausu eos collaudasse: fuisse etiam qui regressi comitarentur gratia & fauore Talasii, Talasio conclamantes. Inde Romanis in hùc vsque diem vox
C nuptialis facta, vt Hymenęus Græcis. Nam prosperè Talasio cessisse hoc matrimonium aiunt. Sextius Sylla Carthaginensis retulit nobis, vir & doctus & festiuus, eam vocem pro signo dedisse Romulú ad raptum. Itaque qui virgines abducebant, conclamabant omnes Talasio: atque hinc relictum hunc morem nuptiis. Plerique (inter quos est Iuba) adhortationẽ & incitationem ad laboris sedulitatem & lanificium, quod Græci μελέτας dicunt, censent nondum id temporis Ita
D licis verbis cum Græcis confusis. Quòd si hoc placet, & Romani tum Talasii vocabulum nobiscum vsurpabant, aliam coniicias magis probabilem rationem. Nam in fœdere quod Sabini post bellum pepigerunt cum Romanis, conuenit ne aliam operam viris quàm circa lanificiũ præstarent vxores: qui mos sequutis nuptiis permansit, vt qui elocarẽt puellas, vel deducerent vel præsentes essent, omnino Talasio acclamarent per

lusum, testantes ad nullum aliud quàm lanificium munus, sponsam adduci. Seruatur hinc etiam hodie, ne limen sponsa ipsa transcendat in domũ, sed sublata inferatur, quòd vi tunc illatæ, non ingressæ essent. Addunt quidam, quando sponsæ capillos hastæ discriminent cuspide, primas nuptias denotare vi & hostiliter contractas: de quibus prolixius in Quæstionibus diximus. Admissus hic raptus est octauodecimo die Sextilis, quem nũc vocãt Augustũ, quo Cõsualia celebrant. Sa-48 binorum magna gens quidẽ & bello bona erat, sed vicatim habitabant sine mœnibus. Nam quũ coloni es- B sent Lacedæmoniorum, meritò ingẽtes animos & intrepidos gerebant. At quia magnis se pignoribus cernebant adstrictos, timẽtes filiabus, legatos miserunt ad Romulum cũ æquis & moderatis postulatis, redderet sibi puellas, & vim illatá resolueret, tũ cum bona gratia & lege amicitiam & affinitatẽ inter vtranque gentem contraheret. Verùm quũ nõ remitteret Romulus puellas, peteret autẽ à Sabinis vt hanc necessitudinem comprobarent, alii in deliberãdo & apparatu lentè agebant: Ceninensium rex Acron, magno vir animo & C bellator insignis, qui iamdudũ Romuli cæpta habebat suspecta, & hoc facinore in mulieres auso formidandum cunctis existimans, neque tolerabilem si ferret impunè, primus bellum intulit, magnisque copiis mouit in Romulum, & in illum Romulus. Quum iam in conspectu essent, & inter se contuerentur, prouocauerunt se mutuò ad pugnam, copiis in acie quiescentibus. Ibi Ioui Romulus, si hostem vicisset fudissétque, vouit arma illius semetipsum ei dedicaturum. Acronem superat & occidit, exercitum eius signis D collatis profligat. Eodem impetu oppidum eorum capit, nec violat tamen eos qui illic substiterant: nisi quòd demoliti ædificia iussos Romam attrahit, atque in ciuitatem æquo recipit iure. Neque res alia vlla perinde amplificauit ciuitatem Romanam, vt quod connecteret sibi & in corpus suum contribueret victos. Romulus, vt votum Ioui redderet quamgratissimum & oculis ciuium speciosissimum, quercum, quam in

A castris, vidit miræ proceritatis, recidit, & instar ador-
49 nauit trophæi, Acronis armis aptè suspensis ex ea ad-
aptatisque, veste ipse incincta, & capite fluente coma,
laurea coronatus, feretrum dextro innixum humero
directum gerens incessit, carmen victoriale exercitui
præiens in armis sequenti, ciuibus cum gratulatione
& laudibus eum excipientibus. Triumphorum fuit
hæc celebritas in posterum origo & exemplum. Fere-
trum Iouis Feretrij donum appellatum est à feriendo.
Precatus enim deum fuerat vt Acronem feriret & cæ-
B deret. Opima spolia dicta sunt, autore Varrone,
quòd Diuitias Opes appellent. Rectius mihi videtur
ab opere. Nam quum manu sua dux ducem interfi-
ciens, ipse decus parit, permittitur ei opima spolia con
secrare. Ac tribus modò Romanis imperatoribus eius
fortuna decoris fuit, primo, Romulo, interfecto Ceni-
nensi Acrone: secundo, Cornelio Cosso, qui Volúnium
Tuscorum ducem occidit: postremò Claudio Mar-
cello, à quo Gallorũ rex cæsus est Viridomarus. Cos-
sus & Marcellus curru iam inuecti sunt, quum opima
C spolia ferrent. Romulum fallitur Dionysius, qui vsum
dicit curru. Siquidem Tarquinium Demarati filium,
proditum memoriæ est regum principem, eam in spe-
ciem & fastum euexisse triumphos. Poplicolam scri-
bunt alij primum curru triumphãtem inuectum. Nam
Romuli quidem statuas triumphales videre est o-
mnes pedestres. Deuictis Ceninensibus, dum reliqui
Sabini tempus in apparatu terunt, Fidenates, Crustu-
meni, & Antemnates coierunt contra Romanos. Qui
item acie fusi, oppida sua capi, agrósque diuidi, ac se
D Romam passi sunt transferri. Romulus reliquum agri
50 partitus populo, raptarum tantùm parentibus, quod
eorum fuisset, concessit. Molesta hæc cæteris erant Sa-
binis. Itaq; imperatore creato Tatio infestum agmen
Romã mouerunt. Haud expeditus erat ad vrbem ac-
cessus: quòd is collis, vbi nunc Capitoliũ est, propu-
gnaculũ iis esset cum præsidio, cui præerat Tarpeius,
nó Tarpeia virgo (vt nõnulli tradũt) qui stultum feciũt
Romulũ: verùm filia præfecti Tarpeia, quę cupidine

capta aurearũ armillarum, quas gerentes videbat Sabi A
nos, prodidit iis arcẽ pacta proditionis mercedẽ quæ
læuis manibus ferrẽt. Hac cõditione Tatio vnã noctu
reserat portam, qua recipit Sabinos. Verùm enimue-
ro non vnus sanè dixit Antigonus prodẽtes amare se,
odisse quũ prodiderint: neque de Rhymitalce Thra-
ce Cæsar, amare se proditionem, proditorem odisse:
sed eo ferè in sceleratos animo sunt illi qui eorũ opera
requirunt, vt veneno & felle quarundã maleficarum
bestiarũ qui opus habent. Quippe operam eorũ dum
ex vsu est amplectuntur, execrãtur scelus vbi voto po- B
titi sunt. Perinde tum Tatius Tarpeiæ fecit: iussit suis
vt conuectorum memores, quæ sinistris ferrent, omnia
cõgererent in illam. Ipse ante alios detraxit manui ar-
millam, vnáque cum hac scutũ ei iniecit. Quum idem
facerent omnes, auro illa iniecto scutisque obruta est:
itaque numero & pondere oppressa. Damnatus est ab
Romulo & Tarpeius proditionis, vt Iuba autor est
Sulpitium Galbam in historia prodere. Inter reli-
quos, qui Tarpeiæ meminerunt, absurdi sunt (de qui-
bus est Antigonus) qui tradunt ducis Sabinorum eam C
filiam Tatii fuisse: & quum inuita esset eam Romulo,
hoc perpetrasse, atque ita fuisse à patre in eam consul-
tum. Poeta verò Simulus planè delirat, qui non Sabi-
nis eam, sed Gallis putat hanc Capitolium prodidisse,
quum esset regis eorum capta amore. Is ita scribit, 51

At Capitolinam custos Tarpeia tenebat
Arcem, quæ muris non bene fida fuit,
Gallica dum demens sequitur connubia: patrum,
Qui orbis sceptra gerunt, prodidit illa Lares.

Mox de eius morte,

Illam non Boïj, non gentes mille puellam D
Gallorum ad gelidum corripuere Padum:
At sibi nudatis splendentia dona lacertis
Iniciunt miseræ, condecorántque necem.

Cæterùm à Tarpeia illic sepulta, collis ille vocatus
Tarpeius fuit, donec locum eum Tarquinius rex Io-
ui consecrauit: quo tempore ossa eius aliò fuerunt de-
lata, noménque exoleuit Tarpeiæ, excepto saxo, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vocant etiam nunc Tarpeium, ex quo præcipitare sceleratos solebant. Arcem Sabinos insidentes ira stimulante prouocauit ad pugnã Romulus: nec Tatius munitum, si vrgeretur, suis receptum videns, detrectauit. Quod enim inter frequentes colles planiciei est, vbi concursuræ acies erant, ob loci difficultatem vtrisque acrem videbatur & grauem dimicationem præbiturum: fugam verò & insectationem in arcto breuem. Fortè paucis antè diebus limus ex fluminis eluuie altus & cæcus restiterat in conualle, quo loco nunc forum est: ita cum tectus erat & euitatu difficilis, tum
B molestus & in imo mollis. Quò quum ferrentur imperiti Sabini, fortuna adfuit iis. Nam Curtius celso vir animo & clarus nomine, equo lõgè ante signa euectus est. Quũ equus eius in voraginem demergeretur, conatus est eum aliquandiu cædendo & excitado exigere: vbi id parum procedit, omisso equo ipse euadit.
52 Locus ab eo etiam hodie Lacus Curtius dicitur. Periculo Sabini vitato acriter capessiunt pugnam: in qua licet multis cadentibus, neutrõ inclinauit victoria. In-
C ter eos cecidit Hostilius: hũc Hersiliæ virum & auum Hostilii, qui post Numam regnauit, perhibent fuisse. Quum autem certamina de integro multa (vt verisimile est) breui tempore fierẽt, vnius potissimùm meminerunt nouissimi: quo quum in capite esset Romulus saxo ictus, vt penè in terram prolaberetur, pugnáque excederet, pedem retulerunt Romani, motique campo, & fuga delati ad Palatiũ sunt. Interea Romulus ex vulnere aliquantum recreatus occurrit fugientibus, ac repetere pugnam, reprimeréque eos atque in
D hostem conabatur reducere, altáque voce, vt resisterent, adhortabatur, certaménque ciebat. Quum verò effusa fuga circa eum fieret, neque quisquam hostium conspectum sustineret, tensis ad cælum manibus precatus Iouem est, fugam vt sisteret, ac rem Romanam ruentem sustineret, restiteréque. Hæc orantis multos regis repressit verecundia, animúmque ablato timore, addidit. Restiterunt vbi nunc Iouis Statoris templum est. Tum redintegrato certamine impulerũt

Sabinos ad regiã, quam nunc vocant & Vestæ ædem. A
Hic eos iterare pugnam molientes, terribile visu & inauditum cohibuit spectaculum. Sabinorum filiæ, quæ raptæ fuerant, ex diuersis locis accurrere. Hæ per infesta arma & cadauera cum clamore & vlulatu tanquã fanaticæ ad viros & patres intulerunt se, partim infantes in vlnis gestantes, partim crinibus resolutis, omnes tamẽ blandissimis nominibus, hinc Sabinos, hinc Romanos appellantes. Confestim sedauerunt vtrosque, atque inter vtranque aciem datus est iis locus. Iam e- 53
iulatus ab omnibus pariter perceptus est, speciésque B
commouit eos: multo maximè oratio in obsecrationem & precationem ex disceptatione & querimonia desinens. Quo nostro (inquiunt) merito in miserias tantas, & nuper & hoc tempore incidimus? vi sumus & iniuria à maritis raptæ, iniuria nostra à fratribus, parentibus, propinquis hactenus neglecta, dum vinculis cum inimicissimis cõglutinatæ arctissimis, timere raptoribus & violatoribus cogamur præliantibus, & lugere cadentes. Neque enim vindicatũ virgines aduolastis à violatoribus, sed nunc à viris auellitis coniuges, & à liberis matres, qui miseris nobis tristius auxilium, quàm neglectus ille fuit & proditio, fertis: illa nobis ex horum amore, ex vestra miseratione hęc oblata sunt. Nam si alia belli causa esset, dãdum hoc erat nobis, quæ vos soceros, auos atque affines effecimus, arma vt poneretis: sin nos in causa sumus, abducite nosquæsumus cum generis & liberis, ac reddite nobis parentes cognatósque: abstrahere à prole atque viris omittite, ne iterum captiuæ reddamur. Ea quũ Hersilia diceret, orarẽtque cæteræ, induciis factis procedunt ad colloquium duces. Interea mulieres ad parẽtes & fratres adducere viros liberósque, reficere cibo & potu eos qui quærerent, saucios domũ deportatos curare, ostẽdere domi se præesse, quãta viri in se indulgẽtia essent, quantáq; charitate & honore prosequerẽtur. Ita pax fit, vt quę vellẽt mulieres, manerent apud
eos à quib' tenebãtur, ab omni opere & obsequio, prę- 54
terquã lanificio, immunes: cõmunẽ haberẽt Romani

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & Sabini vrbẽ, Roma vrbs à Romulo, Romani omnes Quirites à Tatii patria vocarẽtur, regnũ ducibus domi militiæque consociaretur. Locus vbi fœdus ictum fuit, hodie quoque à coeundo Comitiũ vocatur. Geminata vrbe, centum ex Sabinis senatores allecti, legiones constitutæ ex peditibus senis millibus, equitibus sexcenis. Tribus tres, Ramnẽses à Romulo, à Tatio Tatienses, Luceres à luco; quo in asylum multi qui confugerant, inuiolati in ciuitatem recepti erant, quippe tres fuisse, & nomen tribus & tribuni declarat.

B Singulæ denis constabant curiis, quibus Sabinarũ imposita nomina autumant quidã fuisse. Verùm id quia à regionibus cognomina complures habẽt, falsum videtur: quanuis multa constituerint in honorem fœminarum, ex quibus hæc sunt: Decedere illis via, ab omni obscœno dicto præsente muliere abstinere, non conspici nudum, aut apud iudices rerum capitalium illas causam dicere, earum liberos gestare bullam ex figura & similitudine colli ornamentũ & prætextam. Consilia non statim vocabant reges in vnum, sed separata primò cum suis vterque centenis habebant, inde conueniebant omnes. Tatius habitabat vbi ædes

C nunc Monetæ est, Romulus ad pulchri littoris quos vocant gradus, circa descensum ex Palatio in Circum maximum. Quo loco referunt sacram cornum fuisse,

ꝟ & fabulam attexunt, exercentem se Romulum torsisse ex Auentino lanceam, cuius erat corneum hastile. Altè defixam cuspidem conuellere quum multi niterentur, neminem valuisse, lasciuientem autem, quæ lignum erat amplexa, humum, ramos & stipitem corni

D eximia germinasse proceritate. Eam posteri, vt rem sanctissimam magna religione venerantes, muro cinxerunt. Quæ sicui visa esset minus frondescere vel viresceere, sed marcescere & exaresceere, id clamore ille ilicò significabat obuiis quibusque: qui sicut ad restinguendum incendium aquam conclamabant, simul concursus fiebat, vndique vasa plena eò aquæ portantium. Caio autem Cæsare gradus instaurante, quum opifices tellurem adhærentem arbori circunfoderent

imprudentes, planè corruperunt radices, ac contabuit A
arbor. Menses acceperunt Sabini Romanorum, in quibus quicquid probatu dignum sit, in vita Numæ retulimus. Romulus ab illis est scuta mutuatus, suáq; ac Romanorum, qui ferre antè parmas Argolicas solebant, arma mutauit. Festos dies & sacra inter se promiscua habuere: quæ adferret vtraque gens non antiquarunt, instituerunt insuper noua, ex quibus Matronalia sunt, ob bellum diremptum, concessa fœminis, itémque Carmentalia. Carmentam aiunt quidã Parcam esse, hominum generationis præsidem. Vnde co- B
litur à matribus familiãs. Alii Arcadis Euandri memorant coniugem fuisse fatidicam, & versibus oracula solitam reddere: propterea à carminibus dictam Carmentam, quum Nicostratæ verum nomen esset. Hæc quidem vulgaris est opinio. Alii verò probabilius Carmentam interpretantur, quasi mentẽ carentẽ, ex furore fanatico. De Paliliis suprà est dictum. Lu- ꝟ6
percalia ex tempore dicas lustralia esse, quia dieb' nefastis aguntur mensis Februarii, quem interpreteris lustralem: Diem veteres Februatam vocabant. Videtur verò è nomine solennitas illa admo'lum vetusta, C
ab Arcadibus Euandri comitibus accepta. Cæterùm hæc vulgata est fama: nam deduci nomen potuit à lupa: quòd inde Luperci (vnde educatum Romulum ferunt) auspicari cernamus cursum per vrbem. Verùm quæ aguntur, causam præbent coniectu difficilem. Iugulant capras, inde nobilibus duobus adolescentibus adductis, alii gladio cruento frontem tingunt, alii flatim imbuta lacte lana detergunt eam: detersa ridere adolescentes oportet. Hinc tergoribus dissectis capra- D
rum, in subligaculo discurrunt nudi, obuium quenque scuticis cædentes. Mulieres adultæ non declinant verbera, proficere ea ad conceptionem & partum ratæ. Celebritas ea hoc quoque habet peculiare, canẽ quòd immolent Luperci. Causas fabulosas Butas quidam in Elegiis rerum Romanarum prodit: Romulum deuicto Amulio cursu se exultantem contulisse in locum eum vbi lupa infantibus ipsis summiserat mammam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A atque hac solennitate eum cursum referri, nobilésque in cursu adolescentes,

Pulsare oblatos strictis velut ensibus, Alba
Tunc sese extulerant, Romulus atque Remus

Ensem verò cruentum fronti admotum cædis notam esse & periculi. Abstersionem per lac ipsorum monimentum nutrimentorum. C. Acilius ante conditam vrbẽ autor est, Romuli & Remi pecus amissum fuisse, quos Fauno voto facto nudos, ne molestus iis sudor
57 foret, ad requirendum id, excurrisse. Hinc nudos discurrere Lupercos. Canem arbitror, si lustratio id sacrum est, immolari, quòd eo vtantur lustrati. Etenim
B Græci in sacris lustralibus catulos efferunt, ac passim exigũt catulos, quã ceremoniã vocant σκυλακαγωγίαν. Quòd si in Lupercalibus gratitudinis causa sacrũ faciunt, ob eductum & seruatum Romulum, non absurdè canem iugulant, quia lupis inimicus est. Nisi sanè hoc animal, quòd interpellet in discurrendo Lupercos, punitur. Fama est Romulum etiam ignem primum cõsecrasse, virginésque legisse, quas Vestales vocant. Alii tribuunt id Numæ. Mirè alioqui Romulum
C fuisse tradunt religiosum, augurandique peritum, atque eam ob scientiam lituum gestasse. Est lituus bacillum incuruum, quo qui auspicantur, templa capiunt. Hunc in Capitolio ferunt seruati solitum, sed capta à Gallis vrbe perditum, mox ejectis illis inter cætera incensa omnia & corrupta, multo obrutum cinere inuentum fuisse, intactum autem ab igne. Leges Romulus nonnullas tulit: ex quibus illa dura est, quæ mulieri à viro vetat diuertere, at viro permittit illam, vene-
D ficio sublatis liberis vel subdito partu vel adulterio admisso repudiare. Sin alia de causa domo exegerit eam, partem bonorum viri attribuit mulieri, partem Cereri consecrauit. Qui repudiasset vxorem, deos manes placaret. Singulare est, quòd qui pœnam in eos qui parentes necauerunt, nullã sanxierit, quoduis homicidium parricidii designauerit nomine, tanquam hoc nefario facinore, illo inaudito. Ac multis quidem seculis pòst visus est, meritò sanè, id scelus sensisse non

extiturũ. Nam annis propè totis sexcentis, nemo Ro- A
mæ se isti facinori obligauit: sed patrem interemisse
L. Ostius à secundo bello Punico primus fertur. Ha-
58 ctenus de illis satis. Porrò familiares quidam Tatii
& propinqui, anno eius regni quinto, Laurentum legatos, in quos proficiscentes Romam inciderant in itinere, spoliare sunt aggressi: quos repugnantes & se defendentes obtruncauerunt. Romulus facinore perpetrato tam atroci, cõfestim supplicio afficiendos cẽsebat autores: Tatius rem reiiciebat ac dissimulabat. Vnde aperta est inter eos dissensio exorta, quum alio- B
qui summa moderatione & concordia regnum administrarent communiter. Cæsorum necessarii quũ pœrificantem cum Romulo Lauinii adorti interfecere: Romulum vt virum iustum honorificè sunt cum fauore prosequuti. Ille corpus Tatii magno honore Romam delatum, tumulauit in Auentino ad Armilustrium, cædem tamen planè neglexit persequi. Sunt qui scribant metu perculsos Laurentes Tatii percussores dedisse, sed Romulum cæde pensatam cædem præfa- C
tum, eos noxa soluisse. Ideo sermonibus iactitatum & habitum, vt à regni socio liberaretur, accidisse id eo non inuito. Verùm nihil hinc tumultus, nihil seditionis ortũ ab Sabinis est, sed partim fauore in illũ, partim metu potentiæ, alii pro deo eum habentes, vno & constanti animo illum coluere. Multæ etiã exteræ nationes suspiciebant Romulum. Prisci Latini missis legatis amicitiam cum eo & societatem iunxere. Fidenas cepit vicinam Romæ vrbem (vt quidam autores sunt) ex improuiso immisso equitatu: quibus in mandatis dederat vt cardines excinderẽt portarũ, mox oppressit nec opinãtes. Alii tradunt, quũ occupassent illi D
59 inuadere fines Romanos, populabundíq; agrũ & subvrbiũ fœdè vastassent, insidiis Romulum circũuentos plurimos occidisse, atque vrbe eorũ potitum esse. Nõ excidit eam tamen, neque solo æquauit, sed coloniam Romanam illuc, missis ad eam incolendam duobus millibus quingentis ciuibus, idib. April. deduxit. Sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A inde pestilentia ingruit, quæ mortem subitam inferēs non trahebat morbum. Vulgabatur & in fruges pecudésque, inde magna sterilitas orta. Sanguine quoque pluit. Vnde præter fatales calamitates incessit animis grauis superstitio. Enimuero vbi eadem Laurentes lues infestauit, tum pro certo habitum, ob necem tam Tatii quàm legatorum iure non vindicatam; vltionem diuinam vtranque persequi ciuitatem. Deditis pòst homicidis & supplicio vtrinque affectis, perspicuè malum est mitigatum, lustrauitque Romulus
B vrbésque expiationibus, quas hodie quoque tradunt ad portam Ferentinam celebrari. Pestilentia etiamnum grassante Camerii fecerūt in fines Romanos incursionē, quasi peste Romanis ad vim propulsandam impeditis. At Romulus infesto exercitu mouit, ac prælio eos fudit, occidit sex millia, expugnatóque horum oppido, dimidium eius quod bellum reliquum fecerat, Romam habitatum traduxit, Camerium colonos Romanos bis totidem, quàm ibi relicti ex Cameriis fuerant, Cal. Sextil. scripsit. Tantum illi sedecim propè annis à condita vrbe supererat ciuiū. Inter
C cæteram prædam ex Camerio æneum attulit currum; atque eum in templo Vulcani dedicauit, cui imposuit statuam suam à Victoria coronatam. Ita conualescente Romana re, imbecilliores accolæ obseruabant Romanos, contenti securitate. Validiores, partim metu, partim inuidia non negligendum, sed occurrendum ducebant incremento eorum, Romulúmque reprimendum. Veientes, qui latum agrum & amplam colebant vrbem inter Hetruscos, occupāt principes bel-
D lum facere Fidenis repetitis, quas asserebant pro suis. Id verò nō modò iniquum, sed erat ridiculum etiam:
60 qui laborantibus & bello pressis auxilium non tulissent, sed opprimi fuissent homines, vt tecta nunc & agrum ab aliis reposcerent dominis. Itaque à Romulo cum contumelioso responso dimissi, bipertito exercitu hinc adorti sunt Fidenatium copias, hinc Romulo occurrerunt. Apud Fidenas victores interemerunt duo millia ciuium Romanorum: à Romulo fusi amplius

plius octo millia desiderauere. Iterum ad Fidenas con- A
flixerunt, vbi victoriam præcipuè virtute partā Romuli fuisse, cuius consilium, cum pari audacia eluxit, robúrque & pernicitas plusquam humana, omnes fatentur. Quod autem iactitant nonnulli, sanè quàm est fabulosum, atq; adeo à fide abhorrens prorsus, quatuordecim millium cæsorum suamet manu, amplius dimidium interfecisse Romulum. Nam simile commentum iactant de Aristomene Messenij, trecentas eū victimas mactasse, ob totidē cæsos Lacedæmonios. Terga dantes non est Romulus insequutus eos qui super- B
stites erāt, sed infestum exercitum vrbi eorum admouit. Illi vbi tanta fracti calamitate fuerunt, ad preces conuersi, fœdus & pacem in centū annos fecere. Mulctati sunt magna agri portione, quod Septimagium, id est septimam portionem, vocant, & quæ iuxta fluuium erant salinis. Obsides tradiderūt ex primoribus quinquaginta. Ob hanc quoque victoriam triumphauit idib. Octob. duxit in eo cum alios multos captiuos, tum Veiētium ducem iam senem, qui imprudenter visus fuerat, & præter ætatē imperitè remp. ges- 61
sisse. Vnde mansit, quum ob partam victoriam sacrificant, vt senem per forum ad Capitolium traducāt prætextatum, cui bullam puerilem addunt, & proclimat præco, Sardeis venales: nā Sardinorū fama est Hetruscos colonos esse. Sunt autem vrbs Veij Hetruriæ. Hoc nouissimum, quod gessit Romulus, bellū fuit. Inde id quod multi, adeóque præter pauca exempla fecerunt omnes, qui magno & mirabili fortunæ successu ad amplas adspirauerunt opes & fastigiū, nec ille declinauit: verùm rebus gestis elatus animóque insolescens, D
reliquit comitatem illam popularem, quā odioso commutauit dominatu, atque ex habitu, quo ornauit se, pupugit ciues. Siquidē tunica vestiebatur purpurea ac toga prætexta. Responsa dabat ex solio recliui. Stipabat eū perpetuò globus iuuenum, qui à ministerii velocitate dicti Celeres fuere. Præcedebāt alij, qui baculis turbā summouebāt loris succincti, vt ilicò vincirēt eos quos ille iuberet, vnde Lictores dicti: & virgæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quas gestabãt, Fasces. Potuit fortasse vox Lictores, interposita nunc litera c dici, quum olim litores dicerentur, quasi λειτουργοὶ id est, *ministri publici*. λεὼς vocant etiam hodie Græci populum, & λαὸς plebem. At quum auo Albæ defuncto Numitore, licet regnum ad ipsum pertineret, remp. in populi gratiam iussisset liberam esse, ac magistratum supremum Albanis quotannis crearet: docuit eadem opera princeps Romanos liberę & sui iuris oculos adiicere reipub. in qua vicissim imperarent parerentque. Neque enim adhibebantur ad
B rempub. gerẽdam senatores, sed nomen modò & speciem obtinebant honorificã: ac de more potius quam
62 sententiæ dicendæ causa cogebantur in senatum: vbi iubenti auscultabant, neque vlla re alia prælati vulgo, quàm quòd priores acta audientes, discedebant. ac cætera quidem minus angebant eos. Quum verò captum de hostibus agrum militibus diuisit solus, Veientibusque obsides reddidit, patribus non probantibus neque autoribus, tum profectò insigni contumelia visus est suggillare senatum. Quamobrem quũ nõ mul-
C to pòst raptus ille ex oculis de improuiso esset, non exiit senatus suspicione & calumnia. Excessit rebus humanis Nonis Iul. vt nunc appellant, tunc Quint. nihil dictu certum & constans de obitu suo præter tempus, vt modò diximus, relinquens. Eo die multa, hac quoque memoria, celebrantur in illius commemorationem casus. Neque verò hæc miranda incertitudo sit: quum Scipionis Africani, qui à cœna domi extinctus est, ratio mortis neque certa fuerit neque quæsita, sed quidam quum esset sua sponte valetudinarius, sine vl-
D la externa vi referant eum obiisse mortem, alij veneno mortem sibimet ipsum obtulisse, alii irruptione in domum noctu facta inimicos spiritum eius intercluisse. Et quidem Scipionis Africani cadauer oculis fuit omnium expositum, præbuitque corpus aspicientibus facti suspicionem & sensum: Romuli, quum subitò decessisset, vestigium nullum corporis comparuit nec vestium. Vnde suspicio fuit aliquorum, in templo Vulcani senatum illi manus attulisse, dissectóque interfecti

corpore partem quenque in sinu extulisse. Aliorum A
opinio est, neque in Vulcani, neque patribus tantùm
præsentibus fuisse ablatum, sed quum extra vrbẽ fortè Romulus concionem ad Capræ paludem haberet, stupendam subitò coortam & atrocem tempestatem, cælique miram conuersionem, solis obscuratã lucem, noctem ingruisse non placidam neque quietam, sed 63
cum vehementibus tonitruis, vētóque & procella vndique incumbente. Ibi multitudinem effusam fugisse, primores se collegisse in globum. Posquam ex tam turbido die lux rediit, & plebe in concionem reuersa, B
rex requisitus & desideratus est, non permisisse principes de eo vt inquirerent curiosius, sed vt omnes colerent Romulum iussisse venerarentúrque, vt ad superos raptum, qui ex bono rege volens propitiúsque ipsos sospitaret: vulgus, eo audito, perfusum gaudio & bona spe, quũ pacẽ precibus poposcisset, domũ se recepisse. Fuisse autem nonnullos qui factum in disquisitionem vocarent acerbè & inuidiosè, patrésque percellerent & infamia aspergerent, quasi ridicula illi populo persuaderent, quum regem ipsi sustulissent. Ibi vi- C
rum inter Patres nobilissimum & sanctissimũ Romulóque fidum ac familiarẽ ex iis qui ex Alba cũ eo commigrauerant Romam, progressum in forum, Iulium Proculum, & tactis sacris in concione iuratum dixisse, Romulum iter facienti sibi augusta specie & humana maiore, armis fulgentibus & coruscantibus ornatum, obuium se dedisse, ad aspectum se eius horrore perfusum, dixisse, Quo nostro merito, rex, quáve de causa iniustis nos & grauibus calumniis subiecisti, totámq; ciuitatẽ in immenso destituisti luctu? Respõdisse illũ, D
Diis visum est, Procule, posquam tam diu inter mortales viximus, atq; vrbẽ ad summam spẽ condidimus imperii & gloriæ, vt inter cælestes, ex quibus eramus, reciperemur. Vale itaque, & nuntia Romanis vt tẽperantiam & rem militarem colant, iis artibus futurã ea
put orbis Romam. Ego vobis propitius de' adero Qui 64
rinus. Hæc nuntianti propter vitæ innocentiam & iusiurandum, fides fuit. At enim simul diuinum quendam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quasi furorẽ animos vulgi ferũt corripuisse, neminem negasse, sed suspicione deposita omni & calumnijs, pacẽ Quirini precibus exposcisse, deúmque eũ cõsalutauisse. Germana hæc profectò cum fabulis videntur apud Græcos de Aristea Proconesio, & Cleomede Astypalẽsi nobilitatis. Aristeã in fullonis tabernа vitã perhibẽt finisse, corpúsq; eius, quũ necessarii adessent ad id auferẽdũ, ex conspectu raptũ: ac quosdã, qui modò peregrè veniebãt, affirmasse Aristeæ se occurrisse Croto-
B nẽ tendẽti. Cleomedẽ, quũ robore & proceritate corporis plusquã immẽsa esset, sed stolidus & insan', multa vi perpetrasse: postremò in ludo literario sustinentẽ culmẽ ædium, columnam manu percussisse & mediam fregisse, itaque tectũ proruisse. Obtritis pueris quum ciues hominem insectarentur, in arcã se magnam coniecisse, atque operculum cõclusum intus ita retinuisse, vt reuellere multi quum summa vi conniterentur, non valerent. Pòst vbi arcam dissecuerũt, neque viuum inuenisse neque mortuum. Attonitos ad consulendum Apollinem Delphos misisse, quibus respõdisse vatem,

C *Vltimus heroum Cleomedes Astypalensis.*

Fama est Alcmenæ quoque corpus, quũ efferretur, ex oculis subductum, & lapidem in lecto fuisse inuentum. Huiuscẽpdi multa fabulãtur commẽtitia, ea quæ natura mortalia sunt, inter cælestia referẽtes. Atqui adimere semel virtuti diuinitatem nefas & illiberale, rursus in cælo locare terram, stultum sit. Relinquendæ igitur fabulæ, quũ rẽ ipsam teneamus, vt ait Pindarus,

D *Omnium corpus tenetur morte pallida,*
Mens restans, æternitatis effigiem tenet.

Ea enim ex diis est sola, inde eius ortus, eõdem est & reditus, non quidem comitãte corpore, verùm vbi plane à corpore explicata sit & seiuncta, euaseritque iam
65 vndequaque pura, carne exuta & munda. Aridus enim *hic* animus est, vt vult Heraclitus, præstantissimus, qui ex corpore vt è nube fulgur exilit: commistus verò corpori & implicitus, velut vapor grauis, nebulosúsque ægrè accenditur & supera petit. Non sunt ergo bonorũ corpora contra legem naturæ vnà cum animo

in cælo collocãda: sed virtutes atque animi, natura & A
iudicio diuino ex hominibus inter heroas, ex heroibus inter lares, ex laribus, si semel sicut in initiationibus lustrati sint & purgati, omni deposita conditione mortali & dolore, non publica lege, sed reipsa & consentanea ratione in numerũ referẽdi sunt deorum, optimũ & beatissimũ finem adepti. At Quirinũ dictum Romulum quidam quasi Martẽ putãt, alii quòd ciues Romani etiã Quirites dicerẽtur: alii à quiri, ita spiculum vel hastã veteres vocasse, & Quiritidis Iunonis signũ spiculo impositũ, atque in regia collocatã hastam, B
Martem appellasse, eósque qui bello strenuã operam nauassent, donari solitos hasta. Ergo quasi Martialem Romulum, aut hastatũ deũ nomen inuenisse Quirini. Ædes ei in colle cõsecrata, quẽ ab illo nominant Quirinalem. Dies, quo vita excessit, Plebis fuga vocatur, & Nonæ Capratinæ: quòd sacra extra vrbem ad Capræ paludem faciãt. Quum ad sacrificium pergunt, nomina multa patria proclamant, vt Marcum, Cneum, Caium: referentes quemadmodum fugerent, & se mutuò ap- C
pellarent in metu illo & tumultu. Hoc simulacrũ, alia fama est, nõ metus, sed festinationis esse & properantiæ, atque hinc originem deducunt. Quum vrbe capta eiecti Galli à Camillo essent, neque se facilè ciuitas ita accisis viribus colligeret, multi nominis Latini, duce 66
Liuio Posthumio, vrbem infesti bello petiere. Hic castra in conspectu vrbis metatus, per caduceatorem significauit Latinos in animo habere exolescentem iam veterem necessitudinem & propinquitatem instaurare, vtraque gente nouis denuo conglutinata nuptiis. Si igitur bonum numerum mitterent virginum D
viduarúmque, pacem & amicitiam habituros, vti simili ex causa habuissent cum Sabinis. His auditis Romani, etsi à bello abhorrerent, fœminarum deditionẽ tamen nihilo ducebant captiuitate potiorem. Hæsitantib' ancilla Philotis, (vel vt alii volũt) Tutola nomine, vtrũque dissuasit: suggessit autẽ dolum vt simul & bellum declinarent, nec darent obsides. Eius hoc fuit commentum, vt ipsam vnáque præstantes forma an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A illas ad hostes bene cultas mitterent pro ingenuis. Inde si signum ipsis face daret, Romani adorirentur armati sopitos, trucidarentque. Ita actum est deceptis Latinis. Facem Philotis extulit ex caprificio, stragulis & tapetibus à tergo, vt falleret lumen hostem, & Romanis conspicuũ esset obiectis. Vt signum conspexerũt, citato gradu cõfestim extulerũt se maturandi causa ad portas, se mutuò cohortãtes subinde. Ita hostes adorti necopinantes fuderũt eos. In cuius victoriæ memoriam, festũ celebrant, ac Capratinæ vocãtur Nonæ, à caprificio. Inuitant fœminas extra vrbẽ ici ramis in-
B umbratas. Coactæ ancillæ circũcurrunt ludúntq;, mox verberibus & lapidibus inter se prœliantur: vt quæ in certamine etiã præstò pugnãtibus Romanis & auxilio
67 fuerint. hæc à paucis autoribus recipiũtur. At quòd interdiu ita nominibus se mutuò appellẽt, & ad Capræ paludem tanquã ad mare pergãt, conuenire magis ei, quod suprà memoratũ est, videtur, nisi sanè diuersis tẽpestatibus gestũ verunq; in eundẽ incidit diem. Romu
C lũ fama est quatuor & quinquaginta annos natũ, regni illius trigesimooctauo, inter homines nõ vltrà visum.

Habes, quæ de Romulo & Theseo nobis ad memoriã, insignia oblata sunt. Primùm apparet consultò hunc non coactum, quum regnare in otio ei Trœzene liceret, regno accepto non obscuro, res magnas vltrò affectasse: illum, quo præsentem seruitutem & impendentem ceruicibus declinaret pœnam, illud Platonis profectò, fortem per metum euasisse, formidinéque extremi supplicii vi necessitatis accessisse ad res perpetrandas arduas. Deinde factum huius est summum,
D vnum quòd sustulerit Albanum tyrannum: illius accessoria fuerunt & præludia Sciron, Sinnis, Procrustes, Corynetes, quos interimens & coercens, Græciam antè à violentis eripuit tyrannis quàm ij quos seruabat, qui esset, cognoscerent. Iam Theseo integrum erat secure mari vehi, iniurias vitanti latronum: Romulo non erat solutum negotiis viuo Amulio vacare. Id hinc liquet quòd Theseus nihil læsus priuatim, pro aliis bellum indixit improbis: illi, quoad illæsi ipsi à ty-

ranno fuerunt, iniurias aliorum tulerunt leniter. Iam A
si magnificum est vulnus in prœlio contra Sabinos accepisse, & obtruncasse Acronem, multósque deiecisse hostes: cum his factis pugnam cum Centauris & Amazonibus commissam compares. Quod verò ausus Theseus de stipendio fuit Cretico, siue ad feræ alicuius escam, siue ad parentationem, apud Androgei tumulum: siue, quod leuissimum iactatur, ad seruiendum 68
apud improbos & infestos deformiter & fœdè, se ipse vltrò obtulit vt nauigaret cum virginibus & pueris: quis consequatur dicendo quantæ sit audaciæ, vel B
magnanimitatis, vel iustitiæ in reip. vel cupiditatis gloriæ & virtutis? Vnde mihi quidem haud perperam videntur philosophi amorem definire deorum ministerium ad curam & salutem iuuentutis. Quippe Ariadnæ amor meo iudicio prorsus diuinum opus & machinamentum ad hunc fuit conseruandum. neque reprehendenda illa sit quòd amauerit eum, sed mirandum non omnes eodem fuisse animo iuuenes & puellas. Si verò vna illa ita permota fuit, equidem meritò dignam dicam, cui is honesti & recti o- C
ptimorumque virorum inerat amor, quæ à deo amaretur. Porrò quum politici ambo essent, tenorem regium conseruauit neuter: sed mutauit & variauit se, alter in popularem, alter in tyrannum. Ita eundem in scopulum diuersis ex animi motibus impegêre. Debet enim princeps ipsum primũ cõseruare imperium, quod conseruatur non secus, si abstineat ab indecoro, quàm si decorum tueatur. Id qui remittit vel intendit non iam rex est neque princeps, sed aut multitudinis D
adulator aut dominus euadit: atque sic aut in odium sui populares adducit, aut in contemptum. Atqui lenitatis hoc & humanitatis, illud insolentiæ esse & sœuitiæ peccatum videtur. Quòd si infortunia quoque non vndequaque sunt sorti attribuenda, sed discrimina in his morum & affectuum eorum statuenda, præseruida bile & ira cum inconsulto coniuncta impetu, neque illum aduersus fratrem, neque aduersus filium hunc liberes. At principium vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mota bilis fuit, citius excuſet illum qui maiore ex cau
ſa tanquam à grauiore proſtratus ictu fuit. Romulo e-
69 nim, quum eſſet diſſenſio ex conſilio & deliberatione
de bono publico exorta, nemo ignoſcat mentem
ei ſubitò tantopere fuiſſe commotam. Theſea verò in
filium, quæ pauci mortalium deuitarunt, amor, obtre-
ctatio, & querelæ impulerunt vxoris. Quod verò grauius eſt, Romuli euaſit in factum flamma & in rem
non lætum ſortitâ exitum: Theſei indignatio ad verba
vſque, conuitia, & deuotiones ſeniles eſt progreſſa. De
B cætero calamitates videntur iuuenis fortunæ ferendæ
acceptæ. Itaque tulerit in his Theſeus ſuffragia. At illi
hoc primum ſuppeditat magnificum, quòd tenuiſſima
ad res gerendas fundamenta habuerit, ſiquidem qui
ſerui & ſubulcorum dicebantur filij, priuſquam libe-
ri ipſi forent, omnes propè liberos effecerunt Latinos,
atque vno tempore præſtantiſſima nomina ſimul ſunt
adepti, extinctores hoſtium, neceſſariorum conſerua-
tores, reges gentium & conditores vrbium, non tranſ-
latores dicti: vt Theſeus, ex multis qui vnum conſla-
C uit & frequentauit domicilium, ſuſtulitque multa op-
pida quæ nomina gerebant veterum regum & hero-
um. Romulus quidem egit pòſt idem, quum hoſtes
compelleret ſua diruere deleréque, ac victoribus ſe
contribuere. Initio tamen non tranſtulit, neque am-
plificauit iam extantem, verùm condidit nullo ſubſi-
dio, comparans ſibi pariter agrum, patriam, regnum,
ſobolem, connubia, neceſſitudines. Neminem pere-
mit vel perdidit, ſed bene meritus eſt de illis qui ſe-
dium & penatium expertes, populus eſſe & ciues vo-
D lebant. Latrones & maleficos non confecit, ſed gentes
bello ſubegit, vrbes excidit, reges ducéſque in trium-
phum duxit. Iam Remi cædes controuerſum habet
percuſſorem, ac cauſas ferè ad alios auertunt. Matrem
certè ab exitio conſeruauit haud dubiè, auúmque
turpiter & fœdè ſeruientem, in Æneæ collocauit ſo-
lio, ac multa in eũ de induſtria beneficia contulit, nec
70 læſit, ne imprudens quidem. Theſei oblinio & in-
curia præcepti de velo, vix, meo iudicio, quanuis

longa excuſatione atque apud ſocordes iudices, parri- A
cidii crimine eximatur. Quod ſanè aduertens Atticus
quiſpiam planè difficilem eſſe defenſionem, Ægea fin-
git appellente naue quum properè curreret in arcem,
ſpeculandi cauſa, & offendiſſet, præcipitem fuiſſe dela-
tum, quaſi comitibus caruiſſet, aut properâtem ad ma-
re eſſet nemo ſequutus. Ad hæc quod in raptu mulie-
rum admiſſum eſt, honeſto caret in Theſeo velamen-
to, primùm quia ſæpius: rapuit enim Ariadnam, An-
tiopam, Anaxo Trœzeniam, denique Helenam grã- B
dæuus nondum nubilem, ſed paruulam atque immà-
turam, ea ipſe ætate vt temperandum ei à nuptiis fue-
rit vel iuſtis. Deinde propter cauſam neq; enim Træ-
zeniorum, Laconum, Amazonum filiæ, præterquam
quòd pactæ ei non eſſent, digniores ad ſobolem ſuſci-
piendam Athenienſibus puellis Erechtheo & Cecrope
prognatis erant: cæterùm non carent hæc, quin laſci-
uiæ & libidinis cauſa fuerint perpetrata, ſuſpicione.
Romulus principiò raptis paulo minus octingentis, C
non omnes ſed vnã (vt fama eſt) ſumpſit ſibi Herſiliam,
cæteras inter egregios ciues eſt partitus. Iam conſe-
quenti honore, charitate, æquitate in fœminas, vim il-
lam & iniuriam, eximium factum oſtendit & pruden-
tiſſimum, adiungendam fuiſſe ſocietatem: adeo confu-
dit mutuò & conglutinauit eas gentes, ſontémque in
poſterum rebus aperuit beneuolentiæ & potentiæ.
Reuerentiæ verò & amoris & conſtantiæ, quibus de-
uinxit connubia, perhibet temporis diuturnitas teſti-
monium. Quippe annis triginta & ducentis, neque vir
vxoris, neque viri conſortium deſerere vxor ſuſtinuit.
Verùm vt apud Græcos valde curioſi, primum nuncu- D
pare poſſunt parricidam, ita cuncti norũt Romani Sp.
Caruilium vxori nuntium primum remiſiſſe, ſterilem
cauſatum. Tanto temporis ſpatio ſubſcribunt ea quo-
que quæ conſequuta ſunt. Etenim ob neceſſitudinem 71
illam participauerunt reges inter ſe regnum, & remp.
gentes illæ. Ex Theſei nuptiis nihil euenit populo A-
theniẽſi ad vllum commercium, amicitiæ vel commu-
nicationis: ſed offenſiones, ſed bella, ſed cædes ciuium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Aphidnarum postremò amissio: atque ægrè deuitauerunt ex misericordia hostium (quos supplices vt deos cierunt) quin in eandem incideret, in quam Paridis causa Troiani, calamitatem. Mater certè Thesei non venit in discrimen tantum, sed Hecubæ experta est fortunam, deserta à filio atque destituta: nisi illud de captiuitate commentum est, quod vtinam sit cum plerisque aliis mendacium. Nam de diuinitate quæ fabulantur, ea magnum habent discrimen. Romulus enim incolumitatem, diis admodum propitiis, consequutus

B est. At editum Ægeo oraculum, vt fœminis abstineret peregrè, non fuisse diis cordi natales Thesei, ostendere videtur.

REVERENDISSIMO præsuli, humanissimóque principi ac Domino, D. VVilhelmo, episcopo Monasterienſi designato, Hermannus Cruserius

S. P. D.

VT M ad eum modum optimus Vniuersitatis conditor hominem finxerit, eáque imbuerit natura vt sine societate non modo iucundè sed ne commodè quidem viuere queat, præclarè de genere humano, reuerendissime præsul, meriti illi sunt, qui homines dissipatos & incertis vagantes sedibus, in vnum conduxerunt: quod facere profectò sine magna prudentia non potuere. Sed tamen longè est illorum anteferenda sapientia & industria, qui inconditas ciuitates atque confusas, æqualibus salubribúsque temperauerũt legibus. Parum sunt enim domi opes & arma foris, nisi frænum his moderatio disciplinæ publicæ iniiciat: nec verò fuit ciuitas vel regnum tam firmum vllum, nisi bonis cõmentum legibus, quod fuerit diuturnum. Neque necesse est omnes vrbes ciuitates & regna percurram. Alexandri, cui res bello gestæ Magni cognomẽ tribuerunt, potentia tanta fuit, adeò vis vehemens, nihil ei vrbs obstiterit, qui paruis copiis totũ orientem brevissimo subegit spatio. Huius tamen tantum regnum simul cum ipsius vita expirauit, in multasque distractum est partes. Quippe vinculo illo deficiebatur legũ & institutorum. Quare prudenter Augustus Cæsar, quũ historia recitata ei esset Alexandri, tandem, Miror (inquit) illum iuuenem, cui vnquam in mentem venit cõsiderare, quemadmodum parta constitueret & conseruaret. Et nimirum ille quo plura subegerat, eò imbiabat pluribus. At longè aliam vrbs ipse est Augustus ingressus, qui simul atque arma ciuilia summouit, illicò adhibuit animum ad rempublicam formandam, duxitque longè prius, exornare ea quæ obtinebat, quam alias adijcere prouincias. Has legum ferendarum, & rerumpublicarum

componendarum laude, præcipuè enituere Lycurgus apud Lacedæmonios, & Roma rex Numa Pompilius. In quibus elaboranti mihi Latinè reddendũ, quorum Plutarchus eximias virtutes, præstantissima consilia, & labores in cõstituẽdis rebusp. sum exudatos, magno præconio atque elogio prosequutus est, tui reuerendissimo præsul memoria sæpius occurrit. Atque vt præteream plurima, quæ expendere & conferre tecum alios, quàm ipse commemorare malo, hoc certè non possum omittere, vt illi affectas & male institutas respub. susceperunt gerendas, ita tuam tibi tui ordines conquassatam & conuulsam eapessendã imposuere. Multum etiam in hac commentatione de epistola cogitani tua, qua, quũ alijs vel me maioribus scribarum, mihi respondere tua manu voluisti: quod ego priscæ consuetudini, quæ mihi intercesit tecum, à summa illa humanitate tua & comitate, tributum arbitratus sum. Quum enim literæ meæ pro meo officio tibi fuissem de isto adepto fastigio gratulatus, rescripsisti mihi, quòd peritia sacrarum literarum, quæ imprimis requirenda in episcopo sit, te scirem (ita enim dicere tibi placuit) destitutum, conditionem tuam citius apud amicum esse commiserationem quam gratulatione dignam. Quo accepto responso, quanquam mirificè moderationem animi tui nihil elatè de se sentientis exosculatus atque veneratus sum, tantum abfuit tamen vt illius me puniteret gratulationis, vt tum demum magis ac magis tibi, neque tui tibi, sed toti prouinciæ tuæ, sed omnibus etiam nobis, qui præclarè tibi cupimus (tuique summus obseruantissimi, duxerim gratulandũ. Nam vt fateor) si gustum sacræ philosophiæ nullum cepisses, si disciplinæ ecclesiasticæ esses omnis rudis, atque in rep. planè hospes tractanda, præterea non ductum publica ratione, sed sectantem priuatam ambitionem, voluptatibusque ac deuijs inhiantem, omnes viderem te præsare omnia multis vt dominus ecclesiæ impanerem, multis te modò fore miserabilẽ: ita quũ institutionibus scirem imbutum optimis fuisse, & sicut non fortasse intricatissimis theologum, qui omnem in spinosis & contortis disputationibus ætatem triuerit, neque vsquam in arenam descenderit officiorum, ita certè nequaquam peregrinum tui in

præceptis quæ potissimùm ad pietatem faciunt, cui fundamenta facile splendidum ædificium inædificare posses: venerem insuper non temerè præpositum electum te ecclesiæ Monasteriensis fuisse, qui magnus est ad apicem pontificalem gradus: adhæc diu te multumque in negotijs publicis tractatum & versatum, magnoque vsu rerum politum atque instructum. Postremo quia nullo fuco, nullis malis artibus istum locum ambiuisses, sed fugisses etiam atque delatum recusauisses, nec nisi multis precibus exoratus, & quasi inuitus, amicorum admonitionibus expugnatus, suscepisses id quod magnis studijs plerique, molitionibusque atque largitionibus, per fas per nefas, per arma quoque persequuntur. Hæc (inquam) quum cognoscerem, & quum priscorum vestigijs te episcoporum, qui non per lenocinia obrepebant, nec conuixi ipsi se offerebant, sed vrgebantur ad præsulis munus inuiti, ad istam dignitatem perspicerem aspirasse, quid ego, an non debui exultare? Nam quod ad cognitionem attinet sacrarum literarum, ego sic arbitror, quos Deus ad præfecturam Ecclesiæ designauerit atque asciuerit, quique non per insidias eam occupauerint, sed regia via vocati atque ingressi sint, eos à fonte omnis eruditionis non modo non destitui, verum excelsa etiam instruique: cuius rei proferre multa argumenta, & citare multos possem assiduos testes. Sed non longè abieris, tuus ille Paulus, tuus (inquam) patronus & præses ecclesiæ, quum nihil minus quam Christum vel eius scholam cognosceret, imò persequeretur, simul vt fuit à Christo vocatus, etiam omnis pia fuit & cælesti doctrina eruditus diuinitus. At hunc (decet) sua ipse voce vocauit Christus. Diuus Ambrosius catechumenum adhuc, qui necdum vllis ordini dederat ecclesiastico nomen, sed occupationibus esset prouincialibus demersus, omnium suffragijs ad suscipiendum antistitis prouinciam compulsus fuit, neque illius designati, adeo sacrorum imperiti, pœnituit ecclesiam tamen. Tu vero ne ipse quidem decus tyronem præfectum isti prouinciæ te fuisse. Quia autem iamdiu tirocinijs & istis ordinis mancipatus atque antoratus fuisti, eo certè præstitisti Ambrosio. Cui te militiæ quum vltrò dederis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eámque in nauem conscenderit, nunquam arbitrabor te
nisi certo indicio, omnibus expensis certaminibus & pe
riculis præmissis etiam ventis & fluctibus, qua trahit fo
cum illa expeditio, & mare illud volutet, id fecisse. Quum
ergo & institutionem & mores, & etiam summam opti
mi in rebus voluntatem nossem, quid erat quod sortem
lamentandam putarem tuam? Celsiorem profectò ani
mum tuum semper habui quàm vt te cum isto ingenio, ex
ercitatione, mente, in gregem aggregandum conferem E
picureorum, qui omnia sui causa faciunt, modo extra do
lorem & molestias genio indulgeant & cutem curent, a
gi secum putant præclarè, de amicis, de patria, de repub
de æternitate secum. Quando autem nostris moribus ab
que institutis episcopi officium duo complectitur muncra
ecclesiæ procurationem, & principis partes, illæ se ho
stemis præstiterit, vt probos, instructos & vigilantes mi
nistros gregi Christi præficiat, hic populariter salubres im
perio moderetur, nec ego hunc laudatum & insignem epi
scopum ducam: ad quod præstandum & facultates tibi
suppeditare, neque egregiam voluntatem, neque vigi
lantiam defuisse, habeo exploratum. Equidem etiam tum
quum tuâ euolueremus in Gallia Xenophontis Cyropæ
diam, aliquod putani esse omen amplissimi gradus tibi
aliquando deferendi. Quòd ergo ad eum modum (vt dic
tum antè est) mihi rescripsisti, tuæ fuit modestiæ. Quòd
tibi fui gratulatus, cum merito feci & certo iudicio, tum
beneuolo animo candidoque. Qui quanquam, quòd ma
iores labores tibi seueritudinesque imminere aduerterem,
reprimi ab eo gratulandi officio potuissem, tamen quum
dignitatem amplificatam tuam, vetla ratione ac via
conspexissem, amplumque suppeditatum tibi stadium
in quo excurrere virtutes tuæ, & theatrum instructum,
vbi possint eluere, ego, qui te multos ante annos mei o
mniumque bonorum studiosum cognouissem, haud im
merito fuisse me gaudio puto elatum. Neque est enim
felicitatis vulgaris, eo esse positum loco, vbi explicare di
tes tuas, & eas quæas illustrare. Siquidem inclytum
ille Atheniensium dux Themistocles, quum Seriphius
quidam exprobraret ei quòd non per se, sed propter pa

trem Atheniensem, cuius erat ciuis, euasisset tam cla
rus, Rectè ais (inquit) sed neque ego, si Seriphius sim, il
lustris essem: neque tu, si Atheniensis. Tanti ille virtutem
æstimauit in sole positam esse, cuius luminibus obscuritas
late obstrueret plurimum. Ego verò etiam magni pendo,
quid eo nunc loco sis, vbi de multis tum publicè tum pri
uatim bene valeas mereri. Ac non vereor ne assenta
tiuncula quadam aucupari tuam, quam tam diu habui,
gratiam videar, quum non indignum exoptatum te atque
designatum dixi. Neque enim in iis es qui, qui sis nescias,
& qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos,
quam eos qui laudent, assentatores arbitrere. Neque e
tiam summi doctissimique viri, M. Cicero, quum C. Ce
saris clementiam præsentis, & Plinius secundus, quum
imperatoris Traiani laudes à carere ad metam vsque
assidentis magno præconio extulerunt, propterea notam sibi
metuendam adulationis putauerunt. Verum vt vnde di
gressus sum reuertar, quum per rerum scriptores tãti lau
dibus feratur Lycurgus, qui patriæ inuitis ciuibus quidem
& reluctantibus, consuluit tamen, atmisque eos ad salu
tares leges suas recipiendas adegerit: quanto est perhibẽ
dus magis Numa, qui non reclamantibus, sed expetenti
bus & ad suscipiendum regnum orantibus abhorrentem
Romanis rempubliceam constituit, legibúsque & institu
tis composuit? qui hac potissimùm ratione ad capessendũ
regnum inductus ab amicis est, vt diuinum munus arbi
traretur regni delationem & administrationem, in qua
artes præclaras suas ex vmbra in lucem & pulueren edu
cere posset atque exercere. Quia verò vtrique tam Ly
curgus quam Numa ciuitates suas fœdissimis moribus ac
ceperunt deformatas atque maculatas, quas ornatissimas
atque nitidissimas reliquerũt, solus lucubrationes meas,
quas in eorum vitas ex Plutarcho de Græco sermone in
Latinum traducendas posui, tibi, qui non optimè compa
ratam rempublicam suscepisti, consimilémque atque illo
tiam prospiciendæ tuæ prouinciæ pleno gradu affectasti,
dicare. In quorum historia præter eam, de qua egi, conue
nientiam, non pauca te vel contemnenda virtutis & simi
lium artium inuenturũ monumenta, quæ delectabunt te,

Universidad de Deusto
Biblioteca

confido. Quicquid hîc Laboris & Vigiliarum impendi, id Virtuti tuæ atque humanitati totum sacrani aliquod meæ de te nunquam ambiguæ, nunc verò etiam confirmatæ opinionis monumentum. Quod meum officium, ne tibi sit ingratum, maiorem in modum te rogo. Vale reuerendissime præsul.

PLVT.

A

PLVTARCHI
Vitæ comparatæ
LYCVRGI ET NVMAE,

HERMANNO CRVSERIO I.C. interprete.

B

LYCVRGVS.

DE LYCVRGO legislatore, nihil omnino quod careat controuersia, habeo commemorare. Nam & origo & peregrinatio & obitus, & supra omnia eius circa leges commentatio & circa remp. constituendam variè proditur ab autotibus. Præcipua est, qua ætate vixerit, contentio. Quidam enim Iphiti æqualem & socium in digerendis festis Olympiacis fuisse perhibent, ex quibus Aristoteles est philosophus: argumẽto vsus disci Olympiaci, qui nominis Lycurgi præfert inscriptionem. Alii supputantes tempora ex successione eorum qui Lacedæmone regnauerunt, vt Eratosthenes & Apollodorus nõ paucis annis cum affirmant primam Olympiadem anteceſſisse. Timæus, quum duo Spartæ Lycurgi diuersis temporibus fuissent, in alterum ob eius claritatẽ, res gestas collatas vtriusque suspicatur fuisse, ac maiorẽ certè non longè fuisse infra Homeri ætatem, nonnulli congressum etiã cum eo. Præterea tribuit ei Xenophõ vetustatis opinionẽ, quando cum æqualem Heraclidarum memorat fuisse. Nempe fuerunt gente Heraclidæ etiam nouissimi Lacedæmoniorũ reges: sed videtur primos illos & suppares Herculi velle Heraclidas appellare. At quanquam adeo dissona historia est, ea tamen sequuti, quæ quamminimas ambiguitates & lo-

C

D

A cupletissimos habent testes, quæ de eo memoriæ prodita sunt, exequemur. Nam & poeta Simonides non Eunomum, sed Prytanidem Lycurgo patrem tribuit. Iam plerique omnes Lycurgi & Eunomi non ita deducunt originem, sed ex Patrocle tradunt Aristodemi filio genitum Soum, ex quo Eurytionem, huius filium Prytanin fuisse, ex hoc ortum Eunomum. Eunomum ex priore vxore tulisse Polydecten, Lycurgum minorem ex Dianassa: vt verò autor Eutychidas est, sextum à Patrocle, & ab Hercule vndecimum Inter maiores eius clarissimus Sous fuit, sub quo Ilotas
B Lacedæmonij in seruitutem redegerunt, latúmque agrum summotis Arcadibus adiecerunt finibus suis. Fama est Soum, quum in loco aspero & arido circumsideretur à Clitorijs, pactum fuisse, si ipse totúsque exercitus suus ex propinquo fonte bibissent, agrum se, quem ijs ademerat bello, redditurum ipsis. Quum esset id fœdus iureiurando sancitum, concione aduocata suorum, pronuntiasse regnum se ei qui non bibisset, dare. Vbi nemo se temperare potuit, sed biberunt omnes, ipsum descendisse omnium postremum, atque
C quum conspersisset aqua se, hostibus adhuc præsentibus discessisse: itáque agrum, quòd non potassent omnes, retinuisse. Quem, etsi ea de re magno in honore haberent, non ab eo tamen familiam, verùm à filio eius Eurytionidas appellauere, quòd nimium dominatum regni princeps Eurytion, ambitione & populari aura ductus, relaxasset. Ex ea remissione quum ferociret populus, & insequētes reges partim violentius agendo cú offenderent, partim per gratiam aut fractas iam opes eius atq; autoritatē minimè retinerent, leges
D conculcatæ & permixta Spartæ omnia perdiu fuere:
74 ex qua confusione pater Lycurgi rex occubuit. Quum enim manum conserentes dirimeret, cultro coquinario ictus obijt. Regnú maiori filio reliquit Polydectæ: quo non diu superstite, regnum redibat (vt erat omnium opinio) ad Lycurgum, ac regnauit priusquam vxorem fratris constaret esse prægnantem. Simulatque id fuit perspicuum, declarauit regnum ad infantem, si filius esset, spectare: interim regnum tutorio nomine

administrauit. Regum pupillorum tutores vocant A
Lacedæmonij Prodicos. At mulier summisit ad Lycurgum, offerens se partum abacturam, si obtinens ille Spartæ regnum, ipsam vellet sibi adiungere matrimonio. Ille enimuero improbitatem mulieris execratus est, postulationē non reiecit tamen: sed probantis & conditionem accipiētis specie, negauit faciendum ei esse, vt elidendo medicamentis partu corpus suum læderet, & perniciem sibi accerseret, vbi editus esset, sibi curæ fore vt confestim tolleretur è medio. Ita ad partum vsque lactauit mulierem. Vt instare sensit puerperium, arbitros emitēti & custodes adhibuit, cum mandatis, si puellam edidisset, vt traderēt eam fœminis: sin stirpem virilem, ad se, quicquid ageret, vt eam deferrent. Fortè cœnante eo cum magistratibus, genitus est B
filius. Illo loco illū adierunt, & obtulerūt ei puerū ministri: quo accepto dixisse fertur ad præsentes, Rex nobis, Lacedæmonij, est natus. Mox puerum in solio regio reposuit. Nomen dedit Charilao, quòd omnes ingenti gaudio perfusi essent, magnitudinem animi eius & iustitiā collaudantes. Regnauit octo duntaxat men C
ses. Fuit autem de cætero quoque venerandus ciuibus, ac plures virtutis causa erant ei dicto audientes, sedulóque imperata facere in animū inducebāt, quàm qui tanquam regis tutori & vim habenti regiā parerent. 75
Non deerat tamen inuidia, eránt; qui eius incrementis adolescentioris molirentur obsistere, præ cæteris propinqui & necessarii matris regis, quæ ludibrio habita videbatur: cuius frater Leonidas procacius aliquando incessens Lycurgum conuitio, certum se prædixit esse cum regnaturum, suspicione Lycurgum ad- D
spergens & calumnia occupās, quasi insidijs eius peremptō rege, siquid ei humanitus accidisset. Similē rumorem illa mulier quoq; seminabat. Quibus permotus, & veritus incerta ea sus, statuit suspicionem declinare peregrinatione, & dum fratris filius adoleuisset, regnique genuisset successorē, vagari. Ita profectus & delatus primùm est in Cretā. Cretēsiū institutis cognitis, quú vsus cōsuetudine esset præstantiorū dignitate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A leges quasdam eorum approbauit, & accepit domum eas ad vtendum deportaturus: quasdã etiam respuit. Vnum, qui illic inter sapientes & artiũ ciuilium peritos numerabatur, comitate & gratia inductũ, Spartam misit, Thaletem. Habebatur hic poeta lyricus, atq; huius specie artis vtebatur, reuera præstãtissimorum legislatorũ implebat munus. Carmina eius orationes erant, quæ ad parendũ & consentiendum incitarent pariter modis & numeris: in quibus multa inerat grauitas & delinimentum, quibus auditores reB debantur sensim placidiores, coalescebántque inter se ex amore honesti concordia, exuentes quę tum illic grassabatur, intestinam simultatem. Ita ille viam quodammodo Lycurgo ad eos instituendos muniuit. Ex Creta transmisit Lycurgus in Asiam, ea mente (vt fertur) quo cum Cretica vita, tenui & austera, luxum & delicias componeret Ionicas, sicut medicus marcida & ægra corpora cum salubribus, discriménque dispi-
76 ceret morum atq; institutorũ publicorũ. Ibi quum leC gisset primùm (vt arbitror) versus Homeri, qui apud Cleophyli posteros asseruabantur, vbi animaduertit dispersam in iis non minorem oblectamento illecebrarum & erapulæ ciuilem prudentiam eruditionémque, descripsit consarcinauitque eos ad deferendum domum studiosé. Iam enim obscurũ quoddam apud Græcos illius poematis erat nomen, & rari fragmenta habebant, quæ sparsim & inconditè circũferebantur: primus autẽ omnium vulgauit ea Lycurgus. Ægyptii item apud se arbitrantur Lycurgum fuisse, bellatoD réſque à reliquis corporib' diremptos in primis probasse, ac traduxisse eum morem Lacedæmonem, segregatisque illiberalibus & sordidioribus operariis, planè elegantem & nitidam remp. instituisse. In hisce astipulãtur nonnulli Græci & scriptores Ægyptiis. Nam quòd lustrauerit Africam & Hispaniam, Indiámque emensus sit, atque vsus ei fuerit ibi cum Gymnosophistis neminem tradere, extra Aristocratem Lacedæmonium Hipparchi filium, memini. At Lacedæmonii absentem desiderauerunt Lycurgum, ac crebrò eum

accersiuerunt: quòd reges putarent nullo insigni, nisi A
nomine & honore, excellere vulgo, in illo indolem suspicerent ad imperandum natam, & hominum allicicendorum facultatem. Nec verò reges reditum eius grauabantur, quòd sperarent eius præsentia impotentiam plebis repressum iri. Ergo regressus ad ita animatos, aggressus est ilicò res nouas moliri, & mutare remp. quan leges singulares nullum essent operæpretium facturæ, nisi, sicut corporis affecti & diuersis insecti morbis præsentem resoluissent versassétque medicamentis & purgationibus intemperiem, aliam inde B
nouam inchoasset viuendi legem. Quum hæc haberet deliberata, primùm Delphos est profectus, consul-77
tóque deo & sacris peractis, regressus domum est cum celebrato illo oraculo quo diis charum eum, & deum potius quàm hominem vates appellauit: rectam reip. institutionem petenti, concedere & annuere respondit deum, eam quæ longè omnium esset rerump. futura excellentissima. His erectus, conciliauit sibi principes ciuitatis, eósque ad vnà capessendam remp. exC
citauit. Primùm rem cum amicis occultè communicauit, inde paulatim solicitatos, plures ad suum consilium consociauit. Vbi res matura fuit, imperat triginta primoribus vt prima luce cum armis forum occupent ad præstringendos trepidatione, & terrendos aduersarios, quorum spectatissimos recenset Hermippus viginti. Omnium consiliorum socium & adiutorem in legibus condendis nominant præ cæteris Arithmiadan. Initio tumultus, ne ista in se pararentur rex veritus Charilaus, confugit ad Chalciœcon. D
Inde fide sibi iureiurãdo data, excitatus est, & adiunxit se illis: nam leni fuit ingenio, quod ferunt eius collegam in regno Archelaum ad illos qui adolescentem extollebant, dixisse, Quidni sit vir bonus Charilaus? qui ne aduersus improbos quidẽ acerbus est. Quum multa ab Lycurgo nouarentur, primum fuit & potissimum institutio senatus: quem ait Plato, quum regem temperatum flagrante dominatu, parique potestate præditum, fuisse in primis salutarem & modera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tionis magistrum. Nanque suspensa resp. & nunc ad reges in tyrannidem vergēs,núc ad plebē in multitudinis arbitriū, senatus potentia instar obicis interiecta, æquilibrium retinēs,tutissimum ordinē & statum seruauit. Quia octo & viginti senes,(ita vocabant senatores)ne conualescerēt populi vires,ad reges se aggre-
78 gabant:contrà ad reprimēdum tyrannidem corroborabant populum. Eum numerum definitum Aristoteles senatorum ait,quòd ex primis triginta Lycurgi
B socijs duo ignaui,cœpta deseruerint.Sphærus totidem ab initio autor est cōsilij eius participes fuisse. Et sanè aliquam habet vim numerus plenus septenarius quaternario multiplicatus, & quòd partibus suis paribus secundum senariū plenus sit. Equidem adducor ideo potissimùm tot eum designasse senatores,quo adiunctis ad viginticto duob' regibus,vniuersi triginta essent. Tantū verò studij Lycurgus in hunc ordinē posuit,vt petierit de eo Delphis sortes,quas Rhetrā vocant, quasi dicas decretum. ea est huiusceemodi Vbi templum extruxeris Ioni Syllanio & Mineruæ Syllaniæ,populúmque distribueris in tribus,senatum con-
C stitues annumeratis regibus triginta virorum:& prout temporum articuli postulabunt, conciones habebis inter pontem & Gnacionem amnem,vbi agent cum populo senatores,& dimittent concionem, neque ius erit populo verba faciendi.Gnacionem nunc vocant OEnuntem. In campo interiecto inter pontem & amnem Gnacionē,conciones habebant,vbi neq; porticus erant, neque alia structura vlla. Nihil enim ea arbitrabatur ad consilia rectè capienda interesse,quin
D citius officere,quòd futiles & fluxas inani sensu congredientiū mentes efficiant,quum in signa & tabulas, vel proscenia theatrorum, vel lacunaria fabrefacta,illi qui ad concionem veniunt,defigunt oculos. In plebis concilio nemini rogationē ferre de vlla re permissum
79 fuit: quam senatus & reges promulgassent, ius populo erat comprobādi. Pòst quū plebs detrahendo & adiiciendo, peruerterent & adulterarent decreta, Polydorus & Theopōpus reges,adscripserunt hæc Rhetræ

Quæ prauè populus rogassit,ea senatui regibúsque retractādi ius esto. Id nō est ratū facere,sed prorsus summouere & ablegare populū,quasi inuertentē & depra uantē rogationem. Id illi induxerunt ciuitatem,vt crederet hoc deū iussisse,vt his versib' memorat Tyrtæus; A

Ex Ioue sortes atque hæc oracula vobis,
Vincere si est animus, Phœbus Apollo dedit.
Vrbē euersio sacros reges moderari,
Quos dilexit Sparta sollicitudo tenet.
Maturosque senes natu,populúmque frequentem,
Hinc latas leges seruare si placeant. B

Ita temperata per Lycurgum reip. procuratione,quum adhuc tamen qui ei successerunt, nimium & validam paucorum potentiam animaduerterent luxuriari & ferocire,tanquam frænum (vt ait Plato) iniecerunt ei ephororum autoritatem,atque infra Lycurgum, annis circiter triginta supra centum, primum ephorum designauerunt Elatum,rege Theopompo. Quem dicunt,quum exprobraret ei vxor, quòd regnum filijs minus quam accepisset,esset relicturus,Imo eo(respon
C disse) maius, quò diuturnius. Et nimirum abiecta enormitate cum inuidia deuitauit scopulum, inquem Messeniorum & Argiuorum reges apud suos ciues impegerunt, qui frænum dominatus nihil remittere ad popularitatem voluerunt vel laxare. Quanta autem fuerit Lycurgi sapientia & prouidentia, liquidò perspicias ex seditionibus atque inconditis rebuspu-
80 blicis Messeniorum & Argiuorum cognatorum, vicinorumque populorum atque regum, qui ab exordio paria assequuti, & in sorte agrorum etiam illis (vt videbantur) superiores, non diuturnam tenue-
D runt felicitatem,sed libidine regum & populi contumacia res nouas molientes,documento fuerunt virique, diuina felicitate Spartiatis accidisse vt Lycurgus apud eos statum publicum concinnaret & formaret. Verùm hæc postea sequuta sunt. Alter Lycurgi actus, isq; audacissimus,lex agraria fuit. Siquidem quum immensa esset inæqualitas,multique cumularentur in vrbe inopes & egeni,opes verò ad paucos redundarent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quo fastum, inuidiam, auaritiá, luxum, atque his vetustiores reip. & asperiores morbos exterminaret, opulentiam & paupertatẽ, perpulit ciues vt possessiones in medium conferrent, & de integro partirentur, viuerẽntque omnes compari inter se & æquabili fortunæ primas autem virtuti deferrent, neque aliud inter se discrimen aut imparitatem ducerent aliam, nisi quam turpitudinis macula definiret, & decus virtutis. Hinc verba rebus exequutus, diuisit cæterum agrum Laconicum, circumiectis vicis in triginta millia sortium: B quod attributũ ciuitati Spartanæ fuit in nouem millia. tot sortes datæ Spartiatis fuêre. Sunt qui dicant Lycurgum sex millia diuisisse, tria millia postmodum adiunxisse Polidorum, alii hũc dimidium nouẽ millium, dimidiũ Lycurgum. Sors erat cuiusque tanta vt pensionem redderet, viris septuagenos hordei medimnos, fœminis duodenos liquidorũ fructuum proportione prouentuum. Tantum iis cibarii ad bonũ habitum & ad valetudinem tuendam satis esse, neque re præterea C vlla putauerunt esse opus. Ferunt eum, quum pòst pe- 81 regrè reuertens agrum frugibus modò demessis peragraret, conspiceretq; aceruos æqualiter cõparatos & pares, arrisisse ac comitib' dixisse, Nónne dicas totam Laconiam multorũ esse fratrũ, qui iam nũc eam inter se sint partiti? Inde adortus reliqua rerũ mouentium diuidere, quo omnem excinderet inæqualitatem & imparitatem, quum cerneret ægrè laturos, si extorquerentur ipsis apertè, instituit alia ratione illarum rerum summouere cupiditatem. Primùm monetam omnem D auream & argenteã antiquauit, soli ferro autoritatem tribuit, ciúsque magno ponderi & moli exiguum assignauit pretium, vt occuparet decem minarum summa amplum in ædibus armarium & plaustrum duorum boum ad vehendum. Hoc corollario multæ scelerum formæ sunt Lacedæmone eiectæ. Nam quis furari, quis venalis muneribus esse, quis defraudare aut rapere sustineret id quod non posset tegi, cuius nemo esset possessione beatior, sed nec cõflatum vllum vsum præstaret? Verùm aceto (vt dicitur) candentis aciem

ferri restinguens, alium eius vsum & momentum re- A
secauit, reddiditque eneruatum & inhabile. Mox vanas artes & curiosas expulit finibus. Et quidem pleræque vel nullo exigente erant vnà cum publica moneta solum versuræ, vendibilia quum non essent opera. Siquidé ferrum nequicquã exportabatur ad alios Græcos, & vt nullius autoritatis deridebatur. Vnde nulla etiam facultas mercandi erat exoticarum & exquisitarum mercium, neque in portubus eorum exonerabant mercatores naues, neque pedem in Laconia ponebat vel verborũ architectus, vel præstigiator va- B
tes, vel leno vel monilium aurcorum argenteorúmve artifex, quòd carerent nummis. Verùm ita luxus paulatim iis qui eum excitabant & alebant destitutus sua sponte emarcuit, neque, quum opulẽtiæ esset exitus in publicum præclusus, atque domo ignaua includeretur, prærogatiuam habebát locupletes vllam. Quod 82
in causa fuit vt instrumentum quotidianum & necessarium, velut lecti, sedes, mensæ supra modum fabricarentur apud eos concinnè, & poculum Laconicum, quod cothon dicebatur, in cõmendatione esset C
maximè ad expeditiones, vt est autor Critias, quòd aqua, ad quam potandum vrgebat necessitas, ne offenderet oculos, tegeretur poculi colore: & quia quod turbidi inerat, impingebat intus ac labris cohibebatur, potus accedebat ori purior. In causa & hic legislator fuit, quippe opifices, vbi discesserunt ab inutilibus, expresserunt in necessarijs elegantiam. Quo magis autem incursaret luxuriam, & admirationem pecuniæ adimeret, tertium, & insigne, inuexit institutum, conuiuiorum formã, vnà vt cœnarent frequentes, communibus & præscriptis opsoniis atque epulis, D
domi ne vescerentur in sumptuosis lectis & mensis, de macellariorum & coquorum manibus, in tenebris velut voraces pecudes siginantes se labefactantésque vnà cum moribus corpora in omnem luxuriam proiecta & crapulam: quibus sunt comitantes prolixi somni, calidæ balneæ, longa quies, & quasi quotidiana valetudo. Fuit hoc magnum: verùm maius illud,

A quòd communi mensa & frugali victu opes sacrosanctas, imò despectas, vt ait Theophrastus, & inopes effecerit. Neque enim vsus vllus vel fruitio erat, nec verò omnino conspectus vel ostentatio magnifici splendoris, vbi ad eandem mensam, iuxtà pauper & diues conuenirent: vt, vulgatissimũ illud, vna in ciuitate sub sole Lacedæmone, Plutus seruaretur cæcus, iacerétque ibi picturæ modo inanimus & immotus. Siquidẽ non licebat præsumpta domi cœna conuiuia inire expletos, sed obseruabant acriter cæteri, atque eum qui non
83 biberet cum ipsis, neque vesceretur, proscindebant vt
B intemperantem, & ad conuictum clanguescentẽ promiscuum, cõuitiis. Hac potissimùm actione, pecuniosos ferunt in Lycurgum exarsisse, eorúmque cateruam coitione facta obstrepuisse ei & insectatam fuisse. Qui postremò lapidibus petitus, proripuit se foro: aliis autem elapsus ad sacram ædem confugit. Vnus fuit adolescens, ingenio alioqui non malo, sed acris & ardentior, Alcander. Hic fugientis tergo inhærens, percussit respicientem baculo, oculúmque excussit. Lycur-
C gus nihil vulnere deterritus, sed obuersus ad populum ciuibus faciem cruore oppletam, & visum ostendit labefactatũ. Ibi tanta verecúdia concio perfusa & mœstitia fuit, vt dederent ei Alcandrum, & vicem eius dolentes frementésque, domum vsque cum prosequerẽtur. At Lycurgus hos quidem collaudatos dimisit: Alcandrum verò introductum nec verbo læsit nec facto, sed amotis ministris, quibus ad corporis cultum erat vti solitus, iussit eum sibi ministrare. Ille strenuè imperata & obedienter fecit. Qui ex consuetudi-
D ne & contubernio Lycurgi, quum notaret mansuetudinem & mõtum animi eius, vitam asperam, labores indefatigatos, cum mirificè cœpit eum admirari, tum apud familiares & necessarios prædicauit non esse rigidum Lycurgũ nec præfractum, sed solum erga alios lenem illum & blandũ. Ad hunc modũ castigatus ille fuit, eámque luit pœnam, qui ex tetro iuuene & præfracto modestissimus vir atque temperãtissimus redditus est. Huius casus Lycurgus monumentum, ædem

Mineruæ, quam appellauit Optiletin, excitauit: quòd A
huius regionis Dorii oculos [illegible] vocẽt. Alii (inter
quos est Dioscorides, qui descripsit remp. Lacedæmo 84
niorũ) vulneratum oculum eius autumãt fuisse, sed elisum nõ fuisse visum: templũ autem deæ in gratiã curationis posuisse. Post id infortunium tamen destiterunt Lacedæmonii deferre in concionẽ baculũ. Conuiuia Cretes Andria, Lacedæmonii Phiditia nominãt: vel quòd amicitiam & benuolentiã concilient, [illegible] loco reponentes: vel quòd ad frugalitatem assuefaciant & ad parsimoniam, à dictione [illegible] dedu- B
centes. Potuit etiam prima litera aliunde adiecta fuisse, vt nonnulli volunt, ac dicta Editia, ab edendo & victu. Cœtus quinumdenũ erant, aut aliquanto his pauciorum vel plurium. Singuli conuictores farinæ medimnos mense, vini congios octonos, casei quinas libras, ficuum binas libras & selibras: præterea ad esculenta parum admodum pecuniæ conferebant. Ad hæc qui sacrificauerat, primitias, vel qui venatus erat, mittebat portionem ad conuiuium. Nam ei qui sacrificasset vel venatus esset, liberum erat domi cœnare: C
reliquos oportebat adesse. Hunc cõuiuiorum morem retinuerunt accuratè. Ac quum bello, quo Atheniẽses deuicerat, rex reuersus Agis, apud vxorem vellet cœnare, portionem posulanti non miserunt polemarchi, cui, quia postridie solennia sacra offensus non fecit, mulctam dixere. Ad conuiuia pueri quoque, sicut ad ludũ tẽperantiæ ducti ventitabant. Ibi sermones de rep. excipiebant, doctores conspiciebant ingenuos, assuescebantque & ipsi iocari, & dicteria citra scurrilitatem iacere, atque aliorum sine offensa excipere ca- D
uilla. Nanque videbatur imprimis Laconicum, cauillũ sustinere. Impatienti licebat deprecari, & tẽperabatur facetus. Vt quisque intrabat natu maximus cõmonstratis foribus, His (inquit) verba non egrediuntur. Qui admitti desiderabãt ad conuiniũ, hoc modo probari aiunt solitos. Quisque conuictor frustillũ passilli 85
manu tenebat, id in vas quod ferebat in capite ministerii, vt calculũ iaciebat: qui probaret, simpliciter:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui reprobaret, manu validè compressum. Nam compressum perforati calculi vim habet, nec si vnum tale repererint, recipiunt aduentitium. Volunt enim vt epulentur inter se læti. Eum qui ita est reiectus, κακοδαίτους dicunt, κάδος enim vas nominatur, in quod frusta illa coniecerunt. Inter pulmenta prima laus erat iuri nigro: quare carnes non petebant maiores natu, quas iunioribus permittebant: ipsi decuriati iure vescebantur. Fama est quendam regem Ponti, huius iuris gratia coquum Laconicum comparasse, mox gustu offenso subiecisse coquum, Hoc ius parandum rex est
B iis qui in Eurota lauerunt. Vbi mediocriter biberũt, sine face recipiunt se domum. Non permittitur neque tunc neque aliàs ad lumen incedere, quo discant in tenebris & nocte commeare fidenter & intrepidè. Hic ordo fuit conuiuiorum. Leges non redegit in scriptã Lycurgus, sed vna est hæc ex rhetris, quas vocãt. Præcipua atque ea quæ maximè referrent ad ciuitatis felicitatẽ virtutémque, moribus putauit & institutionibus ciuium sicut rudimenta impressa hærere inconcussa, quum stabili nitantur voluntate, validissimo ad
C compellendum vinculo & habitu, quo institutio imbuebat iuuentutem, quæ in vnoquoque eorum officium efficiebat legislatoris. Minuta & quæstuaria cõmercia, ac quæ vicissitudinem ex vsu aliàs aliam habent, non putauit scriptis præceptis complectenda, vel vsurpatione perpetua: sed permittenda pro tempore accessiones vel decessiones accipere ex arbitrio bene
86 institutorum. Nempe summam & caput omnium legum ferendarum retulit ad institutionem. Itaque ergo vna (vt diximus) rhetra erat, ne scriptis legibus
D veterentur. Altera iam aduersus luxum, vt quæuis domus fastigium securi haberet fabricatum, fores serra: nec aliud instrumento vllo. Nam quod dixisse postmodum de mensa sua Epaminondam aiunt, tale prandium non capere proditionem, id primùm in mentem venit Lycurgo, talem domum deliciarum & lautitiæ haud esse capacem. Neque tam sit ineptus vel amens vllus, vt in penates humiles & vulgares, lectos argen-

teis instructos fulcris, stragulas purpureas, aurea po- A
cula, & eum qui hæc comitatur, inferat splendorem: sed comparandus est & æquandus ædificio lectus, lecto vestis, huic reliquus cultus & paratus. Ex hoc more Leotychidam maiorem referunt Corinthi cœnantem, quum tectum ædium magnificè structum & laqueatum cerneret, rogasse hospitem, num ligna apud eos quadrata nascerentur. Tertiam rhetram Lycurgi commemorant, quæ prohibet ne bello eosdem repetant hostes: vt ne sæpius exercitati armis existant bellicosi. Qua in re reprehenderunt imprimis B
postea Agesilaum, quòd excursionibus crebris assiduisque in Bœotiam & expeditionibus, pares bellandi peritiã Lacedæmonijs reddidisset Thebanos. Vnde quũ saucium Antalcidas vidisset, Præclaram (inquit) refers à Thebanis mercedem, qui inuitos & imperitos dimicare docuisti. Eas leges Rhetras vocauit, quasi à deo sancitas & oracula. Iuuentutis tyrocinii, quod maximum censebat & pulcherrimum esse legislatoris munus, altius exordium repetens, statim curam egit 87
nuptiarum & liberorum procreandorum. Neque e- C
nim (vt vult Aristoteles) quum animum adiecisset cõponendis mulieribus, non potuit refrænare nimiam earum licentiam & autoritatem, ob frequentes virorum expeditiones: per quas cogebantur liberum arbitrium relinquere illis. Quamobrem plus satis eas colebant, dominásque appellabant. Sed & his, quatenus habebat res facultatem, prospexit. Corpora virginum cursu, lucta, discorum & telorum iactu exercuit, vt & fœtus radix validum in valentibus corporibus exordi-
um accipiẽs germinaret melius, atque illę strenuè par- D
tus excipientes, bene & facilè aduersus puerperii decertarent dolores. Ac remotis deliciis, vmbratili vita, mollitia omni fœminina, assuefecit iuxtà puellas atque adultos nudos in publico versari, certísque solennibus saltare & cantare assistentibus atque spectantibus iuuenibus. Interim sales in quenque festiuè iacientes, perstringebant peccantes, contrà laudes in merentes carminibus compositas recitantes, magno gloriæ &

Universidad de Deusto
Biblioteca

honestatis desiderio iuuenes incendebant. Cuius enim
A celebrata virtus fuerat, & qui inter virgines habebatur clarus, abibat elatus illis laudibus. Facetiarum aculei & dicteriorum nihilo erant seriis castigationibus obtusiores: quòd ad id spectaculũ, simul cum cæteris ciuibus, reges & senatus conuenirent. Detectioni virginum nihil inerat obscœni, cum qua cõiunctus rubor erat, aberat libido: sed simplicem assuetudinem & studium boni habitus conciliabat, gustúmque fœminæ præbebat spirituum non inertium, quòd societate nec ipsæ virtutis & gloriæ excluderentur. Vnde
B 88 & dicere & gloriari non dubitabant, quæ de Gorgone Leonidæ vxore literis prodita sunt. Quũ mulier quædã peregrina scilicet, diceret ei, Solæ vos Lacænæ imperium in viros habetis, Nempe solæ (inquit) parimus viros. Et quanquam hi quoque ad nuptias erant stimuli, pompas dico virginum, vestium detractionẽs, certamina quæ inspectantibus adolescentibus peragebant, non geometricis sed amatoriis (vt ait Plato) conãctibus, suggillabant tamen aliqua etiam ex parte cæ-
C libes, qui nudarum certantium spectaculo arcebãtur. Bruma etiam hi ex magistratuum edicto, cogebantur forum vestibus spoliati obire. Circulãtes autem cantilenam in se compositam concinebant, meritò ita puniri se quòd non parerent legibus. Præterea honoris erant & obseruantiæ, quam præstabant senibus iuuenes, expertes. Quare quod exprobratum Dercyllidæ fuit, quantumuis inclyto duci, nemo reprehendit: cui interuenienti non cessit adolescens subsellio, adiicies, Neque enim tu mihi cũ qui cessurus sit, sustulisti. V-
D xores ducebant raptu, non pusillas aut impuberes, sed adultas & maturas. Raptam abducebat pronuba, capillósque eius cute tenus circumtondebat, inde tunica virili & calciamentis indutam, in toro sine lumine solam locabat. Sponsus non vino grauis, nec deliciis confectus, sed sobrius quum in conuiuio solito cœnatus esset, latenter ingressus soluebat sponsæ cingulum, eámque in lecto collocabat. Nec longo ibi spatio cõmoratus, abibat modestè conferebátque se cubitum

quo antè fuerat solitus cum cæteris iuuenibus: quem A
modum deinceps seruabat, ac transigebat cum coætaneis dies & noctes. Ad sponsam presse cõmeabat cum pudore & metu, nequis ex familia percíperet, vnà machinante illa, & opportunitatem suppeditante, quo in
89 tempore insciis aliis congrederentur. Neque verò ad modicum temporis ita agebant, sed aliqui etiam liberos prius tulerunt, quàm viserẽt vxores suas interdiu. Congressus hic non modò temperantiæ erat & castimoniæ meditatio, verùm etiam cum corporibus fœcundos, tum perpetuo amore recentes ad concubitum
B adigebat & integros, non expletos & flaccidos coniũctionibus immodicis: verùm semper reliquias aliquas & aculeum relinquentes mutui desiderii & amoris. Postquam tantam matrimonio imposuit verecũdiam & temperantiam, nihilo secius vanam illam & muliebrem obtrectationem abegit, hàneque adhibuit moderationem, vt petulantiam & confusionem excluderet à coniugio omnem, liberorum autem eorúmque procreationis permitteret communicationem inter honestos: deridens eos qui hæc velut secluſa & absfra-
C cta à communi vsu, cædibus & bellis exequuntur. Nã viro natu grãdiori, cui florẽs ætate erat cõiunx, siquẽ probũ & pudentẽ adolescentẽ charũ haberet probarétque, ius erat eam huic iungere, & quũ impleta esset egregio semine, sibi vẽdicare partũ. Ediuerso liberũ erat bono viro, siqua ei casta mulier quæ elegãtes pueros ederet, alteri nupta cordi esset, agere cũ viro, vt co
piã sibi eius faceret, atque ita tanquã frugiferũ aruum cõserere & gignere liberos probos, qui proborũ futuri cõsanguinei & propinqui essent. Ante omnia enim nõ D
duxit priuatos parentũ filios Lycurgus, sed cõmunes ciuitatis. Quare noluit ex turmalibus sed ex præstãtissimis generari ciues. Deinde reliquos notauit legislato
res oppidò insulsos & vanos fuisse, qui canes & equos ad optimos admissarios agant, idque gratia vel pretio cõtendant à dominis: coniuges verò inclusas, quas ex solis volunt ipsis parere, custodia sepiant, siue amenter sint, siue decrepiti, siue valetudinarii: quasi verò filii,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A si ex prauis editi sint, non ipsis præcipuè, in quorum
90 sunt potestate & altoribus sint praui: & contrà probi;
cùm si nacti originem fuerint. Atque hæc, quæ tam
naturæ conuenienter id temporis & ciuiliter agebantur, tantum aberant ab illa quæ pòst sequuta fertur, licẽtia mulierum, vt adulterium fuerit apud eos inauditum. Memoratur dictum Geradæ cuiusdam Spartiatæ ex antiquissimis, qui hospiti sciscitanti quæ esset pœna apud ipsos in adulteros constituta, respondit, Adulter, hospes, non inuenitur apud nos. quo subiiciente, Quid si inuentus sit? Taurum, inquit, luit in-
B gentem, Geradas, qui capite traiecto Taygetum bibat ex Eurota. Obstupescente illo ac dicente, Qui existat bos tantus? ridens Geradas, Qui (inquit) adulter existat Lacedæmone? Hæc de coniugiis prodita sunt.
Arbitrium tollendi partus non erat penes parentem, sed portabat eum in locum Leschen nomine, vbi tribulium natu maximi considẽtes, infantem spectabãt. Qui si membris compactis & robustis esset, tolli iubebant eum, sortémque ei ex nouem millibus assignabant. Debilem & distortum amandabãt in locum vo-
C raginosum propter Taygetum, quas Apothetas nuncupabant: quasi nec illi ipsi nec ciuitati, qui non esset à primordio ad bonum habitum neque ad robur comparatus, expediret viuere. Ideo non aqua infantes sed vino abluebant fœminæ, ad periclitandam eorum cõstitutionem. Quippe comitiales ferunt & morbidos à mero debilitatos flaccescere, salubres durescere & firmari habitu. Iam nutrices curam agebant artificiosam, vt sine fasciis infantiam educentes, membra &
D speciem iis liberalem conciliarent. Assuefaciebant etiam eos quibusuis cibis & ieiunio, vtque intrepidi ad tenebras, imperterriti essent ad solitudinem, nescii il-
91 liberalis morositatis & vagitus. Hinc mercabantur liberis nonnulli exteri nutrices Laconicas. Etiam quæ Athenien sem nutricata est Alcibiadem, Amyleam tradunt Lacænam fuisse. Cæterùm huic (vt autor est Plato) Zopyrum Pericles moderatorem præfecit nihilo aliis mancipiis excellentiorem. Lacedæmoniorum liberis

beris non præposuit Lycurgus emptitios aut mercenarios pędagogos, neque poterat quisquam pro arbitrio suo alere & instituere filium: sed omnes vt septimum annum excesserunt, centuriauit ipse in classes, parique & vna libertate atque contubernio colludere inter se & studiis vacare docuit. Horum cohorti præfectum dedit eum, ingenio qui præcelleret & in pugnis esset animosissimus. Eum intuebãtur, & imperanti erant dicto audientes, punientémque ferebant. ita disciplina eorum erat parendi commentatio. Lu-
B dentes spectabant maiores natu: qui plerunque contentiones inter eos & certamina serentes, non defunctorie, quæ cuiusque ad audendum & non cedendum in pugnis esset indoles aduertebant. Literas quatenus esset necesse discebant, reliqua disciplina erat omnis ad obtemperandum, ad labores perferendos, ad enitendum ad victoriam. Quare ætatis progressu exercitationem intendebant. Radebant eos cute tenus, sine calceis incedere, nudósque ferè consuefaciebãt eos lusitare. Vbi attigerunt annum duodecimum, iam sine tunica agebant, vnú accipiebant quotannis pallium.
Squalidi corpore, balneorum & vnctionum nescij,
C tantum paucis diebus per annũ gustabant eas lautitias. Vnà quietem turmatim & gregatim capiebant in toris, quos ipsi construebant ex arundine secus Eurotam crescente, cuius paniculam manibus citra ferrum defringebant. Per brumam lycophonas, quos vocant, substernebant, torisque miscebant: quòd ea materia
92 vim quandã obtinere excalfactoriam videatur. Tum autem cum talibus proborum amatores adolescẽtium
D conuersabantur, & curam agebant de iis maiorem senes: Qui accedebant ad gymnasia, spectabántque nõ in trãscursu dimicantes, & se dicteriis inuicem petentes: verùm existimabant quodãmodo ones omniú patres, magistros & rectores esse. Vnde neque tẽpus vacuum neque locus relinquebatur corrigente offendentem atque castigãte. Imò & magistri puritiæ ex probatis viris creabantur, & hi per classes præficiebãt eos qui inter irenas prudentissimi & pugnacissimi erant. Irenas

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vocant illos qui duobus annis ex pueris excesserant: Mollirenas, in pueris maximos. Hic iren, quũ annis viginti fuerit maior, ducit cohortem suam in prælijs, eámque habet domi ad cœnam in ministerio: imperat grandioribus vt ligna adferãt, olera minoribus. Ferunt furto partim ex hortis, partim in virorũ conuiuia perastutè & cautè irrepentes. Deprehensus multa verbera flagello accipit, quòd solutus in furando & iners videatur. Furantur etiam quæcunq; valeant cibaria, insidiari cũ solertia dormientib' meditãtes, aut solutiorem
B custodiam agẽtibus. comperto verbera & fames propiaculo sunt. Mensam habent angustam, quo propulsantes industria sua famem, ad audẽdum concitentur, & ad dolos concinnandum. Id munus est peculiare ciborũm contractorũ: accessoria fũctio est, quòd parent corporibus incremẽtum. Quippe spiritus nõ multùm occupatus vel districtus circa affluentiam ciborum in profundum & latum trahentium, in longum fertur ac
C sursum repit, corpore ob leuitatem leuiter & expeditè assurgente. Hinc quoque accedere venustas formæ videtur, quòd teretes & exiles habit' magis ductiles sint membrorum conformationi, quũ obesi & siginati re-
93 luctentur ei suo pondere, mulierũ modo prægnãtium quæ purgantur. Exiles hæ, sed scitos tamen, ob agilitatem materiæ formæ fingenti magis cedentis, & argutos partus edunt. At causa huius euentus in medio relinquatur speculantibus. Adeo autem prædantur solicitè, vt perhibeatur quidam, qui modò vulpeculam surripuerat, quam inuoluerat amiculo, quum ventrem
D suum laniaret bestia vnguibus & dentibus, ne detegeretur, intermori sustinuisse. Nec est id incredibile vel ex huius memoriæ adolescentibus quos in ara Dianæ Orthiæ frequentes conspeximus inter plagas expirare. A cœna recumbens iren ex pueris huic canere iubebat: illi quæstionem, ad quam erat respondendum accuratè, ponebat: velut, qui inter viros esset præstantissimus, aut quod ei videretur curiosiam factum. Inde & existimare de virtutibus & sagaciter indagare ab incunabulis assuescebãt de ciuibus. Nam si rogatus,

qui bonus ciuis esset aut qui improbus, in respõdendo A
hæsitaret, id tardi & degeneris ad virtutem ingenii ducebant indicium esse. Muniendum etiam responsum ratione erat & probatione in concisa & compendiosa verba contracta. Si iners esset responsum, pro pœna mordendum ireni præbebat pollicem. Subinde coram senioribus & magistratibus iren corrigebat pueros, vt specimẽ præberet quàm rectè & ordine pœnas exigeret. Nec interpellabãt mulctantem, verùm digressis pueris plectebatur si asperiꝰ quàm oportuisset, aut contrà remissius & lenius vindicasset. In societatem ama- B
tores puerorum existimationis in vtrãque partem veniebant. Memorant, quũ aliquando vocẽ puer in certãdo misisset parũ generosam, indictam à magistratibꝰ mulctã amatori eius fuisse. Mos apud eos tã honestus amandi erat, vt etiam probatæ & egregiæ mulieres a-
94 marent virgines. Riualium æmulationem non erat fas suscipere: sed magis qui eosdem amabant, ex eo auspicabantur mutuam amicitiam, eóque incumbebant communi studio, vt quàm redderent præstantissimum C
eum quem diligebant. Ad hæc imbuebant pueros, vt oratione vterentur, quæ sel conditum venustate haberet, & multũ paucis in verbis sensus. Ferreis nummis Lycurgus (vt exposuimus) ex magno põdere exiguum valorem fecit: sermonis monetæ contrà in ieiunis & contractis verbis copiosam & grauem inclusit sententiam, multo silẽtio eos strictim vt dicerent & essent in respondendo acutì, moliens. Siquidem vt semen est eorum qui effusi in venerem sunt, effœtum plerunque & infœcundum, ita loquentia immoderata D
sterilem effundit insipidúmque sermonem. Rex Agis, quum Athenienſis quidam Laconicorum gladiorum breuitatem derideret, dicerétque circulatores facilè eos in theatris hausturos, Atqui, inquit, hisce nos gladiolis bene attingimus hostes. Ego verò orationem Laconicam, etsi videatur esse concisa, in primis assequi rem tamen arbitror & mentem ferire auditorum. Et sanè ipsum apparet in dicendo succinctum fuisse Lycurgum & acutum, quatenus ex iis coniicere licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quæ ab eo feruntur dicta, vt illud de rep. ad eum qui censebat ditionem popularem Lacedæmone constituendam: At tu prius, inquit, erigas ditionem domi popularem. Illud item de hostiis ad illum qui percontabatur, quid tam exiguas & viles præscripsisset, Ne vnquam, inquit, Deum intermittamus colere. Iam de certaminibus, quòd sola ea ciuibus non vetasset obire, in
95 quibus manus nó tollatur. Simulia eius referuntur ad ciues per epistolas responsa. Quomodo hostiũ impressionem arceamus? Si inopes manseritis, & alter non a-
B ueat plus possidere altero. Iam de muris, nó carere muris vrbem, quæ viris sit, non lateribus cincta. Cæterùm hæ & similes epistolæ illiúsne fuerint, haud est pronum vel asserere vel infirmare. Enimuero quòd prolixitatem orationis insectarentur, hæ concisæ sententiæ sunt argumento. Leonidas rex, quum quidam differeret de rebus grauibus intempestiuè, Re opportuna hospes, inquit, parum opportunè veteris. Charilaus Lycurgi fratris filius interrogatus de paucitate illius legum, respondit, Qui verbis non multis vterentur, hos
C non multas quærere leges. Archidamidas, accusantibus nonnullis sophistam Hecatæum, quòd conuiuio adhibitus, omni sermone abstinuisset, Qui dicere nouit, inquit, & tempus nouit. Dicta illorum amara, quæ dixi lepõris non esse expertia, huiusce-modi sunt. Demaratus, quum fœdus homo ipsum pungeret importunis interrogationibus, atque hac quæstione identidem obtunderet, Quis optimus est
D inter Lacedæmonios? Tui, inquit, dissimillimus. Agis Elios quibusdam celebrantibus quòd honestè & iustè Olympia ageret, Egregiam verò rem, inquit, si quinto quoque anno Elii iustitiam vno die colant. Theopompus ad peregrinum quendam, qui studium suum ostentabat, dicebátque philolaconem se, quasi cupidum Laconum, inter ciues vocitari: Laudabile tibi, infit, sit cupidum ciuium tuorum vocari. Pistonax Pausaniæ, quum orator quidam Athenensis indoctos Lacedæmonios appellaret, Sanè quidem, inquit: soli enim Græcorum nihil mali nos à vobis didicimus.

Archidamidas ad scisitantem quot essent Lacedæ- A
monii, Satis hospes, inquit, ad malos summouendum. Discas etiam ex facetiis morem eorum: assueseebant enim, vt nisi in tempore non loquerentur, neque vo- 96
cem emitterẽt, quin aliquam vtique sententiam complecteretur notatu dignam. Ille quem hortabantur vt audiret quendam qui cantum exprimeret luscinæ, Illas, inquit, ipsas audiui. Aliuslecto hoc epigrammate,

Sæuo qui deros quondam oppressere tyrannos,
Ante Selinontè mœnia marte cadunt.

Meritò, inquit, perierunt isti. permittẽdum enim fu- B
erat vt totum conflagraret oppidum. Adolescens ad illum qui daturum ei se promitteret gallos gallinaceos in pugna expirantes, Minimè, inquit, sed eos da mihi qui in pugnis interficiant alios. Alius sellis curulibus sedentes in discessu nonnullos vidẽs, Absit, inquit, hic vt consideam, vnde assurgere nequeam seni. Atque hoc quidem contortorum dictorum genus eiuscemodi erat. Quare non absurdè dixerunt quidam, Sapientiam C
colendo magis quàm gymnicum certamen sectando agas Laconem. Porrò elegantiam cantilenarum & carminum non secus atque orationis cultum & puritatem affectabant: sed inerat & carminibus aculeus, qui excitaret animos atque inflammaret quasi morsu fanatico & alacritate. Dictio nuda erat & virilis de rebus grauibus & informantibus. Laudes erant ferè, quibus immortalitati commendabant eos q ui pro Sparta occubuerant, & probra ignauorum ad mortem, quòd acerbam & infelicem ducerent vitam: pro- D
fessio item & gloriatio ad virtutem congruens ætatibus. Quorum vnum libet exempli gratia exprimere. Tres erant in solennibus per tres ætates instituti chori. Chorus senum exorsus canebat,

Nos quondam eramus inclyti belli viri.

Iuuenum chorus respondebat,

Nos si sumus: fac si velis periculum.

Tertius puerorum,

Nos fortitudine plurimùm præstabimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Planè si carminibus Laconicis, quorum etiam hæc
97 memoria extant quædam, adhibeas animum, & numeros classicos assequaris, quibus vtebantur ad tibiam, quum hostes inuaderent, iure Terpandrum dicas & Pindarum consociare musicæ fortitudinem. Ille ad hunc modum cecinit de Lacedæmonijs,

Vbi floret ensis, iuuenum musa & suauitas,
Tum iustitiæ amplat obtinens via.

Pindarus ait,

B *Vbi consilia senum, & iuuenum præstantium*
Hastæ, chori, cantus, suauitates deliciæ.

Insignes musicos pariter & bellatores faciunt eos.

In ferrum enim serpit citharam pulsare peritè,

vt Laconicus poeta dixit. Etenim ante pugnam rex Musis sacrificabat, admonens (vt reor) disciplinæ eorum & iudiciorum: vt in periculis offerrent se, & successum ad res memorabiles edendas darent pugnantibus. Interim disciplinæ rigorem laxabãt iuuenibus, nec prohibebant excolere comã, armisque se & palliis
C ornare: ac delectabantur iis velut equis ad certamen exultantibus & ferocientibus. Itaque quãuis comam vbi adulti erant alerent, potissimùm imminente pugna concinnabant eam, vt nitida appareret & discriminata. Adducunt etiam Lycurgi de coma dictum, formosos eã venustiores reddere, deformes horridiores. Exercitationibus quoque vtebantur per bellum molliorib⁹, & reliquam quoque vitam minus adstrictam & obnoxiam dabant iuuentuti. Ita solis inter mortales meditationis ad bellum erat illis bellum respi-
D ratio. Iam instructa eorum acie, quum adesset hostis, rex simul capellam immolabat, edicebãtque vt omnes coronas sumerẽt, & vt tibicines canerẽt iubebat Castoris carmen. Simul etiã ordiebatur classicũ canere. carmen embateriũ dicitur. Quæ res seueram simul atque
98 horribilem edebat speciem, numeris ad tibiam incedentium, neque turbantium aciem, neque animis fluctuantium, sed modestè & hilariter ad modos euntium in certamen. Neque enim nimia percelli trepidatione probabile est ita comparatos, aut plus satis

ferocire: sed animum cum fiducia & audacia suscipere A
stabilem, quasi dei præsente fauore. Ibat in hostem rex comitem trahens victorẽ coronati certaminis. Ac referunt quendã, quũ offerretur ei Olympiis grandis pecunia, nõ accepisse eã: sed vt magno labore superauit aduersariũ luctã, & quispiã diceret ei, Quò tibi hæc Lacon victoria? occurrisse subridẽtem, Ante regem in acie consistens cum hostibus decertabo. Fusos fugatósque hostes hactenus consectabantur dum fuga eorum confirmassent victoriam, mox receptui canebant: cædere & contrucidare fractos & manus dantes, ne- B
que generosum rati neque Græcis dignum. Erat id non præclarum modò & celsi animi, sed conducibile quoque. Nanq; certi qui manus cum iis conferebant, occidere eos si qui subsisterent, terga vertentibus parcere: fugam capessere, quàm in acie manere ducebant commodius. Ipsum Lycurgum Hippias sophista insignem bello virum ostendit fuisse, multisque interfuisse expeditionibus. Philostephanus etiam equitum in vlamos contributionẽ adscribit Lycurgo. Vlamum autem esse (vt ille descripsit) quinquagenũm equitum C
quadrata acie instructam turmam. Demetrius verò Phalereus rudem rei militaris pacatam constituisse remp. Sanè videtur induciarum Olympiacarum inuentum placidi & quieti viri esse. Et quidem dictitant nonnulli (vt Hermippus meminit) nõ incubuisse initiò in eam illum rem, neque eo in consilio socium fuisse 99
Iphiti, sed quum casu eò veniisset & esset spectãtor, vocem ibi à tergo velut hominis ei accidisse increpantis eum, & mirantis cur ciues suos ad concelebrãdum illud solenne non excitaret: conuersũ vbi nusquam com D
paruit, qui fuerat loquutus, diuinam vocem esse ratum. Itaque ad Iphitum se aggregasse, sociũmque concinnandi festi clarius id & solidius effecisse. Disciplina eò vsque pertinebat, dum adulti essent. Nemini enim licebat pro arbitrio suo viuere, sed in vrbe sicut castris stata erat vitæ lex, & in rep. occupatio: prorsũsq; in animum induxerãt patriæ se non sibi ipsos esse natos. Itaque perpetuò, ni aliud esset iniunctum, inspectabant

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pueritiam aut docebãt quod ex vsu foret, aut accipiebant ipsi à maioribus. Siquidem inter cætera bona & felicitatem, quæ ciuibus suis parauit Lycurgus, vnum fuit copia otij, quibus sordidis artibus erat in totum interdictũ. Pecuniam quærere, quæ magno labore & negotio accumulatur, quòd iacerẽt planè sordescerẽntque diuitiæ, non operæ erat. Ilotes colebant iis agrum, vectigal quod antè diximus, pensitantes. Venerat quidam Athenis quum iudicia agerentur, hic quum intellexisset quempiam otii damnatum mœ-
B stum discedere, & necessarios qui eum prosequebantur, vicem eius dolere & grauiter angi, rogant eos qui vnà aderant, vt sibi ostenderent quisnam ille ingenuę noxæ iudicatus esset: adeo seruilem habebant ineptam in artificiis & quæstu districtionẽ. Iudicia nimirũ vnà emigrauerant cũ nũmis: quia neque affluentia inter eos neque indigentia erat, sed omnia æqualia in copia, & parabilia habebant ex frugalitate. Tripudia, festi dies, epulæ, commorationes in venationibus, in gymnasiis, & ad leschas, perpetua apud illos erant:
C nec vnquam, nisi ad bellum, peregrè proficiscebantur.
100 Atque inferiores quidem triginta annis haudquaquam procedebant in forum, verùm explicabant et quæ pertinebant ad negotia necessaria, per propinquos & amatores. Maioribus natu probrosum erat assiduè ibi volutari, & non partem diei maximam in gymnasiis & leschis, quas vocabant, versari. Ibi colebant ferè, atque tempus inter se traducebant, nullam inferentes mentionem compendii faciendi vel forensium tractandorum negotiorum. Illius consuetudi-
D nis potissima occupatio erat vt aliquam virtutem laudarent, vel reprehenderent probrum cum ioco & risu leuiter, admonendi & corrigendi causa, pungente. Neque sanè ipse fuit præfractè austerus Lycurgus: imò illum risus sigillum autor est Sosibius posuisse, vrbanitate, tanquam laboris & victus condimento, tempestiuè conuiuia & similes congressus interpolantem. In summa assuefecit ciues ne vellent, neu scirent priuatim viuere: verùm vt apum more ad rempub.

conglobati semper, & inter se circa principem volu- A
tati, afflatúque lymphatico atque gloriæ siti tantum non mente alienati, patriæ essent toti. Quam affectionem ex quibusdam eorum dictis colligas licet. Siquidem Pædaretus, non allectus inter trecẽtos, perquam alacris discessit ceu lætitia elatus, quòd trecenti in ciuitate essent se præstantiores. Polystratidas legatus ad regis præfectos inter alios missus, iis rogantibus priuatim an publicè missus esset, respondit, Si compotes voti fuerimus, publicè: sin tulerimus repulsam, priuatim. Brasidæ mater Argileonis, quum Amphipoli qui- B
dam, qui commeauerant Lacedæmonem, illam inuiserent, an Brasidas, requisiuit, honestè & dignè Sparta cecidisset: quibus illum extollentibus, adiicientibúsque parem Spartæ non esse alium, Absit, hospites, 101
(inquit) fuit enim honestus & egregius vir Brasidas, sed habet multos Sparta illo excellẽtiores. Senes ipse (vti diximus) Lycurgus primùm eos qui cœpti sui fuerant participes, designauit, deinde in locum demortui suffici iussit eum, virtute qui esset præstantissimus iudicatus, sexaginta annis maior. Quod quidem præ C
humanis omnibus certamẽ maximum esse & contentionis summæ videbatur. Quippe non qui ex pernicibus pernicissimus, nec qui ex robustis robustissimus, sed qui inter bonos & temperantes optimus & temperantissimus esset cẽsitus, huic præmium cedebat victoriæ in virtute per totam vitam, vniuersa penè potestas in repub. quòd arbitrium haberet necis, ignominiæ, & in summa maximorũ. Lectio agebatur ad hũc modum. Concione aduocata, delecti viri includebantur propinqua domo, hi neminem videbant, neque ipsi conspecti, strepitum tantùm exaudiebant concionis: nam acclamatione cum alia tum competitores probabant. Nec simul omnes, sed singuli introducebantur per sortem, tacitique per concionem transibãt. Concluso illi tabulas habebant, in quas referebant sigillatim plausus magnitudinem, nescii cui facta esset, tantùm primum esse vel secundũ vel tertium, aut quotus quisque fuisset introductus. Cui esset plurimus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A maximus factus, hunc renuntiabant. Ille coronatus ad
omnia templa circumibat. Sequebatur hinc grex iu-
uenum collaudantium eum & extollentium, hinc ca-
terua mulierum carmine virtutem celebrantium &
vitam eius in cælum ferentium. Necessariorum quis-
que cœnam ei apponens dicebat, Hac te mensa ciuitas
honorat. Quum eos circumisset, transibat ad solitum
conuiuium, vbi cætera de more agebantur. Secundam
portionem, vbi esset apposita, tollebat & seruabat. A
cœna conueniebant ad ianuam triclinii mulieres fa-
miliares eius. Ibi eam quæ esset apud se maxima in
B existimatione, acciebat, cui partem eam donabat, ad-
102 dens, præmium se, quo fuisset decoratus, ei conferre.
Vnde illa quoque magno honore à cæteris matronis
deducebatur. Sepeliendi quoque ritum ille dispensa-
uit optimé. Primùm omnem eximens superstitionem,
funerare in vrbe extinctos, & habere ante oculos re-
rum monumenta religiosarum non interdixit, quòd
innutriri vellet talibus spectaculis & assuescere iuuen-
tutem ne trepidarêt vel horrerent mortem: quasi eos
C qui feralia attrectant aut commeant per sepulcra, pol-
luat. Deinde prohibuit quicquam cum corpore con-
di, sed puniceo amiculo & foliis oleaginis cadauer in-
uoluebant. Conditorio inscribere non licebat nomen
mortui, præterquam viri qui in bello, & mulieris quæ
sanctè fato concesserat. Luctum modico definiuit tem-
pore, vndecim diebus: duodecimo sacrificare oporte-
bat Cereri, & desinere luctum. Nihil erat enim otio-
sum aut neglectum, sed omnibus rebus necessariis at-
texebat vel aliquod virtutis præconium, vel insecta-
D tionem improbitatis, omnésque angulos ciuitatis re-
ferciebat exemplis. In quæ quum incurrerent quo-
tidie, eáque ante oculos spectarent, non poterant ad
honestum non trahi & conformari. Quæ causa fuit
cur non reliquerit peregrè proficisci & vagari liber-
rum, ne externos mores adducerent secum vel ritus
malè formatos & diuersa instituta. Sed & aduenas
nulla de causa vtili irrepêtes in vrbem abegit, non (vt
Thucydides autumat) veritus ne instituta sua effinge-

rent, & aliquem haurirent ad virtutem profectum: A
quin potius ne doctores alicuius noxæ forent. Quip-
pe externa corpora externos necesse est aduehant ser-
mones: nouorum sermonum noua iudicia sunt co-
mitantia, ex quibus fieri non potest quin multi affe-
ctus scaturiant & libidines à constituta republica vel-
ut concentu dissona. Quo magis prouidendum puta- 103
uit ne ciuitas pernicioſis compleretur moribus, quàm
ne corpora aliunde immigrarent infecta. Atque in
his quidem nullum extat iniuriæ vestigium, nullum
iniquitatis, quam legibus Lycurgi impingût quidam, B
quasi satis ad fortitudinem, parum ad iustitiam com-
positis. At illa quæ apud eos vocabatur Cryptia (si
modò & ea ex institutis est Lycurgi, vt scripsit Aristo-
teles) eandem potuit opinionem Platoni quoque de
republica, & de illo imprimere. Ea erat huiusce modi:
Potestates solertissimos ex iuuentute certis temporis
interuallis per agros nulla certa de causa mittebant,
cum pugionibus & necessariis cibariis, nulla re præ-
terea alia. Hi interdiu per latebras dispersi recondebât
se & quieti dabât, noctu insidentes itinera, Ilotas, siqui C
in ipsos incidissent, perimebât. Nonnunquâ interdiu
in agros profecti occidebant robustissimos & valenti-
ssimos inter eos, vt etiam tradit in historia belli Pe-
loponnesiaci Thucydides, quos virtute præcellentissi-
mos delegerant Lacedæmonii, solitos quasi libertatẽ
adeptos coronari, & circumire templa deorũ, paulo
pòst nusquâ apparuisse omnes amplius bis mille: ne-
que in præsentia vel pòst, quid factum iis esset, dicere
quenquam habuisse. Aristoteles imprimis autor est,
ephoros inito magistratu primùm Ilotis bellũ denun-
tiare, ne piaculũ sit eos peremisse. Et verò cætera quo-
que agebât cum iis asperè & sæuè, atque multũ meri D
coactos haurire introducebât in conuiuia, ostendẽtes
iuuembus quàm esset fœda res ebrietas. Cãtilenas etiã
cõpellebant eos canere, & choreas saltare eneruesridi-
culáque, abstinere autẽ ingenuis. Vnde referût postea
in expeditione in Laconiam Thebanorum, Ilotas qui
capti fuerant, psallere iussos Terpandri, Alcmanis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Spendontis Laconis carmina, excusasse, prohibere id
104 dominos. Quare qui aiunt liberum Lacedæmone ma-
ximè liberum esse,& seruum maximè seruum,non ma-
lè considerauerunt discrimen. Enimuero eas atrocita-
tes ego sequutis temporibus existimo apud Lacedæ-
monios extitisse secundum magnum illum terræ mo-
tum, quo conspirasse cum Messeniis produnt Ilotas,
atque ingenti clade oram illam afflixisse, periculúm-
que creasse vrbi maximum. Neque enim Lycurgo
possum, ex reliqua illius moderatione & iustitia de
B moribus eius existimans, cui perhibuit vel deus testi-
monium, tam execrabile istius Cryptiæ opus tribue-
re. Postquam præcipua eius præcepta moribus iam
fuerũt sub ipso expressa, & satis adoleuisset respublica
séque tueri ipsa per se & seruare valuit, sicut fabrica-
to mundo & primum edente motum, Plato memorat
exhilaratum Deum: ita lætus & acquiescens specie &
maiestate legum suarum, quæ iam eductæ in opus e-
rant & progrediebantur, studuit, quatenus effici hu-
mana prouidentia posset, immortales eas & stabiles
C relinquere in futurum. Igitur accitis in concionem o-
mnibus, cæteris partibus rempub. satis rectè demon-
strauit ad felicitatem & virtutem comparatam: pote-
stissimum verò & antiquissimum caput prius quàm cõ-
suluisset oraculum, non editurum se iis. Darent itaque
operam vt præsentibus legibus inhærerent, neque va-
riarent vel inflecterent quicquam, dum esset ipse Del-
phis regressus, quum recepisset se, quod deus iussisset
id se acturum. Spondentibus cũctis, atque eum ad sus-
cipiendum cohortantibus iter, vbi iureiurando ade-
D git reges & senatum, deinceps reliquos ciues, obseruatu-
ros se & vsurpaturos, dum remeasset Lycurgus, for-
mam illam reipub. contendit Delphos. Vt venit ad o-
105 raculum, sacris Apollini factis, consuluit eum satisne
leges rectè, vt feliciter & cum virtute viueret ciuitas
sua, essent latæ. Responso à deo accepto, prælarè le-
ges latas esse, & ciuitatem, quousque Lycurgi legibus
viueret, permansuram clarissimam: sortes descriptas
Spartam misit. Instauratis autem hostiis, amicos &

lium complexus, statuit ciues nunquam religione sol- A
uere sacramenti, & conciliare sibi mortem ibi volun-
tariam, id ætatis tum qua neque viuere neque vitam
pœniteret deponere, & quum res suæ abundè lætæ es-
sent. Igitur mortem sibi inedia consciuit, virorũ rem-
pub. tractantium nec mortem otiosam, nec inertem
vitæ exitum, sed cum quoque participem virtutis &
actionis esse ratus debere. Sibi enim perpetratis pul-
cherrimis rebus consummationem interitum fore fe-
licitatis: ac ciuibus, qui adiurauerant legibus se eius,
dum redisset, vsuros, bonorum se quæ parauerat per B
vitam, relicturum excessum custodem. nec falsus opi-
nione fuit. Vsque eò ciuitas illa disciplina publica &
gloria principatum tenuit Græciæ quingentorum spa-
tio annorũ, vtendo Lycurgi legibus, quas ex quatuor-
decim regibus, qui eum sunt vsque ad Agin Archida-
mi filium insequuti, nemo mouit: nam ephororũ cre-
atio, non remissio legũ, sed contentio fuit. Quæ quan-
quam popularis appareret, optimatium vim amplifi-
cauit tamen. Agide regnante primùm pecunia influ-
xit in Spartam, comésque pecuniæ, habendi cupido & C
diuitiarum admiratio inuasit per Alexandrum, vel po-
tius Lysandrum: qui inuictus ipse à pecunia, patriam
impleuit opulentiæ cupiditate & luxu, deportatóque
ex præda auro & argento, Lycurgi cõuulsit leges. Quiti
religiosi & sapientis vita prædita: imò sicut Hercu-
lem fingũt poetæ cum pelle & claua orbem terræ per-
agrasse, vlciscentem sceleratos & feros tyrannos, ita
hæc ciuitas ex vna scytala & læna dominans in Græ-
ciam volentem & lubentem, obtriuit iniustas in rebus- D
publicis potestates & tyrannides, bellorum arbitrium
habuit, seditiones compressit crebrò ne vno quidem
moto clypeo, vno tantùm legato misso, quem ilicò o-
mnes audiebant, apum more superueniente duce, con-
currentes & sese componentes. Tanta effulsit discipli-
na & iustitia illius ciuitatis. Quo magis miror illos
qui dictitant, obedire nosse, non nosse imperare La-
cedæmonios: & Theopompi regis dictum laudant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui quum diceret quidam per reges ſtare Lacedæmonem imperandi gnaros. Imò (inquit) per ciues principibus obtemperare doctos. Neque enim ſuſtinent parere iis qui neſciunt præeſſe, ſed eſt imperantis obedientia diſciplina: ſiquidem efficit, qui bene ducit, vt bene ſequaris. Atque vt artis eſt equariæ conſummatio, placidum equum & obſequentem reddere, ita eſt regiæ ſcientiæ efficere obedientiam munus. Lacedæmonii verò non obediẽtiam, ſed deſiderium infundebant aliis ipſos ſequendi & obtemperãdi. Nempe poſtulabant hi per legatos ab iis non claſſem, non pecu-
B niam, non copias, ſed vnum Spartiatam ducem. Quem nacti, vtebantur eo cum honore & metu: ita Gylippo Siculi, Braſida Chalcidenſes, Lyſandro, Callicratida, Ageſilao omnes qui Aſiam incolunt. Appellabant quidem illos viros rectores moderatoréſque populorum & magiſtratuum, vt ad quoſque miſſi erant: cæterùm ſemper ciuitatem Lacedæmoniorum ceu magiſtram
107 vel præceptricem honeſtæ vitæ & compoſitæ reipub. reſpiciebant. Quo etiam vrbanè cauillatum Stratonicum apparet, legem ferentem & iubentem vt Athe-
C nienſes myſteria & pompas agerent, Eli ludos ederent, quòd hoc facerent ſciẽtiſſimè: Lacedæmonii verò, vbi titubarent hi, eos verberarẽt. At fuit id dictum ridiculè. Socraticus verò Antiphanes, Thebanos ceſſantes ob Leuctricam pugnam animos attollere, nihil inter eos & pueros dixit intereſſe, quòd ceciderint præceptorem, exultantes. Atqui id caput eo tempore non erat Lycurgo, vt multis imperantem relinqueret vrbem ſuam, ſed totam ciuitatem ceu vnum hominem
D cenſens beatam vitam ex virtute & ciuili trahere cõcordia, id ſpectans machinatus eſt & concinnauit, vt ingenui & frugi redditi & continentes, quamdiutiſſimè durarent. Hoc fundamentum Plato reipublicæ ſumpſit, Diogenes item ac Zeno, omnéſque quotquot commentatide his in cælum ferũtur, quũ præter ſcripta & verba reliquerint nihil. Hic, qui non ſcripta, nõ verba, ſed re in lucem edidit rempublicam quam imitari nemo queat, & arbitrantibus ſapiẽtem qualis in-

formatur, nũquam exiſtere poſſe, ob oculos poſuit to- A
tam philoſophantem ciuitatem, optimo iure, quicunque vnquam reſpub. in Græcia inſtituerunt, antecelluit omnes gloria. Quamobrẽ illum Ariſtoteles non ſatis amplos pro merito honores, quanuis habeat ampliſſimos, habere ait Lacedæmone. Extat enim ibi tẽplum, vbi vt deo anniuerſaria ſacra ei faciunt. Fama eſt, quum reliquiæ eius in patriam relatæ eſſent, tumulum de cælo fuiſſe tactum, idque ſi diſceſſeris ab Euripide, qui poſtmodum defunctus eſt, & in Macedonia prope Arethuſam humatus, haud temere contigiſſe B
cuiquam inter claros viros alii. Hoc quidem ſuppetit magnum argumentum & teſtimonium ſtudioſis Euri- 108
pidis, quòd ſoli ei poſt fata euenerit & delatum fuerit illud, quod diis gratiſſimo & ſanctiſſimo viro antè euenerat. Extinctum Lycurgum alii Cirræ affirmant, Apollothemis deportatum Elim, Timæus & Ariſtoxenus in Creta vitam finiſſe, & ſepulcrum eius oſtendi Ariſtoxenus ait in Pergamia iuxta viam regiam. Filium tradunt enim vnicum reliquiſſe Antiorum: quo ſine prole defuncto familia eius exoleuit. Amici eius C
& familiares anniuerſaria & conuentum, qui longo tempore manſit, inſtituerunt: ac dies quibus conuentum celebrabant, Lycurgidas appellauere. Ariſtocrates Hipparchi filius hoſpites Lycurgi memorat, quum in Creta eſſet abſumptus, rogatu eius corpus combuſſiſſe, cineréſque diſſipaſſe in pelagus: quo caueret, ne ſi quando reliquiæ ſuæ eſſent Lacedæmonem delatæ, tanquam ipſe reuertiſſet, & ſoluti eſſent iureiurando, rempublicam immutarent. Hæc accepimus de Lycurgo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLVTARCHI

NVMA POMPILIVS.

A  ST etiam de rege Numa, quo tempore vixerit, non leuis concertatio: tametsi ad hunc autorem stemmata pro certo referre velint. Verùm Clodius quidam in libro, cui titulum fecit Indicem temporum, vetusta illa acta, quum excinderent Galli vrbem, abolita contendit fuisse: quæ verò nunc in manibus teruntur, esse à nõ-
nullis in gratiam certorum hominum in nobilissimas 109
familias & gentes, à quibus alienissimi sint, penetrantium, falsò conscripta. Quum autem fama obtineat
B Pythagoræ Numam auditoré fuisse, partim eum Græcas literas planè negant attigisse: quasi aut sua indole & per se adspirare ad virtutem quiuerit, aut præstãtiori Pythagora tribui barbaro, nescio cui, institutio possit regis: partim Pythagorã dictitant diu pòst sequutum, atque ab Numæ seculo quinque fermè remotum
ætatibus: sed Spartiatem Pythagoram, qui Olympiis
cursu victor fuit circa sextamdecimam Olympiadem,
(cuius anno tertio est regnũm Numa adeptus) quum
C peragraret Italiam, consuetudinem habuisse cum Numa, atque in constituendo regno consiliorum ei fuisse adiutorem. Quare ex præceptis huius Pythagoræ non pauca esse instituta Lacedæmoniorum admixta Romanis. Et aliàs ortus fuit Numa ex Sabinis: Sabini colonos ferunt se Lacedæmoniorum. Cæterùm ætates ad amussim exigere haud promptum sit, maximè si reducantur ad Olympionicas: quorum serò breuiarium Elium Hippiam ferunt nullis certis fultum argumen-
D tis edidisse. Nos quæ memoratu digna de Numa cõperimus, exponemus exordio hoc sumpto cõuenienti.

Annus à condita Roma septimus & trigesimus agebatur, regnante Romulo, quum quinto die mensis Iulii, quẽ nunc Nonas Capratinas vocant, sacrificium Romulus

Romulus publicum extra vrbem ad Capræ paludem, A
quam vocant, faciebat. Aderant senatus & frequens populus. Ibi atrox subitò coorta tempestas, caligóque cum procella & fragore ex aere in terram delata, cæteram turbam perculsam in fugam dissecit. Romulus autem est ex oculis elapsus, nec deinceps vel ipse vel corpus est defuncti visum. Vnde atroci suspicione patres contacti, ac manauit vulgò fama, iampridem 110
regnum exosos, quo eius vim sui iuris facerent, regem interemisse: iam enim asperius cum iis atque imperiosius videbatur egisse. At eam opinionem decretis ei B
diuinis honoribus discussérunt, quasi non mortuus Romulus, sed supra sortem humanam foret. Proclus autem nobilis vir vidisse sublimem se cum armis raptum Romulum adiurauit, vocémque audiuisse Quirinum appellari se iubentis. Mox alius de creando rege motus & fluctus, nondum satis coalitis inter peregrinos & Romanos veteres animis, versauit ciuitatem. Nam populus inter se grauiter adhuc æstuabat: & patres inuicem suspecti dissidebant. Esse igitur regem omnibus placebat, sed certabatur cõtendebatúrque non C
de viro tantùm, sed & vtra gens principem daret. Neque enim hi qui vrbem cum Romulo condiderãt, in animum inducebant cõcedere, vt recepti in ciuitatem & agrũ Sabini imperare molirẽtur receptoribus. Contrà Sabinorũ plena æquitatis erat ratio: quia extincto rege suo Tatio nõ insurrexissent aduersus Romulum, sed regnare vnũ permisissent, nunc vicissim regem ex corpore suo postulabant creari. Nam nec humiliores se præstantioribus Romanis coniunxisse, & hac conglutinatione vires addidisse ex frequentia sua, corpús- D
que illorum cum suo coniunctum ad dignationem ciuitatis prouexisse. Atque hoc semen erat seditionis. Ne autem suspensa sine imperio rep. discordia omnia misceret, comparant inter se centum quinquaginta patres, vt loco Quirini singuli vicissim cum insignibus imperii solennia sacra obirent, & ius dicerent senis horis nocturnis & senis diurnis. Hæc tẽporis vtriusq; 111
distributio & ad æqualitatem rectè comparata magi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stratibus videbatur,& vicissitudo summi imperij ne id in oculos plebis incurreret, efficere: quum eundem conspicerent eodem die & nocte priuatum ex rege factum. Forma ea imperij apud Romanos Interregnum appellata. Quanquam autem eos apparet ita populariter & moderatè præesse, non potuerunt tamen obtrectationem & murmur populi vitare, tanquam summam rerum ad paucorum arbitriũ trahẽtes, & rempad nutum suum conuertentes, regem nollent. Conuenit inde inter vtranque factionem, vt altera regem
B ex alterius corpore legeret. Ita posse existimarunt potissimùm tolli præsens certamen, eúmque qui creatus esset, fore æquabilem vtrisque, quòd iis qui ipsum creassent, esset ob beneficium deuinctus, & illis faueret ob necessitudinem. Quum permitterẽt veteribus Romanis Sabini lectionem, maluerũt ipsi regnum Sabino deferre, quàm accipere regem ex illorum suffragijs Romanum. Ita re inter se deliberata, ex Sabinis creant Numam Pompilium, virum qui Romam nõ commigrauerat, verùm adeo erat inclyta apud omnes illius
C virtus, vt audito eius nomine, maiore plausu eũ Sabini quàm illi qui detulerant regnum, acciperent. Vbi renuntiauerunt in concione quem dixissent regem, primores vtriusque factionis ad eum oratum, vt ad regnum suscipiendum veniret, pariter mittunt. Curibus Numa celebri Sabinorũ vrbe habitabat, à quibus Quirites se Romani vnà cũ receptis Sabinis nominauêre. Filius fuit Pomponij illustris viri, ex quatuor fratribus minimus, diuino quodam casu eadem genitus die qua Romulus condiderat Romam, ea est vndecimo Ca-
D lend. Maias. Hic temperatum sua spõte ad omnem virtutem animum magis etiam doctrina, tolerantia & sapientiæ studio excoluerat. Quarum præsidio artium,
112 non modò motus animi illos infames, verùm etiam honoratam apud barbaros violentiã & fraudulentiam extirpauerat: eam demum veram fortitudinem esse illimans, quæ cupiditatibus animi sui imponeret rationis frenos. Ita dum simul omnẽ luxum domo & delicias exigit, omnibus ciuibus & peregrinis integrum

se in iudicando & consilio dando præbet, otium suum A
non in lustris & quæstibus ponit, sed in religione deorum immortalium, & in contemplanda per rationem eorũ natura & potestate. Ingẽti nomine fuit & gloria, vt ille quem consortem regni habebat Romulus, Tatius, vnicam filiam ei Tatiam nuptum daret. Nec tamen hæ nuptiæ ei tantos spiritus fecerunt, vt ad socerum migraret, sed ibidem commoratus in Sabinis est, tuens patrem: simúlque Tatia viri priuati otium honoribus & splẽdore, quibus potuit per parentem frui Romæ, prætulit. Cæterùm hanc ferunt, postquam in B
Numæ matrimonio tredecim annos fuisset, decessisse. Hinc Numa relicta vrbana vita, plerunque rusticari & errare solus voluit, egitque in lucis deorum sacrisque pratis ac solitudinibus. Vnde potissimùm nata est de dea fama, nullo Numã illũ mœrore aut perturbatione mentis in secessu viuere, sed sublimioris gustu contubernij & cælestibus nuptijs potitum, ex deæ Egeriæ ipsius amore flagrantis congressu atque consuetudine vitam beatã esse adeptum, & rerum diuinarum scien-
tiam hausisse. Haud obscurum est hæc multas resipi- C
scere veteres fabulas, quas Phryges de Atte, Bithyni de Herodoto, & de Endymione Arcades, déque aliis compluribus, quos beatos ducebant & diis gratos, à maioribus acceptas probauerunt. Et sanè non mirum est, quum non equorum vel auium deus, sed hominum 113
amore teneatur, cum iis qui virtutibus excellunt, cupere eum vnà esse, neque respuere hominis diuini & sapientis familiaritatem. At corporis quoque humani & speciei deum larémque trahi consuetudine & gratia, id verò est difficile creditu. Et quidem nõ absurdè D
putantur Ægyptii digerere, nihil prohibere quin halitus dei appulsus mulieri, principia infundat generationis, sed viro nullũ eũ dea patère congressum vel corporis cõsuetudinem. Verùm ignorant hi patrem inuicem reddere commixta communicationem. Sed enim esse diis charũ hominẽ, atq; hinc amorem illum, quem aiunt, existere ad tuendã modestiã & virtutem, haud sit absonũ. Neque errẽt illi qui Phorbãtem, Hyacinthum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Admetum ab Apolline fabulantur adamatos, sicut et
etiam Sicyoniũ Hippolytũ, cui aiunt, quoties à Sicyone
transmitteret Cirrhã, fortes Pythiã, quasi fœtiente deo
& exultãte, dedisse, vaticinarique hũc versum solitam
Iámque iterum Hippolyti charum caput æquora fulcat.
Iam Pindari quoque eiúsque carminum Pana deside-
rio captum fuisse est in fabulis. Ad hæc Archilocho &
Hesiodo carminum gratia fato functis habitum à deo
honorem. Sophoclis etiam viui Æsculapium hospitio
vsum fama est, quæ multa ad hanc vsque memoriam
vestigia retinet: & defuncto alium deum sepulturam
B perhibent curasse. Sed quum his fidem habeamus,
quid? nũ abnuem' Zaleuco, Minoe, Zoroastre, Numa,
Lycurgo, regnis moderantibus & cõstituentibus reſp.
deum vsum familiariter? An verò potius cum his
deos dicemus, vt recta suggerant iis & moneant, cũ
seriò congressos: poetis verò & lyricis vibrissantibus
si tamen vnquam, per lusum frui? Sicui videtur aliter
114 lata est via, vt verbis Bacchylidis vtar. Sed nec alter
fama, quæ de Lycurgo, Numa & similibus viris re-
C fertur, quicquam habet absurdi, quum ferocem mul-
titudinem & difficilem tractarent, multáque in ciui-
tatibus suis nouarent, commentos fuisse, vt autori-
tatem diuinam adhiberent illis ipsis, ad quos ista fi-
mulabant, salutarem. Porrò Numam annum agentem
quadragesimum legati Romani acciuerunt ad accipi-
endum regnum. Verba fecerunt Proculus & Velesus,
quorum alterutrũ populus antè videbatur ad regnum
prouecturus. Proculi veteres Romani, Tatii factio fue-
rat Velesi studiosa. Breuis fuit oratio eorũ, fortunam
D delatã rati Numæ gratã fore. Atqui non parui negotii
sanè fuit, sed multæ persuasionis & contentionis indu-
cere eũ & flectere sententiã eius, vt ex trãquilla & qui-
eta vita imperiũ reciperet ciuitatis in bello quasi nat-
& adultæ. Igitur patre & Martio propinquo adhibitis,
respondit omnẽ vitæ cõuersionẽ lubricã homini esse,
cui verò ad vitam tolerandã nihil absit, & cui res suæ
satis debeãt placere, eũ nihil præter demẽtiã ex assue-
tis auferre & traducere, quæ si nulla re alia, quòd sta-

liora certè sunt, præcellant incertis. Tametsi obscurus A
non sit status regni ex Romuli casibus coniicienti,
quãta suspicione aspersus insidiarum collegæ structa-
rum Tatio fuerit, quantum etiam senatum, quasi ne-
catus ab eo, pressérit. Atqui Romulum hi vulgò (in-
quit) celebrant diis fatum, diuináque ei incunabula
tribuũt, & seruatum infantem incredibili modo au-
tumant. Nobis mortale genus, nutrimenta & rudi-
menta sub hominibus quos cognoscitis. Laus verò
morum meorum aliena est à regnaturo, magnum o- 115
tium & tranquillitatis literarum studium. Ingens e- B
tiam mihi est & inueteratus pacis amor rerúmque
quietarum & hominum cœtus ad deorum honorem,
& ad se mutuò incitandos celebrantium, cætera seor-
sum agros colentium aut pascentium. Vobis Romani
multa bella Romulus inuitus fortasse reliquit. Ad ea
sustinenda ciuitas ardentem desiderat & viuidum
regem. Iam multum assuetus populus est armis, & ob
secundum rerum cursum alacris: neque quenquam
latet tendere ad maiora eum & libidine flagrare in-
lios dominandi, vt planè despectui sit futurus is qui C
veneretur deos, & colere iustitiam, rapinam atq; bel-
lum odisse doceat ciuitatem, quæ ducem potius ad
bellandum, quàm quærat regem. His verbis repu-
diantem regnum Romani maiorem in modum ob-
testari & orare ne iterum ipsos in seditionem & bel-
lum ciuile coniiceret, quum alium, in quem consensu-
ra vtraque factio esset, non haberent. Iam etiam pa-
rens & Martius summotis illis suadere & vrgere se-
orsum eum ad recipiendum ingens & cæleste donum. D
Siue diuitias tua contentus sorte (inquiũt) non desi-
ras, neque splendorem imperii & potentiæ sectaris
excellentiore præditus virtute, saltem regni admini-
strationem ministerium existima dei, qui excitat, ne-
que obsolescere & torpere istam patitur tantam iusti-
tiam. Noli itaque declinare & defugere imperiũ, quod
sapienti viro egregiorũ & magnorũ factorum est sta-
dium, in quo & deos colere magnificè, & ad pietatẽ
mollire liceat homines, qui facillimè & promptissimè

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ad principis se mores conformant. Hi etiam Tatium
dilexerunt aduenã principem,& Romuli memoriã ho-
noribus diuinis consecrauerũt. Quid si victorẽ popu-
lum iam satietas capiet belli, triumphisque expletus
& manubiis,sedatum principem & iustitiæ cultorem
ad ciuitatem legibus & pace temperandam exoptat?
116 Qui si vel immodico & insano bellandi ardeat studio,
nõnne satius sit habenas tenentem aliò diuertere fe-
uorem eius,patriæque atq; vniuersæ Sabinorum gen-
ti florentem ciuitatem & opulentam necessitudine &
amicitia copulare? His accesserunt (vt fertur) fausta
B prodigia,contentióque ciuiũ eius & studium,vt diuul-
gatum est quid adferrent legati,rogantium iret,atque
regnum capesseret ad vnanimitatem & cõcordiam in-
ter ciues conciliãdam. Vt in eam sentẽtiam descendit,
re diuina facta Romam profectus est. Prodiit ei obu-
iam incredibili desiderio senatus populúsque. Fœ-
minæ eum festis acclamationibus exceperunt. Ad sa-
cras ædes hostiæ cæsæ, tantáque omnium fuit lætitia,
quasi non regem, sed exciperet ciuitas regnum. Vt in
forum descenderunt,Spurius Vettius, qui per eas ho-
C ras erat interrex,misit Quirites in suffragia,omnésque
suffragiis illum regem dixẽre. Cui quum insignia re-
gni deferrentur,sustinere iussit,velle se deos de regno
consulere. Ita vnà cum auguribus & sacerdotibus in
Capitolium ascendit,(Tarpeium collem appellabant
tunc Romani)ibi princeps augurum eum capite vela-
to ad meridiem conuertit,atque à tergo adsistens,dex-
tra in capite Numæ imposita, precatus est, & in o-
mnem partem circumlatis oculis,siqua auspicia vel o-
stenta dii darẽt,obseruauit. Mirum interea tantæ mul-
D titudinis in foro stantis silentium erat,expectantis &
in euentum suspensæ,quousque secũdæ & fastæ aues
conspectæ rẽ cõprobauerunt. Tum Numa veste regia
indutus ex arce ad populum descendit, exceptúsque
est,vt vir religiosissimus & sanctissimus,plausu & com-
plexu. Inito regno protinus cohortẽ trecẽtorum,quã-
117 bus stipatus Romulus sẽper fuerat,quos appellauerat
Celeres,exautorauit: neque enim diffidere fidem sibi
habentibus,neque imperare diffidentibus in animum

induxit. Inde duob' flaminibus Diali & Martiali, ter- A
tium Romuli addidit,quẽ vocauit Quirinalem. Nam
& priscos flamines nominabant à pileis quibus caput
tegebãt,quasi pilamines(vtproditũ memoriæ est)Græ-
cis dictionibus tunc plus quàm hoc seculo Latinæ lin-
guæ immixtis. Quas enim ferebant læuas reges,Iuba
vult χλαίνας esse,& ministrũ in æde Iouis pubescentem
puerum dici Camillũ,quo nomine Mercuriũ nõnulli
Græci à ministerio appellauêre. Quũ hæc instituisset
Numa ad conciliãdã sibi beneuolentiã & gratiã populi,
ilico ciuitatẽ ferri modo rigidã & bellis efferatã,ad hu- B
manitatẽ parat & iustitiã mollire. Et reuera illa tunce-
rat,quam vocat æstuantẽ ciuitatẽ Plato. Nã ab origine
audacissimi quique & pugnacissimi, quos ferocitas &
proiecta conglobauerat temeritas,illuc vndiq; conflu-
xerant, crebrisque expeditionibus & bellis perpetuis
aluerat illa ciuitas & propagauerat vires, ac sicut tigna
validius defiguntur agitata,ita induruisse ex periculis
videbatur. Tam elatũ & ferocẽ populum non vulgaris
nec mediocris artis esse ratus tractare & reflectere ad C
pacem,à religione consiliũ mutuauit. Sacrificiis pluri-
mùm & supplicationibus atq; choreis, quæ ipse obibat
dispensabatque,coniunctã venerandã grauitatem cum
suaui oblectamẽto & festiuo habẽtibus,mulcẽs ac per-
tractans feruidos & martiales animos,interim metum
deorum iniicies,& spectra lariũ horrenda tristésque
voces nuntiãs,domabat atq; deprimebat spiritus eo-
rum religione. Vnde percrebuit præcipuè sapientiam 118
hãc & eruditionẽ ex Pythagora hausisse Numam. Ma-
gna enim ex parte hic reip. suæ institutionem,philo-
sophiam superior in rebus diuinis posuit. Exteriorem D
speciem quoque & personam eandem ac Pythagoras
mente dicitur petisse. Fertur ille ita mãsuefeciisse aqui-
lam,vt certis vocibus sisteret & deuocaret superuo-
lantem. Iam in conuẽtu Olympiaco transeũtem femur
aureum protulisse, aliásque commemorant monstri-
cas eius artes & facta. Quare scripsit Timõ Phliasius,

Pythagoram technis captantem nominis aurum
Vita & mulcentem blandis sermonibus aures.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Numæ fabula deæ cuiuspiam aut nymphæ montanæ amor & arcanum cum ipso contubernium, vt suprà diximus, erat, mutuáque cum Musis consuetudo. Plerasque autem diuinationes suas contulit in Camenas. Vnam peculiariter atq; eximiè venerari præcepit Romanis, Tacitam eam nominauit: quæ commemoratio visa est & obseruatio filétii Pythagorici. Iam huius de statuis scita, vndequaq; Pythagoræ placitorum sunt germana. Neque enim ille sensui aut vili dolori expositum rerum principium esse, sed inuisibile, incor
B ruptũ, solà mẽte existimauit apprehẽsibile. Hic veruit Romanis hominis vel bestiæ formá tribuere Deo, neque fuit vlla apud eos antè vel picta vel ficta imago dei, sed primos centum sexaginta annos templa extruxerunt & cellas diis, simulacrum per id temporis nullum habuerunt, nefas putantes augustiora exprimere humilioribus, neque aspirari aliter ad Deum quàm mente posse. Ad hæc hostiæ eius respõdent planè victimis Pythagoricis: incruentæ enim erant, ac fe-
119 rè farina, libaminibus ex vino & rebus simplicissimis
C parabantur. Aliis præterea argumentis vrgent remotioribus horum contubernium. Quorum vnum est, quòd donauerunt Pythagoram Romani ciuitate, vt autor in libro quodam Antenori dicato comicus est Epicharmus, vir antiqu⁹ & ex schola Pythagorica. Alii quòd vnum Numa ex quatuor filiis suis nomine Pythagoræ filii appellauerit Mamercum. Ab illo Æmylium quoque gentem patriciis insertam nomen referunt traxisse, regémque blando eo nomine expressisse illius in dicendo lepores & venustatem. Nos Romæ ex
D multis accepimus, quum narrarent ex oraculo, quod olim iusserat Romanis vt sapientissimo & fortissimo inter Græcos statuas apud se locarẽt, duas æneas in foro posuisse, vnam Alcibiadis, alteram Pythagoræ. Verùm hæc ambiguitatis sunt plena, quæ certè stultæ sit pertinaciæ prolixius agitare vel adstruere. Iã etiam sacerdotum, quos pontifices vocant, adscribunt ordines & primordium Numæ, aiúntque ipsum inter eos pontificem maximũ fuisse inde ducto vocabulo (vt nõnulli

volunt) quòd deos curẽt, qui potestatem & arbitrium A
habent omnium rerum. Sunt qui à dictione Posse deducant, exemptis quibusdam literis, præcipiẽte sacerdotibus legislatore sacrificia facere quæ possent, nec, siquod interuenerit maius impedimentum, fatigante eos. Maxima pars nomen omnium absurdissimum approbant, neque aliunde quàm à sacris quæ peragebantur in pontibus, sanctissimis & antiquissimis hos cognomen inuenisse, quorum tuendorum & reficiendorum, vt cæterorum perpetuorum & solennium sa- 120
crorum ad hos sacerdotes cura pertineat: neque enim B
licitum esse, sed nefas putare Romanos pontem sublicium soluere. Dicunt enim hunc ex oraculo quodam totum absque ferro fuisse clauis ligneis iunctum: lapideus multis seculis pòst ædificatus ab Æmylio quæstore est. Imò sublicium quoque referunt ab rege Anco Martio Numæ ex filiã nepote fuisse excitatum. Põtifex maximus instar est interpretis & vatis: vel potius sacrorum antistitis, qui non tantùm publicarum ceremoniarum agit curam, verùm etiam sacrificia priuata obseruat, & vetat solennia excedere, docétque quibus C
hostiis dij colendi vel placandi sint. Insuper virginum Vestalium custos erat, quarum item consecrationem & perpetui ignis, quem asseruãt hæ, curam & religionem assignant Numæ: siue puram & incorruptã ignis naturam integris & impollutis credidit corporibus, siue infœcundam & sterilem aggregauit virginitati. Siquidem in Græcia quoque sicubi seruatur æternus ignis, sicut Delphis & Athenis, viduæ extra ætatem positæ nuptiarum, non virgines præsunt ei. Qui si fortè extinctus fuerit, vt Aristionis tyrannide sacra lucerna D
Athenis, & Delphis templo à Medis incenso, bellóque Mithridatico atque Romanorum ciuili vnà cum ara fuit deletus ignis, negant eum fas esse ex alio accendi igne, sed nouum & recentem parandum, eliciendámque puram ac liquidam ex sole flammam. Succendũt eã scaphiis cauatis in æqualia latera orthogonia trigonalia, quę ex circumferentia in vnum centrum sunt
deuexa. His soli obuersi radiis vndique flagrantes co- 121

Universidad de Deusto
Biblioteca

A guntur & contrahuntur ad centrum. Ita quum ipsum
aera diuidunt attenuatum, tum leuissimum quodque
atque aridissimum appositum fomentum inflammant
extemplo, quòd accipiant reflexione radii corpus &
ictum igneũ. Ac nonnulli apud virgines Vestales præ-
ter ignem illum æternum depositum nihil arbitrãtur:
alii sacra quædam nulli conspecta alii condita ibi e-
sse. De quibus quatenus audire & dicere fas est, disse-
ruimus in vita Camilli. Primas à Numa sacratas Ge-
ganiam & Vereniam perhibent, inde Canuleiam &
B Tarpeiam, pòst adiecisse duas prioribus Seruiũ: hunc
numerum ad nostrum æuum retentum. His Vestali-
bus virginitas à rege tricennalis præscripta. Eius pri-
mo decennio, quæ ad ceremonias pertinent, discunt,
medio funguntur sacerdotio, tertio alias instituunt:
quo exacto spatio liberum iis est nubere, & relicto sa
cerdotio aliam instituere vitam. Quam facultatem
paucas aiunt amplexas, neq; fuisse sequutis lætam, sed
pœnitentiæ & mœrori per reliquum vitæ implicatas,
cæteris religionem incussisse vt ad senectutem vsque
C & mortem in virginitate persisterent. Tribuit his in-
gentes prærogatiuas, inter quas testamenta vel super-
stite patre nuncupandi ius, & sine tutore vel curatore
liberum rerum suarum arbitrium, vt quibus tres sunt
liberi. Prodeuntibus in publicum lictores apparent.
Sicui fortè occurrerint ad supplicium rapto, is mor-
tis pœna eximitur. Iusiurandum autem exigitur à vir-
gine, fortuitum fuisse & inconsultum nec præmedita-
122 tum occursum. Is qui sellam curulẽ earum subit dum
vehuntur, necatur. Ob alia peccata virgines Vestales
D cæduntur à pontifice maximo. Interdum nudam, quæ
deliquit, loco obscuro & obtenso velo castigat. Stupri
verò compertã, iuxta portam quæ dicitur Collina, viua
defoditur. Tumulus ibi intra muros terreus est, in
longum porrectus (agger Latino sermone vocatur) in
eo ædicula subterranea extruitur modica, gradus ha-
bet quibus descenditur superné. In ea lectus ponitur
stratus & lucerna accensa, eorum quoque quæ ad vi-
ctum sunt necessaria, pauca, vt panis, aqua in ampulla,

lac, oleum, quasi corpus abominentur maximis conse- A
cratum ceremoniis fame conficere. Damnatam lecti-
cæ indunt, atque vndique obnubunt eam, vinciúntque
loris, vt ne vocem quidem mittere illa, quæ valeat ex-
audiri, queat. Ita eam per forum deuehunt. Decedunt
autem via omnes taciti, prosequúturque sine voce at-
que ingenti cum mœstitia. Neque est spectaculum il-
lic vllum magis horrendum, nec tristior facies ciuita-
tis vlla alio est die. Vbi ad locum illum est lectica de-
lata, apparitores ei vincula demunt, pontifex maximus
ante supplicium, preces quasdam arcanas tensis ad cæ- B
lum manibus peragit. Inde educit obuolutam, atque
in scalis, qua descensus est in domunculam, constituit,
tuui auertit se cum aliis sacerdotibus. Postquam illa
descendit, retrahuntur scalæ, & ædicula multa iniecta
desuper humo contegitur, donec complanatum solum
aggeris sit. Ad eum modum plectuntur quæ sacram
virginitatem imminuerunt. Ferunt Numam ædem
quoque Vestæ sacro igni orbicularem circumiecisse,
vt ibi asseruaretur, adumbrans non effigiẽ terræ, quasi C
ea Vesta sit, sed vniuersi mundi, cuius in medio ignis
sedem locant Pythagorei, eámque Vestam nominant 123
& vnitatem. Terram verò non putant immobilem,
neque mediam tenere regionem globi, sed esse in gy-
rum circum ignem suspensam, neque numerari inter
elementa mundi præcipua & prima. Eadem Platonem
volunt iam senem de terra sensisse, alio eam loco repo-
nentem, medium verò domicilium alteri cuipiam at-
tribuisse præcellentiori. Pontifices præterea iusta fu-
nebria, quibus opus est, præscribunt, quos edocuit Nu
ma, nihil vt eorum polluere arbitrarentur, sed vt deos D
inferos quoque coleret, qui præstantissimã nostri par-
tem recipiant, pre cæteris eam quam appellant Libiti-
nã, deam præsidẽ eorũ quæ defunctis sunt feralia per-
agenda, siue ea Persephone, siue potius (vt arbitrantur
Quiritium eruditissimi) Venus sit, haud malè vni vir-
tuti numinis rationem ortus & excessus adscribentes.
Idem luctus certis ætatibus & temporibus finiuit: vt
puerum trimulo minorem nequis lugeat, maiorem ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

A plures menſes quàm ille annos vixit vſque ad decem: nullam ætatem vltra. Longiſſimam luctus diem decem menſibus terminauit, quod ſpatium viduis quoque abſtinendi à morte viri præfinitum eſt à ſecundis nuptiis. Quæ antè nupſiſſet, ea bouem fœtam illius lege immolabat. Multorum quoque Numa aliorum ſacerdotiorum fuit autor. Eorum duo commemorabo, ex quibus elucet in primis illius religio, Saliorum & Fecialium: ſiquidem pacis Feciales arbitri fuerũt, qui, mea quidem opinione, nomen ex officio ſuo trahentes diſceptatione cõprimebant certamina, neque prius
B quàm abſciſſa omni iuris obtinendi ſpe ad arma iri ſinebant. Pacem enim vocant, quum verbis non vi mutuas controuerſias diremerunt. Feciales Romani frequenter commeabant ad eos qui iniuriam inferrent,
124 poſcebántque res reddi. Si non redderent, deos teſtati multa diráque ſibi ipſi ac patriæ ſuæ, ni iuſtè iniuriam vindicatum irent, imprecabantur: ita indicebant illis bellum. Intercedentibus his aut improbantibus, neque militi licebat neque regi Romano arma mouere,
C ſed ab his auſpicãdum ei bellum vt iuſto duci erat, inde quid expediret, expendendum. Ac cladem quidem illam Gallicam his violatis ceremoniis inuectam vrbi, fama eſt. Nam quum obſiderent Cluſinos barbari, Fabius Ambuſtus in caſtra miſſus legatus fuit ad impetrandam obſeſſis pacem. Qui duriore accepto reſponſo, defunctum ſe munere ratus legationis, præceps arma induit pro Cluſinis, ac fortiſſimè dimicantem inter barbaros prouocauit. Obtinuit quidem victoriam oppreſſo Gallo: verùm legentem ſpolia vbi Gal-
D li agnouerunt, miſſo Romam caduceatore vocauerunt Fabium in crimen quòd bello non indicto contra ius gentium arma in ipſos tuliſſet. Ibi agentibus in ſenatu Fecialibus, vt Gallis dederetur, confugit ad populum Fabius, ſtudióque plebis perrupit periculum. Mox Galli agmen Romã rapuerunt, vrbémque dempto Capitolio deleuere. Cæterùm hæc in hiſtoria Camilli explicantur fuſius. Saliorum verò hæc proditur origo. Octauo anno regni Numæ, peſtilentia quæ per

Italiam vulgabatur, vrbem quoque vaſtabat. Perculſis ciuibus, tradunt peltam æneam in manus Numæ cælitus delapſam, de hac mira prædicaſſe regem, ex Egeria ſe & Camœnis accepiſſe, eſſe ea arma ad ſalutem vrbis miſſa & ſeruanda cum vndecim aliis, quæ pari figura, amplitudine, & forma facienda erant, nequis
125 furcommodè propter ſimilitudinem interuertere cæleſtia valeret. Camœnis item eum conſecrãdum campum & circumiecta prata, vbi plerunque cum ipſo cõgrediebantur: fontem quo irrigatur campus, ſacrandũ virginibus Veſtalibus, cuius aqua luſtrarent & aſpergerent quotidie penetralia. His fidem factam narrant ex eo quòd morbus ſtatim cõquieuerit. Eam peltam obtulit Numa artificibus, excitauitque eos ſimiles ad effingendas. Torpentibus cæteris Veturium Mamurium inſignem opificẽ ita expreſſiſſe effigiem, & imaginem eius repræſentaſſe, vt ne ipſe quidem dignoſcere vltrà Numa poſſet. Horum cuſtodes & miniſtros Salios conſtituit. Dicti autem Salii ſunt, non (vt nonnulli fabulantur) ex nomine Salii viri Samothracis vel Mantinæi, qui armatum tripudium tradidit: verùm ab ipſo potius tripudio, quod ſaltando obeunt, quũ menſe Martio ſacras peltas per vrbem ferunt trabeati, balteis latis ſuccincti æneis, galeáſque æneas in capite gerentes, ac minutis pugionibus ad peltas concrepantes. Saltatus huius tripudii pedibus efficitur, motus enim edunt in gyrum haud inconcinnos & varios, modulis citatis & frequentibus cum robore & agilitate. Eas peltas ancylia ex figura vocant. Neque enim circulus eſt, neque peltæ orbem, ſed habẽt inciſuram lineæ tortuoſæ, cuius reflexi ſæpius apices, recurrentéſque cõ-
D trinenter in ſe mutuò ἀγκύλλω, id eſt curuam, figurã red-
126 dunt, aut à cubito, *quem ἀγκῶνα Græci vocant*, quo geſtant ancylia. Hæc ſuba, affectãs à Græcis hoc nomen deriuare, prædicat. Poteſt etiam ἀπὸ τῆς ἀνέχθαι ποιήσεως, *quòd ſuperne demiſſum fuiſſet*, nomen eſſe inditum, vel ab ægrorum medela, *quam ἄκεσιν Græci*, vel ab ſiccitatis liberatione, ἰὼ ξηρὸν nominant, vel à malorum depulſione, *quæ ἀλέξησις dicitur*. Vnde Caſtorẽ & Pollu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cem Athenienſes Κουρεῶτιν appellant ; ſi vtique eſt ad ſermonem Græcum deflectendum. Præmium artis Mamurio tributum autumant fuiſſe carmen quoddam, quod in illius memoriam Salii tripudio illo peragunt. Sunt qui Veturium Mamurium eſſe aiunt, qui celebratur: Veterem alii memoriam. Digeſtis ſacris, regiam (quæ etiam hodie ita dicitur) iuxta ædem Veſtæ ædificauit, vbi plurimùm egit, res diuinas perpetrans, aut inſtruens ſacerdotes, aut cum iis ex ardore religionis tempus tranſigens. Alteram habuit do-
B mum in colle Quirinali, cuius adhuc locum oſtendunt. In pompis & omnibus in ſupplicationibus ſacerdotum antecedebant per vrbem præcones, feriáſque & iuſtitium indicebant. Siquidem, vt Pythagoreos aiunt non permittere vt obiter quis adoret & ſupplicet diis, verùm vt domo ſtatim mente ad id meditatus accedat, ita cenſuit Numa decere, nihil vt ciues rei diuinæ audirent vel viderent perfunctoriè vel ſolutè, ſed vacui curis aliis velut ſummo negotio religionis aduerterent animum, viáſque à ſtrepitu, crepitu, gemitu, & omnibus quæ comitantur neceſſa-
C rias & vulgares operas, ad ſacras præſtarent puras: quorum veſtigium nonnullum vel hoc ævo manet Romæ. Quum conſul auſpicatur vel immolat, Hoc age, proclamant. Qua voce eos qui aſſiſtunt, admonent
117 vt componant ſe ad id quod agitur. Huius edicta etiam magna ex parte præceptorum Pythagoricorum fuerunt æmula. Sicut illi præcipiebant, Super chœnicem ne ſedeas, Gladio ignè ne verſes, Peregrè proficiſcens ne te conuertas, Diis ſuperis imparia immoles, inferis paria, quorum cuiuſque ſenſum tegunt ad vulgus. Eodem modo Numæ quædam inſtituta
D rationem habent inuolutam, vt ſunt illa, Ne libes diis ex vite non putata, Ne ſacrifices ſine farre, Circumagas te dum deos adoras, ſedeas quum adoraueris. Quorum duo prima manſuetudinem præcipere, vt pietatis partem videntur. Conuerſio adorantium ſimulacrum orbis mundi dicitur eſſe. Quin magis videatur, qui adorat deos, quando orientem ſpectan-

tibus templis auerſus eſt ab ortu, eò ſe flectere, & A
mox conuertere ad deum, orbem conficiens & committens ex ambobus conſummationem precum. Niſi quid herclè ſimiliter Ægyptiis rotis inuoluit, & ſignificat hæc figuræ mutatio nihil eſſe in rebus humanis ſtabile, ſed quò verterit & voluerit vitam noſtram deus, contentos eſſe nos & boni debere conſulere. Conſidere ab adoratione, omen eſſe dictitant ratarum precum, & felicitatis in poſterum durabilis. Aiunt etiam hanc requiem diſpertitionem eſſe negotiorum, quaſi actionibus explicatis priori- B
bus conſideant coram diis, vt auſpicentur ab iiſdem alias. Nec verò impedit quicquam quin hoc cum ſuperioribus congruat, aſſuefaciente nos legiſlatore, ne pacem deûm occupati, vel in tranſcurſu velut properantes poſcamus, ſed vbi vacat & otium eſt. Ex huiuſcemodi diſciplina ad religionem ita placida ciuitas euaſit, ita expauit Numæ virtutem, multa vt noua reciperet non abhorrentia à fabulis, nihil rata ab- 118
ſonum aut impoſſibile, quod ille ſuſciperet. Fertur ille aliquando frequentes ciues inuitaſſe ad epulum, C
ſordidáque vaſa & cœnam planè frugalem plebeiámque appoſuiſſe. Cœpta cœna intuliſſe ſermonem, deam ſibi familiarem adeſſe, ac repentè domum oſtendiſſe poculis inſtructiſſimam pretioſiſſimis, menſáſque epulis variis atque apparatu magnifico affluétes. Omnem verò exceſſit fidem quod de eius cum Ioue proditum eſt colloquio. Fabulantur enim duos lares, Picum & Faunum in montem Auétinum, quum nondum comprehenſus muris eſſet vel habitaretur, fontibus autem largis ſcateret & lucos haberet opacos, commeare ſolitos. Hos cætera Satyris aut Titanum D
genti comparaueris: at medicamentorum facultate, præſtigiarúmque magicarum technis ſimilia dicunt Idæis dactylis, vt Græci vocant, commentos peragraſſe Italiam. Eos Numam autumant comprehendiſſe, quum fontem, ex quo potare ſolebant, vino miſcuiſſet & melle. Captos in varias ſe vertiſſe formas, effigiem ſuã depoſuiſſe, nouáſq; induiſſe & horrẽdas imagines,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Verùm vbi teneri se valido nexu & inenodabili sensêrunt, cum alia multa præcinuisse futura, tum fulgurum procurationem, quæ in hanc diem cepis, crinibus, & mænis peragitur, monstrasse. Alii negant illos lares prodidisse ei hanc procurationem, sed eos Iouem cælo deuocasse incãtamentis, atque hûc infensum præcepisse Numæ vt capitibus procuraret. Quum exciperet Numa, Ceparúmne? dixisse eum, Hominũ. Numam autem denuo præcepti diritatem auertentem interrogasse, Crinibúsne? At quum respondisset Iupiter,
B Animatis, tum Numam, vt ita diceret, instructum ab
129 Egeria addidisse, Mænis, ac discessisse Iouem propitium. Locum verò Elicium ab illo appellatum quasi Ilicium, quòd ἵλεως Græcè propitium significet. Atque procurationem ad eum modum peragi. Fabulosa hæc & ridicula hominum illius seculi studium religionis, quod excitabat assuetudo, indicant. Ipse Numa (vt ferunt) adeo fuit diuina fiducia fretus, vt quũ ei aliquando adesse hostes annuntiarum esset, arridens dixerit; Ego verò sacra facio. Hunc memorant primum Fidei
C & Termini templa excitauisse. Fidem autem constituisse Romanis maximum iusiurandum, quod etiamnum obseruant. Termino publicè & priuatim in finibus agrorum immolant hoc tempore animalia, olim hostia erat inanima: docente Numa debere eos deum Terminalem, quum pacis sit præses & arbiter iustitiæ, cæde purum esse. Videtur verò planè hic rex agrum Romanum terminasse, quum noluisset Romulus mensura proprii prodere rapinam alieni, siquidem compedes terminos esse, si seruarentur, virium, & iniuriæ indicium, si non seruarentur. Neque sanè latus initio ager fuit Romanus, sed cum magna ex parte quæsiuit
D Romulus bello, quem diuisit totum Numa egenæ plebi, quo præcisa iniuriæ necessitate inferendæ, inopia traductum ad colendos agros populum arua mitigarent. Quippe institutum aliud nullum tam acrem amorem & celerem inducit pacis, quàm vita rusticana, quæ ex audacia bellica, quatenus propugnatio postulat proprii, retinet, libidinem violentiæ & rapiendi re-

secat. Quamobrem agriculturæ Numa & quietis illecebris implicans ciues, atque hanc vt morum magistram potius quàm opulentiæ conciliatricem amplectens, distribuit agrum in partes, quas pagos vocauit, 130
singulisque custodes præfecit & arbitros. Interim inspexit ipse eos, atque ex operibus cõiecturam capiens de moribus ciuium, alios ad honores & gutoritatem prouehebat, socordes & ignauos castigabat probris & conuitiis. Præ cæteris eius institutis commendatur populi per artificia centuriatio. Nam ciuitas quum ex duabus constare gentibus (sicut diximus) videretur, B
vel distaret potius, neque vllo modo coalescere in vnum sustineret, nec quasi eluere illas factiones & discrimen, sed certaminibus assiduis partium & contentionibus conflictaretur, reputans corpora rigida, & quæ per se commiscentur ægrè, temperari mutuò comminuta & concisa, atque exiguis portionibus coire, interesse putauit vt multitudinem in plures distribueret partes, vtque coniiceret ex his in alia discrimina, atque ita primum ingens illud dissidium oblite- C
raret distractum in minuta. Diuisit autem ciuitatem per artes tibicinum, aurificum, fabrûm, tinctorum, sutorum, coriariorum, ærariorum, figulorum: reliquas artes in vnum coegit, fecitque ex omnibus corpus vnum, collegiáque & concilia atque sacra cuique sectæ decentia attribuit. Ita primùm sustulit ex vrbe factiones, ne hi Sabini, illi Romani, hi Tatii, illi haberentur & vocarentur Romuli ciues. Atque hæc distractio consensus & temperamentum est cum omnibus omnium facta. Laudatur item inter acta e- D
ius correctio legis, qua patri ius erat liberos distrahendi, à qua excepit eos qui in matrimonio essent, si contraxissent patris cõsensu & iussu nuptias. Durum enim existimauit tanquam libero collocatam matrimonium tenere serui. Libauit & siderũ rationem, nõ consummatè quidẽ nec pingui tamẽ Minerua. Nam Romuli regno menses habuerunt temere confusos, quum 131
partim nec viginti dierum, partim quinque & triginta, alios plurium computarent, rudésque discrepantis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cursus lunæ & solis vnum hoc tenerent, vt esset annus CCCLX dierum. Numa inæqualitatis variationem vndecim diebus animaduertēs discrepare, quòd lunaris trecentis quinquagintaquatuor diebus constet, solaris verò expleat CCCLXV, geminatis vndecim hisce diebus, mensem intercalarem duorum & vigintidierum, quem Mercedinum vocant Romani, mensi Februario altero quoque anno inseruit. Cæterùm hoc eius remedium imparitatis opem requirebat maiorem. Ordinem etiá retexuit mensium, ac Martium, qui erat
B primus, tertio loco posuit. Primum locauit eum qui fuerat sub Romulo vndecimus, Ianuarium. Duodecimus & vltimus tunc Februarius erat, quem nunc habent secundum. Plerique tamen adiúctos quoque ab Numa hos contendunt, Ianuarium & Februarium, ab exordio constitisse decem mensibus annum, vt apud nonnullos barbaros tribus, & in Græcia apud Arcadas quatuor, sex in Acarnania, Ægyptiis mensiruus annus fuit, mox quadrimestris, vt ferunt. Qui quannis regionem co-
C lant maximè nouitiam, habentur vetustissimi, & numerum annorum in annalibus suis infinitum supputant, mensibus inter annos annumeratis. Nam Romanos quidem in menses decem, non duodecim, annum descripsisse docet postremi vocabulum, quem nominant etiamnum Decembrem. Martium ordine dictum primum ex eo liquet, quòd eum qui est ab hoc quintus Quintilem appellent, sextum quoque Sextilem, & ita deinceps reliquos. Si verò Martio Ianuarium & Febru-
132 arium prætexuissent, oportuisset vt Quintilem quidem nuncupassent eum, sed reposuissent eum in numero
D septimum. Et quidé verisimile sit, dicatum à Romulo Marti Martium, dictú ab eo simul primú fuisse, secundum Aprilem, qui nomen à Venere, quam Ἀφροδίτην nominant Græci, traxit: quo mense faciunt huic sacrum, mulieréque calendis redimitæ myrteis coronis lauant. Quidam non à Venere nomen sortitum, sed quia vox tenuis est, ideo Aprilem ferunt denominatum hunc mensem, quòd vere tunc adulto, plantarum germina aperiat. Id linguæ Romanæ consen-

tiens est. Proximum dicunt à Maia Maium: Mercu- A
rio enim sacer est. Iunium à tempore annii. Sunt nonnulli qui ab ætatibus indita his nomina ferant. dicuntur enim qui grauiore ætate sunt, maiores: iuniores, qui minores. Residuorum mensium quenque ab ordine sicut numerauerũt, ita nominarũt, Quintilem, Sextilem, Septembrem, Octobré, Nouembrem, Decembrem. Póst Quintilis à Cæsare qui deuicit Pompeium, Iulius: Sextilis à secundo principe cui cognomen fuit Augusto, vocabulum habuit. Succedentes appellationibus suis trãsnominauit Domitianus, verùm haud B
id diu. Quò trucidato receperunt suas, atque alter September, alter vocatur October. Nouissimi soli, quod à primo nomen habuerunt ex ordine seruauere. Illi autem qui adiecti à Numa vel traducti fuerunt, Februarius, quasi lustralis sit. Februo enim Purgo significat: plantásque expiant eo tempore, & Lupercalia (quod solenne lustrationis penè est æmulum) celebrant. Primus ab Iano dictus est Ianuarius. Me quidem tenet opinio, Numam Martium à Marte appellatum primo loco mouisse, quòd artes ciuiles studeret
vbique præferre bellicis. Nam Ianus inter primos C
vel lares vel reges, ciuilium artium fuit cultor, vitámque ferum atque immitem dicitur immutauisse. 133
Vnde bifrontem fingunt eum, quòd aliam ex alia faciem rationémque accõmodauerit vitæ. Est eius templum Romæ bifore, quod Martis ianuam vocant. Hoc aperiri bello, & claudi pace composita, solenne est: quod quidem difficilis est exempli & rari. quia perpetuò ob latitudinem implicatum est imperium bello, dum cum circunfusis vndique barbaris nationibus D
colluctatur. Tantùm Cæsaris Augusti æuo, oppresso Antonio, fuit clausum, & antè non diu M. Attilio & Tito Manlio consulibus, sed mox fuit armis motis reseratum. Numa regnante nunquam visum est patuisse, sed tres & quadraginta continuos annos mansit occlusum: ita res bellica prorsus & vndiquaque conticuit. Non solùm enim cicuratus & demulcitus populus Romanus iustitia & placiditate

Universidad de Deusto
Biblioteca

A regis fuerat: sed & circumiectæ ciuitates quasi aura quadam & vento salubri illinc afflatæ, cœperunt inuertere se, ac desiderio fuerunt capti omnes iustitiæ, pacis, agrorum colendorum, liberorum in otio educandorum, & venerandorum deorum: festi dies, ludi, conuiuia, inuitationésque tutò inter secommeantium & conuersantium Italiam tenebant, omni virtute & æquitate tanquam ex Numæ fonte sapientiæ ad omnes permeante, & permanante illius tranquillitate, vt neq; grandiloquentiæ poeticæ consurgere ad illorum
B temporum cõditionem valuerint qui canunt,

Hasta vbi prælonga, & durorum acies gladiorum
Fœda situ nimio, obduĉta & rubigine squallent,
134 *Nec tuba dat sonitum, inque aure dormitur vtraque*
Securè.

Neque enim bellum vel seditio vlla, neque nouatio in rep. Numa regnante extitisse refertur, neque aduersus illum ipsum odium vllum vel liuor, vel ex affectatione regni insidiæ vel conspiratio hominum. Cæterùm siue deorum metus pro eo (vt putabatur) excubãtium, siue
C virtutis reuerentia, siue fortuna secunda vitam hominum ab omni labe seruans eius regno immunẽ & integram, clarũ dedit exemplum & testimonium voci Platonis, quam ille nõ paucis seculis pòst nõ dubitauit de rep. proferre, Tunc demum solutos malis mortales & liberatos fore, si fortè diuinitus regia potentia cum mente copulata philosophica, valentiorẽ improbitate virtutẽ & superiorem reddidisset. Etenim beatus reuera est vir sapiẽs. Beati etiã auditores sermonum, qui ex ore promanant sapientis. Nec fortasse vt opus ibi sit,
D nec mimis ad multitudinẽ, imò ipsũ virtutem quũ in illustri & claro exẽplo vita imperantis cernunt, euadunt sponte sapientes, séque ad innocentem & beatã vitam, in amicitia & cõcordia mutua, coniunctã cũ iustitia & tẽperantia, componunt, in qua optimus est omnis præsidii finis, & dignissimus omnium ille regno sit, qui ad eam vitam & statũ deducere valet populares. Hæc præ cæteris videtur Numa perspexisse. De liberis eius & vxoribus in diuersum trahunt autores. Alii cõiugem

eum præter Tatiam non habuisse, neque liberos extra A
vnam filiam Pompiliã dicunt sustulisse. Alii supra hanc quatuor alios habuisse filios edũt, Pomponem, Pinum, Calpum, & Mamercum, quorum vnumquenque prosapiam & claré successionem gentis reliquisse. Pomponis enim esse Pomponios sobolem, Pini Pinarios, Calpi Calpurnios, Mamerci Mamercios, quibus etiam ex 135
illo cognomen Regibus sit inditum. Tertii hos, quòd gratiæ id harum familiarum dederint, & imagines ab Numæ successione iis condonauerint falsas, insectantur, Pompiliámque reclamant ex Tatia editam, sed ex B
alia fuisse vxore, quam post regnum adeptum duxerit, Lucretia. Omnes certè Pompiliam consentiunt Martio nupsisse. Marcius hic filius fuit illius Martii, qui ad regnum suscipiendum Numam impulit. Is enim simul cum eo commigrauit Romam, & honoris causã allectus in senatum fuit. Post obitum Numæ, Tulli Hostilii competitor regni quum repulsam tulisset, consciuit sibi ipsẽ mortem. Cuius filius Martius, qui in matrimonio Pompiliã habebat, hæsit Romæ, & Ancum C
Martium, qui Tullo Hostilio in regno successit, procreauit. Hunc moriẽs Numa (vt traditur) quinque natum annos reliquit. Fuit excessus eius non subitus neque repentinus, sed senio & lenta ægritudine pedetentim contabuit, vt scripsit Piso. Decessit non multo plus quàm octogenarius. Vitam eius socii & amici populi, qui ad exequias eius cõuenerunt, etiam funere cohonestauerunt, allatis publicè odoribus & coronis. Senatores lectum subierunt, ac sacerdotes deorum præsen- D
tes eum sunt prosequuti. Reliqua multitudo immixtis fœminis & pueris, non tanquam iustis assisterent senis regis, sed quasi efferret quisque ex charissimis vnũ in flore ætatis sublatum, cuius desiderio teneretur, ita cũ eiulatu & plãctu sequuti sunt. Corp' ex præcepto eius, (vt fama est) nõ cremauerunt, verùm duas arcas lapideas fecerunt, quas condiderunt sub Ianiculo. Quarum in vna cadauer eius positum fuit, in altera libri sacri, quos ipse, vt in Græcia legũ scriptores tabulas, quas Cyrbas vocãt, cõscripserat, & quæ in iis expressa erãt, 136

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quia ea tradiderat quum viueret, pontificibus, omnimque arte & sensu imbuerat eos, sacras tabulas vnà cum corpore iusserat humari, censens non tutò arcana mortuis committi literis. Eadem ductos ratione nec Pythagoreos memorant præcepta sua scripto mandare, sed memoriam & disciplinam earum instillare dignis viuam. Ac quú perplexæ illæ & arcanæ, quas vocant, in geometria rationes & cõmentationes essent indigno cuipiam inuulgatæ, denũtiare deos contenderunt, magna aliqua & inusitata clade se admissum
B illud scelus persequuturũ, vt meritò sit ignoscendum iis qui tam multis concurrentibus affinitatibus familiaritatem Numæ cõcilare nituntur cum Pythagorã. Valerius Antias scriptum reliquit, duodecim volumina de rebus sacris, duodecim item Græca alia de studio sapientiæ in ea arca condita fuisse. Quadringentis ferè annis pòst P. Cornelio, M. Bebio coñs. magnis imbribus quú tumulus perruptus esset, eruit arcas illas eC luuies. Earum opercula defluxerãt, atque altera prorsus inuenta inanis, sine vllis reliquiis aut vestigio corporis humani. In altera commentarii reperti, quos dicitur legisse qui tum prætor erat Petilius, & in senatu iurasse, non videri sibi ius vel fas esse vt ea scripta in vulgus ederentur. quare delati in comitium libri cremati fuisse. Ita omnes bonos & probos viros laus etiam fato functos à tergo grandior insequitur, quum breui pòst emarcescat inuidia, cuius anteuertat quorundam etiã fata extinctio. At verò illius gloriam seD quutorum regũ fecerunt fortunæ illustriorem. Quinque fuerunt, horum nouissimus pulsus regno in exilio
137 consenuit: reliquorũ quatuor absumptus suo fato est nemo, sed tres insidiis circumuenti occubuêre. Qui proximè Numam regnauit Tullus Hostilius, quum plurimas illius virtutes, præcipuè & supra cæteras religionem ludibrio habuisset, atque eum lacerasset, vt inertiæ autorem & effœminatum, euertit ciues ad bellum. Atqui ne ipse quidem ferociæ inhæsit suæ, sed ex morbo graui & difficili mutauit sententiam, ac superstitioni succubuit longè à pietate Numæ remotæ. Quo

morbo magis ac magis alios infecit, vt fama est, fulA mine ictus.

Quando Numæ & Lycurgi vitã contexuimus, vtroque explicato, non prætermittemus (etsi operosum sit) colligere eorum discrimina. Nam quatenus conueniant, liquet ex actibus, in quibus sunt moderatio eorum, religio, artes ciuiles, facultas erudiendi, & quòd rudimentum condendarum legum petierit vterque solùm à Deo. Ex peculiaribus vtriusque insignibus, primum in Numa est regni adeptio, in Lycurgo traditio. Hic enim, quum id obtineret, reddidit, B ille quod non ambierat accepit: cui alii dominatum in se priuato & alienigenæ dedêre, alter ex rege redegit se in ordinem. Perhibenda res quæsiuisse innocentia regnum: perhibenda item regno antiquiorem duxisse innocentiam. Quippe superiorem ita conspicuum, vt dignus regno videretur, virtus reddidit: alterum ita euexit, vt repudiaret regnum. Deinde quomodo musici lyras, laxam hic & luxu diffluentem intendit Spartam: ille Romam ferocem & intentã laxauit. At plus negotii fuit Lycurgo. non enim loricam exuere, neque ponere C docuit ciues ferrum, sed aurum & argẽtum remouere, lectósque & mensas eiicere sumptuosas, neque omissis 138 armis festos dies agitare & sacra facere, sed repudiatis cœnis & comessationibus, in armis & exercitiis desudare & meditari. Vnde ille beneuolentia & reuerentia sui dicẽdo ciues omnia peregit, hic periculis & vulneribus ægrè euasit superior. Lenes tamen Numæ & blandi modi qui ex impotentibus & flagrantibus moribus ad quietem populares & iustitiam inflexit, deliniuitque. Quòd si illud aduersus Ilotas institutum compellamur inter acta Lycurgi referre, atrocissimum sacinus & teterrimum, longè moderatiorem & humaniorem fuisse legislatorem Numam dixeris. Quippe iussis quoque seruis, more introducto vt Saturnalibus vnà cum dominis eadem epularentur mensa, libertatis gustum præbuit. Nam institutum hoc quoque ferunt à Numa qui voluit vt qui in colendo iuuissent, partem hi ferrent anniuersariorum fructuum. Aliqui id

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fabulantur illius, quæ fuit æuo Saturni, æquabilitatis durare vestigium, quo tempore nemo seruus aut dominus, omnes verò propinqui & pares habebantur. In summa videtur iuxtà vterque ad continentiã populum & ad frugalitatem cõposuisse, cæterarum virtutum illo fortitudinem magis, iustitiam hic sectatus, nisi sanè ex destinata actionũ vtriusque natura & vsu diuerso dissimilis adhibenda molitio erat. Neque enim cõpescuit arma ob ignauiam Numa, sed innocentiæ causa: neque ad nocendum Lycurgus, sed nè opportuni essent iniu-
B riis, bellatores ciues effecit. Itaque quũ quod luxuriaret in ciuitate vterque excæcaret, & expleret quod abesset, necessario magnas inuexerunt conuersiones. Iam descriptio & digestio reip. planè plebeia Numæ & po-
133 pularis, ex aurificibus, tibicinibus, & sutoribus confusum quendam & planè dissonum constantis populum: tetrica Lycurgi, & res ad optimates trahens, sordidas artes euertit in seruorum & inquilinorũ manus: ipsos verò ciues scuto & hastæ alligauit, vt bellorum artifices & famuli essent Martis, nihil docti nec commen-
C tantes, præterquã vt audientes ducibus essent, & superarẽt hostes. Liberis enim (vt semel verè essent liberi) omnis interdictus quæstus fuit. Curã quærẽdæ pecuniæ, vt ciborum & cœnarum ministeriũ, seruis delegauerat & Ilotis. Nullum Numa talem delectũ habuit, tantùm militarẽ repressit rapacitatem. Reliqua compendia nõ constrinxit, nec istã emouit inæqualitatem, verùm accumulãdi opes in immẽsum ius fecit, glisceẽtis & irrepẽtis effuse in vrbẽ inopiæ securus. Obsistẽ-
D dum verò initio statim erat auaritiæ quũ nec magna disparitas, sed æqualis esset & indiscreta omniũ sors, vt fecit Lycurgus: declinãdæque illius noxæ, quæ non leues fuerũt, sed infinitorũ & grauissimorũ malorum, quæcũque acciderunt, fontem & originem præbuẽre. Iam lex agraria neque Lycurgum suggillauit inuecta, neque omissa Numã. Illi enim basin & fundamentum cõstituẽdæ reip. cõmodauit ea æqualitas: hic, quia nũ per diuisos ager fuerat, nõ putauit aliã moliendã partitionem, nec mouendam priorem adhuc (vt videtur)

inconcussam. Quod attinet ad nuptiarum & stirpis A augendæ communicationem, qua omnem æmulationem è rep. vterque rectè atque prudẽter sustulit, non concinunt vndequaque. Sed Romanus, quum esset ei copia liberorum, exoratus ab alio qui sobolem quæreret, permittebat ei vxorem, quum dimittendi 140 eam prorsus commodandique alteri atque inde recipiendi eam arbitrium haberet: Lacedæmonius retinens domi vxorem priore manente fœdere coniugii, vsum vxoris permittebat ad stirpem propagandam exoranti. Multi etiam (sicut diximus) domum inui- B tabant alios, ex quibus putabant potissimùm venustos & probos filios posse procreari. Quid igitur interest inter hæc instituta? nisi quòd vehemens hæc & effusa sit erga coniugem æquanimitas in iis quæ perturbant ita plerosque & vrunt, vt mœstam per æmulationem vitam traducant: illa verecundam quandam habent modestiam, quæ nuptias prætexit & intolerantiam confitetur commodandæ coniugis. Præterea curam puellarum restrinxit ad pudorem muliebrem & verecundiam Numa arctius, Lycurgi so- C luta prorsus & fluxa in iocos incurrit poetarum. Θαμυρίδας enim vocant eas, velut Ibycus, *quòd incessu exæas retegerent*: & ἀδρομανῆς, *quasi virosas & in viros insano ardentes amore*, vt Euripides qui ait,

Quæ cum choro iuuenum suas vestant domos
Coxas apertis & peplis fluentibus.

Sanè virginum tunicæ imæ non habebant pinnas consutas, sed explicabantur, & totum incessu aperiebant femur: id quod clarissimè hisce versibus ostendit Sophocles,

Stola caret tunicam induens Hermione
Delabidam vestegit femur iuuencula. D

Vnde procaciores dicuntur fuisse, & primùm aduersus ipsos viriles viros. Quippe domi omne imperium habebant, publicè verò de rebus maximis & dicebant & suffragium ferebant. Numa autem matronis dignationem apud viros & honorem, quem, vt raptas placarent, indulserant iis regnante Romulo, conser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uauit, cæterùm magna verecundia sepsit eas, curiositatem detraxit, sobrietatem docuit, silentium tenere
141 assuefecit, vino prorsus interdixit, dicere ne de rebus quidem necessariis permisit sine viro. Ac quum fœmina aliquando causam in foro pro seipsa dixisset, fama est senatum deos consuluisse ecquid hoc exemplum vrbi protenderet. Quàm autem parentes & modestas præbuerint se, exempla docent improborum. Sicut enim apud nos memoriæ mandant historici, qui primi sanguinem ciuilem fuderint, aut arma fratribus intulerint, aut extiterint parricidæ, ita recèsent
B Romani principem nuntium vxori nullo exemplo Spurium Caruilium remisisse, anno ab vrbe condita trigesimo trecentesimo primam Pinarii vxorem Thalæam nomine iurgia habuisse cum socru Gegania, Tarquinio regnante superbo. Tam rectè atque ordine temperatæ leges erant coniugales. Iam cæteræ virginum institutioni etiam leges sunt nuptiales consequentes. Lycurgus maturas & viri appetentes elocat, quo ea consociatio impellente iam natura, beneuo-
C lentiæ & amoris potius quàm odii & timoris contra naturam coactarum esset ingressio, corporaque firmiora essent ad vterum ferendum atque enitendum, velut ad nihil aliud nuberent, quàm ad pariendum. Romani natas duodecim annos & minores iungunt nuptiis, ita potissimùm corpus & mores puros illibatósque in manum viri censentes, peruenturos. Sunt autem superiora (vt paret) ad liberorum procreationem magis naturæ consentanea, hæc ad vitam coniugalem aptandis moribus. At verò in regendis pueris,
D eorum cœtibus habendis, instituendis, consociandisque, ad cœnásque & exercitationes, & ludum componendis atque politendis nihilo Numam vel infimo legislatori arguit Lycurgus præstare, quum ille parentis vel libidini vel vsui permittat adolescentium disciplinam, siue quis agricultorem reddere filium, siue fabrum, siue ærarium, siue tibicinẽ voluerit. Quasi non
142 ad eundem finem formari à prima ætate & flecti moribus debeant, sed sicut vectores, qui nauem alius alia

de re & consilio conscendunt, vrgentibus periculis A
metu rerum propriarum in medium consulere, alioqui respectum agere vnumquenque rerum priuatarum. Ac vulgares quidem legislatores non culpes vel scientia vel potentia defectos. At verò sapienti ad regnum accito populi nuper collecti & nihil repugnantis, vbi prius elaborandum erat quàm in puerorum disciplina & iuuentute subigẽda, ne seditiosi néve turbulenti euaderent moribus, sed mox ab incunabulis ad vnam figurati & conformati formam virtutis consentirent inter se? Id quod Lycurgo cum ad alia B
multa, tum ad legum conseruationem fuit adiumento. Nam parui fuisset momenti iurisiurandi religio, nisi per disciplinam & institutionem leges puerorum moribus quasi tinxisset, & nutrimenta ardenti studio imbuisset institutorum suorum. Vnde præcipua & prima legum capita amplius quingentos annos, tanquam acri & valida infecta tinctura, viguerunt. Enimuero quò destinauerat Numa actiones suas, vt in otio & tranquillitate ageret Roma, protinus cum ipso expirauit, & ab excessu eius biforem ædem, quam clausam C
tenuerat ipse, quasi reuera ibi constrictum domans bellum, vtrinque aperuerunt, cædibúsque ac sanguine inundauerunt Italiam. Ita elegantissimus ille & æquissimus status ne modico quidem tempore durauit: quippe vinculo deficiebatur institutionis. Quid ergo roges, núnne fecit re militari Roma progressum? Quæstio hæc apud homines qui progressum in pecunia & luxu & imperio potius quàm in securitate, tranquillitate & continentia cum innocentia coniun- 143
ctis collocant, longum flagitet responsum. Et quiD
dem id ipsum pro Lycurgo dicas facere, quòd Romani, vbi à Numæ disciplina discesserunt, tanta incrementa imperii sumpserunt: contrà Lacedæmonii simul atque instituta deseruerunt Lycurgi, ex summo potentiæ apice ad infimam reciderint sortem, amissóque Græciæ imperio, fuerint in periculum excidii adducti. Illam tamen haud dubiè prærogatiuam habet Numa insignem & diuinam, quòd hospes ad regnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vocatus fuerit, omnia cum beneuolentia mutauerit & moderatus sit ciuitati nondum consentienti, nullis ad id armis vsus vel vi, quomodo aduersus populum optimates duxit Lycurgus, sed sapientia & iustitia, non temeritate omnes conglutinauerit & colligauerit.

REVERENDISSIMO IN Christo patri ac domino, D. Danieli, archiepiscopo Moguntino, sacri Romani imperii per Germaniam archicancellario, & principi Electori, domino suo clementissimo, Hermannus Cruserius S. P. D.

MAGNA semper inter homines, reuerendissime princeps Elector, dissensio fuit, quid in vita esset maximè exoptandum. Neque verò constitit intra otiosorum & philosophorum scholas hæc controuersia, sed etiam cogitationes & vitam insedit summorum virorum. Id enim spectat quisque vt efficiatur beatus: verum beatitudinem alius ad aliam rem pro suo quisque studio refert. Multi ambitione & effrænata gloriæ cupiditate rapti, dum omnia magnis honoribus metiuntur, orbem terræ concutiunt, seque ipsi, dum eos persequuntur, dant præcipites. Nam quid tanto molimine Cyrus, Alexander Magnus, dictator Cæsar (libenter enim prætereo nostræ memoriæ principes, & vsurpo exempla vetera) quid tantis discriminibus & prouinciarum tã multarum conuulsione omnia miscendo quæsierunt, nisi, cuius concipere nullum ipsi terminum poterant, inanem speciem gloriæ? Eius dum finem nullum statuerũt, imperque hiante ad eam fuerunt siti, fecerunt naufragium. Magna pars summam bonorum reuocant ad voluptatem, quam vt assequãtur, & deuitent dolorem, nihil non mouent & versant: pro nihilo ducentes, etiamsi deserãt officia. Sordidissimi & ignauissimi, quæ maxima turba & fex est hominum, omnia ad pecuniam quam nemo sapiens concupiuit, & ad opulentiam dirigunt conterunda. Ea in secta M. Crassus Romæ fuit, in Asia Cræsus rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lydiæ, quine Solone quidem admonente sapientissimo viro, discere potuit alio quærendam loco quam in thesauro beatitudinem esse, donec fortunis exutus omnibus atque à Cyro captus, morte proposita sero tandem sicut Phryges, sapuit, ac tum demum, qui rebus meo lumbus suis affluentia occecatus copiarum, vel nuerat vel non poterat, destitutus ab omnibus aliud esse didicit abundare opibus, aliud beatum esse: & qui contempserat rebus suis florentibus magistrum, qui, quæ vera esset beatitudo, docebat, hunc agnouit iam perditus prudentiam. Vnde præclarè poeta noster ait,

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Nec seruare modum rebus sublata secundis.

Ita ii qui animum mancipatum habent pecuniæ, eámque virtuti præferunt, si peruenerint ad gubernacula Reip. eam fere solent impingere in scopulum atque euertere. At sapientes homines, qui ad omnes fortunæ portum habere apertum voluerunt, quo exclusi nullis quantumuis aduersis ventis, nulla furente tempestate valerent, finem bonorum in una virtute posuerunt, solúmque honestum contendendum propter sepsum expetendum, & vltimum malorum turpitudinem. Huic militiæ doctissimi quique & optimi nomina dederunt, atque in hac se palæstra iactauerunt: qui non solum nulla delicti voluptate, aut pecuniæ capti, aut fascinati vanæ vmbra gloriæ, nullius habito priuati respectu, verumetiam periculis spretis & doloribus, imò contempta morte normâ & in vita priuata & Repub. virtutis, atque quod dictaret vera rectáque ratio & honestas, id tantum velut proposito petierunt in actionibus suis. Hi ergo, quatenus assequitur mortalitas, beati sunt vel in egestate, cruciatibus, in ipsa denique, qua est hominis acerbis nihil morte. Tales Athenis ex priuatis Socrates, & ex gerentibus rem p. Solon, Aristides, Phocion, & Lycurgus Lacedæmone fuit: qui obtinere regnum apud Lacedæmonios quum posset, vt eius libertatem quæreret veram, atque in optimo eos statu collocaret reipub. retinereque, voluit semet ipse in ordinem redigere, patriámque relinquere, & in terra mori peregrina. Talis quoque fuit apud Romanos P. Valerius Poplicola, qué contendit Plu-

tarchus Romanum cum Græco Solone. Quorum duorum vitas insignium virorum egregiorumque legislatorum & probissimorum in repub. principum, de integro à me Latine redditas tibi, reuerendissime princeps Elector, cuius summæ curæ leges per Germaniam imperij vt archicancellario sunt credita, dedicandas existimaui. Cui enim rectius nuncupem leges scripiores, quam ei cuius in tutela vinunt leges? Hi mei sudores si amplitudini tuæ fuerint commendati tuæ, non arbitrabor malè me horas meas collocasse. quod mihi, vt contingat, valde opto. Vale reuerendissime princeps Elector.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLVTARCHI

Vitæ comparatæ SOLONIS ET POPLICOLAE,

HERMANNO CRVSERIO I.C. interprete.

SOLON.

A 144 DIDYMVS grammaticus in tabularum Solonis breuiario, quòd ad Aesclepiadem scripsit, testimonium citat Philoclis cuiusdam, quo præter opinionem aliorum qui Solonis meminerunt, asserit filium eum Phocionis fuisse. Omnes enim vno ore ab Execestide memorant genitum, viro (vti ferunt) inter ciues mediocrium facultatum, sed genere primæ familiæ. Duxit enim à Codro originem. Matrem Solonis Heraclides Ponticus matris Pisistrati B fuisse consobrinam tradit, fuitque initio inter eos necessitudo ex propinquitate magna, magna item ex indole & forma, quòd captus Pisistrati amore, vt nonnulli perhibẽt, esset Solon. Vnde (ni fallor) exorta pòst ciuili inter eos dissensione simultas illa nullam in acerbitatem aut atrocitatem excessit, sed constiterunt eorum animis vetera iura, ardentémque magni ignis viuam adhuc flammam conseruauerunt, memoriam & gratiam amatoriam. Nam aduersus formosos non C fuisse Solonem munitum, neque satis animi habuisse, vt quasi pugil congrederetur cum amore cominus, id cum ex versibus eius cognoscas, tum ex eo quòd 145 scripsit legem quæ diserte verabat ne se serui vngerẽt, aut

aut pueros amarent, quòd id annumeraret inter res A probatas & honesta studia, & ad ea quodam modo dignos inuitaret, à quibus arceret indignos. Fertur Pisistratus quoque amatorẽ Charmi fuisse, & signũ Cupidinis in Academia, vbi ignẽ accẽdunt illi qui sacrã facem decurrũt, sacrasse. Igitur Solõ, quũ facultates suas pater eius munificentia (vt ait Hermippus) & largitionibus attriuisset, nec deessent qui vellent suppeditare ei necessaria, erubescẽs accipere ab aliis, quòd ex ea esset natus domo quæ succurrere consueuisset aliis, cõtulit se etiamnum adolescens ad mercaturam. Quamuis alii B dicant multarum rerum vsus & cognitionis potius gratia Solonem quàm quæstus vagatum per orbem fuisse. Erat enim sapientiæ ex professo amator. Quippe qui vel grauis ætate iam senescere se diceret multa in dies addiscentem. Diuitias non nimium sectatus est, atque,

Haud magis est diues, cui argenti atque affluat auri
Copia, tum frugum fertilis arua soli,
Grex quoque equũm, muliq́ue, atque hæc eui sola super sunt, C
Vt valeat uenter, cum pedibúsque latus,
Hæc si maturum florent accesserit etas,
Et decor uxorii, rite beatus erit.

At alio loco ait

Non sperno nummos, si sit possessio iusta,
At nolo iniustos: vltio nam sequitur.

Quid autem causæ est quin boni & politici viri nec solicitentur illorum parandorum cura superuacaneorum, nec rerum vtilium & commodarum respuant vsum? Enimuero illo seculo (vt ait Hesiodus) nullum o- D pus vitio vertebatur, neq; adferebat ars discrimẽ. Mercatura etiam in dignatione erat, quæ commoda ex regionibus barbaris asciscceret, amicitias cũ regibus cõciliaret, & multarum rerum conferret peritiam. Aliqui insuper mercatores magnarum cõditores vrbium 146 fuerunt, vt qui Massiliam condidit primus, quem Galli Rhodani accolæ cupidè amplexi sunt. Ad hæc Thalem memorant mercaturis faciendis operam dedisse, Hippocratem quoque mathematicum, Plato-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ni item occasionem fuisse peregrinationis olei in Ægypto distractionem. Cæterùm quòd fuerit profusior Solon & vita mollior, atque in versibus licentiore vsus sit quàm pro philosopho de voluptatibus oratione, id ex vita mercatoria putant ei hæsisse. Siquidem pro multis & grauibus, in quibus versatur periculis, lautitias aliquas & delicias eam postulare. Nam quòd in pauperum se potius numero quàm opulentorum reponeret, ex hisce liquet:

Diues enim plerunque malus, sed rectus egenus:
At Virtutis opes non nisi rectus habet.

B *Hic non ecdo malis, quarum est possessio firma: est*
Esse potest locuples improbus, atque probus.

Poetica ab initio non vllam ad rem grauem, verùm ludibundus videtur temporis per otium fallendi gratia vsus obiter, atque in ea se exercuisse. Pòst & sententias inclusit versibus philosophicas, & ex iis quæ gesserat in rep. intexuit multa, non scribendi historiam vel memoriæ causa, sed ad defendendas actiones suas, interim ad excitandos castigandósque & obiurgandos Athenienses. Tradunt aliqui & leges suas aggressum in carmine illigare, ac principium recensent

C huiusce modi,

Oramus primùm, cæx Vt Saturnius hisce
Legibus asseret, Velit & concedere laudem.

Ex philosophia ethica, præcipuè politica, sicut plerique sapientum, est sectatus: in physicis mirè est simplex & antiquarius, vt ex his patet,

147 *Nubibus è gelidis niuium Vis densa creatur,*
Et quæ per tectum grando crepare solet:
D *At tonitru è claro spectatur fulmine nasci,*
Et pelagus Venti si incubuere, mouent.
Verùm id si flatus conturbet nullus, in orbe
AEquum Vel placidum nil magis esse potest.

Omnino sola tunc videtur Thalis sapiẽtia vsum excessisse speculatione, reliqui ciuilibus ab artibus nomen inuenerunt sapiẽtiæ. Fuisse vnà perhibentur & Delphis & pòst Corinthi, vbi communem quendam conuentum eorum & conuiuium Periander instruxerat.

Maiorem autoritatem iis & gloriam mensæ orbis, A
& per omnes circulus, mutuáq; inter ipsos cum honorifica modestia concessio conciliauit. Nam quum Coi (vt fama est) verriculum traherent, cuius iactum adhuc incertum hospites emerant Milesij, auream mensam conspexerunt extractam, quam fuisse ab Helena aiunt à Troia remeante, quũ veteris oraculi reminiscerentur, deiectam. Concertatione de mensa inter hospites & piscatores exorta, excipientibus inde ciuitatibus contentionem, quæ in bellum vsque erupit, responsum vtrisque ab oraculo Delphico est, vt sapientissimo mensam donarent. Ita primùm Miletum est B
ad Thalem missa, Cois vni illi id, de quo cum vniuersis Milesijs arma contulerãt, vltrò dono dantibus. Thale Biantem se sapientiorem asserente, ad illum peruenit, ab illo rursus ad alium missa est tanquam sapientiorem. Inde ita circulans & remissa, redijt iterum ad Thalem. Ad vltimum ex Mileto Thebas deportata, & Apollini Ismenio est sacrata. Theophrastus autor est Prienem eam primùm ad Biantem fuisse destinatam, deinde ad Thalem, remittente eam Mile- C
tum Biante: ita ambitu omnium confecto rediisse ad Biantem, ad extremum Delphos deportatam. Hæc fama est à plerisque vulgata, nisi quòd donum pro mensa, alii phialam à Crœso missam, alii relictum ibi à Bathycle poculum prodant. At priuatam consuetudinem & colloquia cum Solone Anacharsis atque etiam Thalis literis tradunt huiusce modi. A- 148
nacharsim autumant, quum ad ædes Solonis commeasset, fores pulsasse, atque edidisse aduenam se esse, qui ad contrahendam cum eo amicitiam & ius D
hospitij eò accessisset. Responsum reddente Solone, Præstat domi amicitias conciliare: Quin tu igitur, subiecisse Anacharsim, qui domi es, iungis nobiscum amicitiam & hospitium? Eam illius sagacitatem quum stupuerit Solon, hominem excepisse benignè, atque aliquandiu apud se detinuisse, quum rempublicam gereret, & leges conscriberet. Enimuerò re intellecta deprehendisse Anacharsim molitionem Solonis, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ciuium se iniurias & cupiditates putaret refrænatu-
rum scriptura, quæ nihil à telis araneorum differ-
ret, sed sicut illæ, imbecillos tenuésque esset, quos
comprehendisset, retentura, validos verò & pecunio-
sos transmissura. Quibus Solonem ferunt occurrisse,
stare homines etiam pactis conuentis, quæ neutri par-
ti expediat violare, ac leges ita se temperare ciuibus,
ommibus vt futurum perspicuum esset, antiquius esse
colere iustitiam quàm ius violare. Verùm horum qui-
dem euentus Anacharsis coniecturæ potius quam spei
B respondit Solonis. Iam hoc quoque dixit se mirari A-
nacharsis, quum concioni interfuisset, quòd dicerent
apud Græcos sapientes, stulti iudicarent. Quum pro-
fectus esset Miletum ad Thalem Solon, aiunt mirum
sibi eum dixisse videri, quòd nuptias & sobolis pro-
creationem omnino negligeret. Thalem autem in
præsentia quidem tacuisse, aliquot verò dierum inter-
uallo subornasse peregrinum quendam, qui modò de-
cimo die ab Athenis profectum se diceret. Quærenti
Solone, num quid Athenis noui, hominem quæ dice-
C ret edoctum, Nihil, respondisse, aliud, nisi sanè quòd
adolescens efferretur, & prosequeretur funus tota ci-
uitas. Nam erat, vt ferebatur (inquit) clari viri filius &
149 virtute inter ciues primi: nec aderat ille, sed longe
iam spatio dixerunt cum peregrè esse. O hominem
infortunatum, dixisse Solonem. Quódnam ferebant
eius nomen? Audiui equidem, inquit, nomen, homo
sed excidit mihi, tantùm memini multam habitam
mentionem eius sapientiæ & iustitiæ. Ita scilicet ad-
moto ad singulas interrogationes metu, Solonem iam
D tandem commotum ipsum hospiti suggessisse nomen,
ac requisisse Solonisne ille defunctus esset filius. Quo
annuente, cæpisse illum caput cædere, aliáque & fa-
cere & dicere quæ mœrore oppressi assolent. Tum
Thalem represso Solone ridentem dixisse, At hæc non
Solon à connubio deterruerunt, & à liberis tollendis,
quæ te etiam infringunt virum cõstantissimum. Te ve-
rò nihil hic nuntius moueat, hæc enim ficta sunt. Ne-
que hæc quidem Hermippus Patæcum, qui Æsopi fe-

ferebat animam habere, scribere refert. Atqui ineptus A
& ignauus sit, qui formidine amissionis res compa-
rare necessarias negligat. Eadem enim ratione neque
opes, neque gloriam, neque sapientiam, quum hanc
habeas, trepidans ea spoliari, amplectaris. Etenim vir-
turem, cuius nihil fructu præstantius vel iucundius,
ex morbis cernimus & venenis labefactari. Atque
ipse Thales nihilo magis à terrore securior per cœ-
libatum erat, nisi sanè amicos, familiares, patriam re-
fugit habere. Imò verò filium etiam ipse habuit adop-
tiuum ex sorore natũ, vt aiunt, Cybistũ. Nã quum ani- B
mo quidam insiti sint igniculi amatorii, naturásque ille
sit, sicut ad sentiendũ, cogitandum, reminiscendum, ita
ad diligendum: arripit & adhærescit quid externi ils
quos deficit proprium. Quum velut domum & præ-
diũ legitimis orbũ successoribus, alieni & non iusti filii
pium animum captant obsequiis, cui simulatque in-
sinuauerint se, & occupauerint eum, infundunt vnà
cum amore curam sui ac solicitudinem. Itaque cernas
eos qui durius quàm pro natura de nuptiis & susci-
piendis liberis verba faciunt, mox eosdem ex verna- C
rum filiis & alumnis pellicum ægrotantibus & mori-
entibus confectos desiderio & in voces erumpentes
abiectas. Sunt qui canum & equorum interitum fœ- 150
dè & perditè luxerunt, quum alii certè filiis orbati bo-
nis neque afflixerint sese, neque turpes præbuerint,
imò etiam vitam reliquam transegerint moderatè. Im-
becillitas enim non charitas affert hominibus, qui ra-
tione ad fortunam non occaluerunt, ægritudines im-
mensas & trepidationes, quibus nec frui præsentia rei
optatæ licet, quòd expectatio, ne spoliẽtur, dolores & D
tremores & anxietates his offundat perpetuos. Non o-
portet autem ab egestate consiliũ mutuari ad pecuniæ
ereptionem, neque ad amicorum amissionem ab eo-
rundem solitudine, neque ab orbitate ad liberorũ oc-
casum, verùm ex ratione ad omnia. Cæterùm de his
vt hoc loco plus satis. Quum autem Athenienses diu-
turno bello & graui de Salaminiorum insula cum Me-
garensibus gesto fatiscentes fanxissent lege pœnã capi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A talem, siquis rogationem ferret vel referret iterum ad
ciues de asserēda Salamine, eam infamiā Solō grauiter
ferens, quum videret iuuentutē magna ex parte occasi-
onem quærere arma mouendi, neque eos tamen metu
legis audere id incœptare, simulauit dementiam, ru-
mórque per vrbem ex domo eius percrebuit esse e-
um furore correptum. Composuerat autem clàm
elegos, quos meditatus, vt memoriter recitare eos po-
sset, pileatus prosiliit repentè in forum. Ingenti con-
cursu facto, suggestum præconis conscendit, & canta-
B eos versus pronuntiauit, quorum hoc est exordium,

Adsum præclarę præco Salamīnū ab ora,
In cœtum vestrum dulce poema ferens.

Huius poematis inscriptio Salamis est, & versus con-
tinet centum sanè quamuenustè scriptos. Quos vbi
cantauit, & amici eius cœperunt laudare, præcipuè
autem adhortatus Pisistratus ciues est, & inflammauit
ad parendum dicenti, soluerunt legem, bellūmque de-
151 integro susceperunt, rebus gerendis præfecto Solone.
Ac fama quidem vulgaris est huiusce modi. Porrò ad
C Coliadem nauigauit cum Pisistrato. Ibi quum omnes
fœminas offendisset solennia sacra Cereri facientes,
hominem fidum transfugæ specie misit Salamina, qui
moneret, si primarias Athenienses matronas re ligere
cuperent in potestatem suam, secum vt quamocy-
ssimè nauigarent ad Coliada. Postquam pellecti Me-
garenses viros aliquot naui impositos miserunt, ac
Solon eam aduertit ex insula aduehi, imperauit vt
mulieres facesserent, adolescentes autem ad hæc im-
berbes earum stolis, mitris, & calceis ornati, pugi-
D onibúsq; sub veste abditis muniti lusitarēt & saltarent
in littore, dum hostis descendisset, & nauem ipsi ha-
berent opportunam. Dum hæc ad eum modum agun-
tur, Megarenses ea falsi facie, quum propè applicu-
issent, effuderunt certatim se, velut fœminas capturi.
Ita nemo effugit, sed occubuerunt omnes, & profecti
Athenienses in insulam, ilicò sunt ea potiti. Alii ne-
gant eo modo occupatam, verùm primum Apollinem
Delphicum ei sortes hasce dedisse,

Heroas terræ proceres venerabere sacris, A
Quos ager Asopię pallata condidit Orna:
Qua vespertinus spectatur Phœbus in vndis.

Solonem autem, quum in insulam nocte transmi-
sisset, immolasse Periphemo & Cichri heroibus vi-
ctimas. Inde ab Athenienſibus quingentos accepisse
voluntarios cum decreto, si obtinuissent insulam, vt
hi arbitrium haberent reip. ibi moderandæ. Nauigiis
deductis multis piscatoriis, comitante vna naue, quæ
triginta remis agebatur, iecisse eum anchoras propè
Salamina ad brachium Eubœæ obiectum. Megarenses B
qui Salamine erant, eo nuntio allato, sed incerto, tu-
multuarii ad arma concurrisse, & nauem speculatum 152
quid agerent hostes misisse. Qua oppressa quum pro-
pius mouisset, cæsisque Megarensibus imposuisse naui
huic Solonem delectos quosque Athenienses: quibus
iussit, vrbem peterent, ac se, quatenus fieri posset, te-
gerent: simul cæteris assumptis Athenienſibus pugnam
terrestrem cum Megarensibus commisisse, dum de-
cernitur prælio, maturasse illos qui in naue erant, vr-
bem occupare. Videntur verò huic famæ ea quæ age-
bantur, adstipulari. Siquidem nauis quædam Attica si-
lentio primum appellebat: inde illis cum clamore
& fremitu aduolantibus, vir vnus armatus exiliebat,
atque ad promontorium Sciradion terra venientibus
vociferans currebat. Iam extat secundum littus sacel- 113
lum, quod ædificauit Solon: superauit enim Mega-
renses, & quoscunque prælij calamitas reliquos fe-
cerat, datis inducis omnes missos fecit. Verùm enim-
uero Megarensibus in pertinacia persistentibus, mul-
tisque cladibus vltrò citróque illatis, arbitros & iudi- D
ces Lacedæmonios sumpsere. Ac Homeri auctoritatem
plerique autores sunt fuisse Solonis suffragatam. Nam
versum quum in recēsu nauium interiecisset, in iudi-
cio eum recitasse hæc carmina,

Bis sex adduxit curuas Salamine carinas
Atax inuictus, quas in statione tenebat,
Vbi Athenarum qua castra habuere phalanges.

Cæterùm ipsi ducunt hæc Athenienses pro vanis, So-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lonem verò planum feciſſe aiunt iudicibus Philæum & Euryſacem Aiacis filios ciuitate ab Athenienſibus donatos ipſis inſulam hanc tradidiſſe, habitauiſſéque hunc in Braurone Atticæ, illum in Melite, traheréque curiam Phlaidarum, vnde erat Piſiſtratus, ex Philæo nomen. Quo autem magis Megarenſes reuinceret, nixum humandi ritu fuiſſe defunctorum, quos non ita
153 vt illi, ſed vt ipſi humarent. Terra autem mortuos à Megarenſibus condi oſtenderunt ad orientem obuerſos, ad occaſum ab Athenienſibus. Cui reclamans
B Megarenſis Hereas ait, Megarenſes quoque cadauera in occaſum verſa collocare. Et eo iam maius inſuper indicium, ſingulos loculos habere Athenienſes, Megarenſes ternos & quaternos ſingulis loculis condi. At Solonis etiam oracula quædam Apollinis, quibus Salamina ille deus Ioniam appellauit, dicuntur ſuffragata. Hanc cauſam diſceptauerunt quinque Spartiatæ, Critolaidas, Amompharetus, Hypſechidas, Anaxilas, Cleomenes. Erat iam vel hinc celebris Solon & inclytus, maius tamen nomen & clarius apud Græcos
C parauit, quum cauſam defendit templi Delphici, eſſe ei ſuccurrendum, nec permittendum vt Cerrhæi profanarét oraculum, ſed cauſa Apollinis eſſe Delphis ſubueniendum. Ab illo inducti iuerunt ad arma Amphictyones, vt teſtantur cum alii, tum in Pythionicarum breuiario Ariſtoteles, traditque eius ſententiæ Solonem autorem fuiſſe. Non fuit ille tamen ad bellum hoc deſignatus dux, vt tradere Samium Euāthem Hermippus ait. Neque enim id orator prodidit Æſchines, & in Delphorum commentariis Alcmæon, non Solon
D eſt Atheniēſium dux relatus. Porrò Cylonium ſcelus iam peragitabat diu ciuitatem, ex quo conſortes coniurationis Cyloniæ ſupplices Mineruæ domum redire archon Megacles ad cauſam dicendam impulit. Hos annexum ſimulacro filum tenentes, vbi in deſcenſu appropinquauerunt venerandis deabus, rupto ſua ſponte filo Megacles cum collegis inſtiterunt, quaſi reiiciente ſupplices dea, corripere. Atque eos qui extra tēplū erant ſaxis obruerunt, qui verò ad aras

recurrerunt, hos iugulauerunt. Solos miſſos fecerunt A illos qui ad vxores ipſorum manus tetendiſſent. Hinc vocati impiati, deteſtabiles habebantur. Qui verò Cyloniorum ſupererant, denuo opibus pollebant, ac perpetuas cum genere Megaclis exercebant diſcordias. 154 Quo autem tempore maximè flagrabat ſeditio, & diſceſſerat in partes populus, iam in autoritate erat Solō, qui principibus adhibitis Athenienſium interceſſit, rogandóque & monendo induxit illos qui impiati dicebantur, cauſam vt dicerent & iudicium ſubirent. Apud trecentos delectos ex primoribus iudices My- B rone poſtulante Phlyenſi damnati, & in exilium, qui ſupererant, acti ſunt, defunctorū cadauera effoſa trans fines proiecere. Inter hos motus ingruentibus etiam Megarenſibus amiſerunt Athenienſes Niſæam, Salamiſque iis eſt iterum elapſa. Iam terrores ex ſuperſtitione paritérque ciuitati oblata viſa, ac vates piacula quædam noxáſque, quæ expiāda eſſent, ſignificari denuntiarunt extis. Eam ob cauſam accitus ex Creta venit Epimenides Phæſtius, quem in numero ſapientum quidam, reiicientes Periandrum, recenſent ſeptimum. C Habebatur is vir religioſus, in rebúſque ſacris ſapientia præcellens fanatica & myſtica. Vnde nymphæ filium Baltæ nomine, ac nouum Cureta eum illius ætatis homines dicebant. Qui vbi adfuit, & vſus eſt familiariter Solone, multa ei clam præſtruxit, & viam præmuniit ad leges conſcribendas. Nam res diuinas reddidit minoris impenſæ, ciuéſque ad luctum manſuetiores, ſacrificia quædam ſtatim exequiis adiiciens detracta aſperitate barbarica, qua deuinctæ antè mulieres fuerant, &, quod caput erat, propitiationibus, procurationibus, ac ſignis dedicandis, luſtrans vrbem D atque expians, parentes iuſtitiæ magiſque ſequaces ciues reddidit ad vnitatem. Fertur hic, quum Munychiam vidiſſet diúque conſideraſſet, dixiſſe ad coronam, Quàm cæcutit ad futura homo! Suis ipſorum dentibus peresuri hunc locum Athenienſes ſint, ſi preuiderent quantum is fatigaturus ſit ciuitatem. Simile quid diuinaſſe aiunt Thalem. Iuſſiſſe enim loco certo 155

Universidad de Deusto
Biblioteca

A se agri Milesii vili & contempto tumulari fato functũ, prædicens fore vt is locus aliquando forum esset Milesiorum. Ac Epimenides quidem summis laudibus atque ingentibus honoratus donis à populo Atheniẽsi, præter furculum ex sacra olea, nullà re petita aut accepta, discessit. Porrò Cylonio sopito tumultu & exterminatis (vt dictum est) iis qui eo scelere fuerunt contacti, de integro sunt in veterem relapsi de rep. seditionem, atque in tot partes est ciuitas, quot discrimina regio habebat, distracta. Siquidem Diacriorum (qui montani erant) familia erat imprimis popularis: Pe-
B diæi (campestres erant hi) paucorum potentum sturdiosissima: medium quẽdam & mistum reipub. tenorem tertii Parali (maris erant accolæ) sequentes obstabant, & vtrosque remorabantur à dominatu. Quia verò flagrabat eadem tempestate pauperum cum diuitibus ex inæqualitate dissensio, ciuitas prorsus in lubrico versabatur. Vna autem superesse ratio videbatur ad salutem & quietem, si res delatę ad dominatum essent. Totus erat enim populus ære alieno oppressus à diuitibus. Nam aut illis arabant, sextantem fru-
C ctuum pensitantes, vnde sextantuli & capite censi fuerunt vocati: aut versuram facientes, corporis nexu duci à creditoribus poterant, quorum partim seruiebãt ibi, partim extra patriam venundabãtur. Multi etiam liberos suos distrahere compellebantur, (neque vetabat lex) & vrbem propter fœneratorum crudelitatem deserere. Ibi maxima & validissima pars coitione facta sese mutuò cohortati sunt ne ex tolerarent, sed vnum caperent ducem virum fidum, eósque qui intra
D diem iudicatum non fecissent, eximerent, agrum diuiderent, atque in totum reipublicæ statum inuerterent. Hi qui inter Atheniẽses maximè sani erant, aduertentes Solonem præcipuè vacare crimine, neque opulentorum in iniuria socium esse, neque necessitatibus im-
156 plicatum inopum, orauerunt eum vt rempublicam capesseret & componeret controuersias ciuium. Atqui Phanias Lesbius ipsum dicit Solonem ad seruandam rempublicam dolo vtranque partem circumuenisse,

atque ostẽdisse occultè egenis legem agrariam, pac- A
torum firmitudinem pecuniosis. Verùm ipse primò se Solon dubitauisse hanc actionem refert suscipere deterritum horum auaritia, illorum insolentia. Creatus fuit secundum Philombrotum archon, simúlque concordiæ arbiter & legislator. Fuit autem pergratus diuitibus vt locuples, vt probus pauperibus. Vox etiam dicitur eius, quam antea miserat, in ore populi fuisse, Æqualitatem certaminis autorẽ non esse, eámque tam locupletibus placuisse quàm inopibus: quòd æqualitatem hi mensura & numero assequuturos se confiderent, illi dignitate ac virtute. Vnde in spem erecta ma- B
gnam vtraque factione principes fauebant Soloni, sequestrique dominatus incendebant eum, qui haberet in arbitrio suo ciuitatem, ad rem maiore mole capessendam. Medii etiam ciues, quia videbant mutationẽ ex ratione & lege laboriosam esse & arduam, non abhorrebant ab vno creando principe iustissimo & prudentissimo. Sunt qui dicant Soloni sortes quoque has ab Apolline datas,

Ad puppim residens moderator dirige cursum, C
Multus Athenarum populus tua signa sequetur.

Præter cæteros infectabãtur eum necessarii, quòd nomine deterreretur tyrannidis, quasi non virtutis esset eam suscipientis mox versura in regnum. Id accidisse quondam Euboicis, qui Tynnondam, in præsenti Mitylenæis, qui tyrannum creauerãt Pittacum. Horum nihil Solonem de sententia mouit, sed dixit (vt fertur) ad amicos, Præclarum fundum tyrannidẽ esse, sed non habere exitum. Ad Phocum autem versibus scribens,

Quòd solum, inquit, natale conseruaui, 157
Tyrannidem verò & cruentam vim ferox
Non attigi, nec pollui fœdans suauem gloriam, D
Haud me pudet. Nam hoc modo præstare longè cõspicor
Hominibus cunctis.

Vnde patet eum & priusquam leges scriberet, in maxima autoritate fuisse. Quæ verò in refugientis tyrannidem iactauerunt opprobrium, luisse carminibus scripsit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Neque cordatus Solon est, neque vir est consili,*
Quando non admisit ipsius quod bonum confert dein:
Capta quamvis præda pavet, non tamen traxit rete,
Animum miser liquit, nec est compos sui.
Optandum vbi fuisset imperium bonum nactum,
Et tyrannidis vel breuem diem potens fuisset,
Instar veris vt flagellaretur, simul genus interiret.

Hos multitudinis & improborum de se sermones introduxit. Nec tamen repulso dominatu rempublicam nimium molliter gessit nec dissolutè, vel ad gra-
B tiam potentium, nec ambitiosè erga eos qui rebus ipsum imposuerant, tulit leges. Verùm vbi res tolerabilis erat, ibi nihil correxit vel mouit, veritus ne si rempublicam vndequaque miscuisset & confudisset, viribus deficeretur ad eam denuò stabiliendam, & optima ratione temperandam. At quæ suadendo sperabat se apud obsecundantes, & vim adhibendo obtenturum apud tolerantes, ea (vt ipse refert) egit, vnà vim & iustitiam copulans. Quare rogatus pòst, ecquid optimas leges populo Athenienſi scripsisset, Optimas, inquit,
C quas accepturi illi erant. Nam quod recentiores aiũt Athenienses asperitatẽ rerum benignis & blandis vocabulis contegentes, inuidia nominis vrbanè emollita scorta appellare amicas, tributa descriptiones, præsidia ciuitatum stationes, carcerem custodiam, id primum commentum, ni fallor, fuit Solonis, qui æris alieni condonationem, nouas tabulas appellauit. Hoc fuit
158 enim in actis eius primum. Siquidem tulit vt reliqua remitterentur, & nequis fœneraret deinceps in corpus. Et quidẽ haud desunt autores, in quibus Andro-
D tion est, non condonatione æris alieni, sed vsurarum alleuatos moderatione acquieuisse pauperes, atq; hoc beneficium nouas tabulas nominasse, gratúmque fuisse, simúlque huic quæ adiuncta fuerant, mensurarum augmentum & monetæ pretium. Quippe minam, quæ fuerat antè septuaginta & trium, centum fecit drachmarum. Itaque quâ numero parem summam, valore minorem præstarent, multum accessit commodi magnum æs dissoluentibus, nihil creditoribus tamen de-

trimenti. Maxima pars nouis tabulis aiunt semel fuis- A
sepacta conuenta vniuersa circumducta: quibus consonare citius carmina Solonis. Gloriatur etiam in his agri se antè pignori nexi fixos passim terminos remouisse, quæ pridem seruiebant, nunc libera esse, & ciuiũ ob æs alienum in nexum abductorum, partim in patriam reduxisse, linguæ Atticæ iam, vt qui per varia loca errauerint, oblitorum, partim dura ibidem oppressos seruitute in libertatẽ asseruisse. Euenisse verò rem ei ex hac actione memorant omnium acerbissimam. Nanque vt instituit iam æris alieni gratiam facere, & B
orationem rei congruentem, & quum honestum quæreret exordium, ad amicos, quibus maximam fidẽ habebat, quibúsque imprimis vtebatur, Conona, Cliniã, & Hipponicum agros retulit se non moturum, sed in animo habere æs alienum inducere. Hi præuenientes illicò & præuertentes, fœnerati sunt à diuitibus ingentem pecuniam, qua latos agros comparauere. Proposito inde decreto, quum hi possessionibus fruerentur, nec redderent argentum creditoribus, fœdo crimine Solonem & calumnia, non quasi defrandaretur vnà C
cum aliis, sed socius esset fraudatorum, inuoluerunt. Verùm hoc crimẽ mox dilutum est quinque talentis. ea enim summa fœnus exercebat, quâ ex lege expun- 159
xit princeps: alii (in quibus Polyzelus est Rhodius) quindecim tradunt fuisse. Amicos eius tamen perpetuò appellauerunt decoctores. Atqui partium neutrarum tenuit gratiam, sed incurrit in diuites, quòd contractus antiquasset: & plus in pauperes, quòd legem agrariam, quam spe deuorauerant, non tulisset, neque exemplo Lycurgi omnium vndequaque fecisset pares, D
& adæquasset fortunas. Enimuerò ille qui vndecimus esset ab Hercule, & annos complures Lacedæmone regnasset, magna autoritate, amicis, opibus, per quæ in opus educere sua de repub. consilia valebat, erat succinctus, vique potius quàm persuadendo, vt etiam excuteretur ei oculus, rem maximam ad salutem ciuitatis suæ & concordiam perfecit, vt nemo aliquis vel diues vel pauper esset inter ciues: Solon verò, qui popularis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A erat & fortis mediæ, suis institutis eò quidem non aspirauit, sed nihil tamen infra potestatem fecit suam, quæ ipsius consilio & fide, quam ei habebant ciues, nitebatur. Nam plerosque offendisse se alia expectantes, ipse hisce versibus declarauit,

Tunc candidi merum crepabant gaudium, nunc inuidi
Luminibus intuentur obliquis, amaro animo.
Et siquidem, inquit, fuisset æquè alius potens,
Potens tamen non esset ille ciuium:
Nec destitisset omnibus ruentibus,
Exugeret dum pingue lac fameliciis.

B Citò tamen huius decreti animaduersa commoditate, querelas deponentes suas priuatas, publicè sacrificauerunt, idque sacrificium appellauerunt Tabulas nouas. Insuper reipub. emendatorem ac legislatorem designauerunt Solonem. Nec verò potestatem ei vllis circunscripram cancellis, sed permiserunt semel vniuersa, magistratus, conciones, iudicia, curiam, vt horum cuiusque censum, numerum & tempus definiret, præsentia instituta pro arbitrio vel abrogaret vel confiemaret. Ac primùm leges Draconis ob asperitatem & pœnarum atrocitatem cunctas rescidit, præter-
C quam latas de sicariis. Noxas enim persequutus est
160 ille penè omnes capitali supplicio, vt & otii damnati morte mulctarentur, ac qui olus furripuerant vel poma, in hos non secus atque in sacrilegos consuleretur. Vnde postmodum lepidè ait Demades, sanguine Draconem non atramẽto scripsisse leges. Ille ipse (vt perhibent) rogatus quid plerisque fraudibus pœnam capitalem irrogasset, respondit exiguas se mereri eam existimare, ad magnas non habere maiorem. Deinde
D Solon quum magistratus omnes penes locupletes vt antè statueret relinquere, reliqua autem munia reipublicæ quorum plebs exors erat, facere promiscua, censum ciuium egit. Ac quorum facultates aridorum simul & liquidorum fructuum mensuras quingentas redderent, hos primæ classis fecit, vocauitque Pentacosiomedimnos. Secundæ classis eos qui equum alere aut trecentas valerent efficere: atque hos Ordinem equestrem nuncupauerunt. Zeugitæ, quasi opifices tertiæ classis ciues dicti, quibus modus vtriusque generis simul erat ducentarum. Reliqui omnes appellati Thetes, id est capite censi. His nullum magistratum permisit, cæterum hactenus in societatem veniebant hi reipub. vt suffragium in concione & calculum haberent in iudiciis, quod initio nihil esse, tractu apparuit ingens. Quippe magna controuersiarum pars recidit ad iudices. Quorum autem magistratibus notionem delegauerat, perinde de illis ad forum concessit cuilibet prouocationem. Dicitur præterea legi- B bus scribendis implicatioribus & multum contortis vim amplificasse subselliorum. Quum enim decidi per leges non possent lites, euenit vt nunquam nõ opus haberent iudicibus, ad quos sicut legum quodammodo dominos controuersias omnes deferrent. De hac exæquatione sibi ipse hisce versibus gratulatur,

Nam vires populo tribui, quantæ satis essent
Non detractus ei, aut amplificatus honos. 161
Sed neque diuitiis & opum splendore superbis
Tunc plus permisi quàm satis esse rebar. C
Vtraque præualidis munimus pectora scutis:
At parcum gaudens vincere neutra tuli.

Atque impensius ratus plebis subueniendum infirmitati, cuilibet dedit de illata cuiuis iniuria actionem, siquidem altero pulsato, vel læso, vel violato, cuique ius erat, cui facultas suppetebat & voluntas, autorem iniuriæ postulare & reum facere. Et rectè assuefecit legislator ciues mutuò inter se, alterum alterius, vt si vnum sit corporis sui membrum, sensu & dolore tangi. Huic legi vocem eius concinentem commemorant. Quum esset enim ex eo quæsitum quæ esset o- D ptimè comparata ciuitas, Illa (inquit) in qua illæsi perinde ac læsi insectantur, & vindicant maleficia. Porrò concilium Areopagitarum quũ ex annuis magistratibus cõstituisset, in quo erat ipse quoque, quòd Archon fuisset, & populũ nihilominus videret ex æris alieni remissione inflatum ferociẽtémque, alteram

Universidad de Deusto
Biblioteca

A insuper curiam conscripsit, legitque ex singulis quatuor tribubus centenos viros, qui vt decretum facerẽt ante concionem, sanxit, neque quicquam nisi ex senatusconsulto populus rogaretur. Supremum senatum omnium arbitrum & custodem constituit legum, arbitratus quasi in anchoris curiis duabus stantẽ minus fluctuaturam ciuitatem, plebémque præstaturam tranquilliorem. Plurimi igitur Areopagitarum curiam ad Solonem (vti diximus) referunt autorem, Quibus astipulari videtur, quòd nusquam meminerit Draco Ar-
B reopagitarum, vel eos appellauerit, sed vbique cum Ephetis agat de rebus capitalibus. At tabula Solonis tertiadecima octauam legem ita ad verbum habet de-
162 scriptam, Qui ante Solonem archontem notati infamia fuerunt, integra fama sunto, extra quàm qui in Areopago, vel qui apud Ephetas, vel in prytaneo à regibus damnati homicidij, aut latrocinii, aut affectati regni solum exilio verterunt, quum lex hæc fuit promulgata. Hæc verò contra Areopagitarum consilium præcuriſſe Solonem archontem, eiusque leges sunt argumento. Nam qui tandem fuissent illi in Areopago
C iudicati, si primus curiæ Areopagitarum dedit Solon cognitionem? Nisi herclè habuit obscuritatem aliquam aut defectum hæc tabula, vt conuicti criminum quæ ad notionem pertinent Areopagitarum, Ephetarum, & Prytanum, quum hæc promulgata est lex, manerent infames, quum alii famæ restituerẽtur. Ea certè fuit eius mens. Ex cæteris eius legibus est singularis imprimis & noua illa, quæ eum in seditione qui fuisset neutram partem sequutus, infamia notat. Vult enim neminem non permoueri, vel sentire rebus in tuto collocatis suis incommoda publica, neque eo se vel-
D ditare quòd patriæ dolore vel morbo non tangatur, sed vt ilicò partibus se melioribus & iustioribus adiungat, cúmque his periculo offerant se potius & succurrant iis, quàm operiantur ex tuto vnde fiet victoria. Absurda autem & ridicula videtur illa quæ puellæ opulentæ orbæ gratiam facit, si ille qui eam vendicauit ex lege & obtinuit, ad complexum sit impotens, proximis

proximis viri sẽ substernere. Atqui aiunt nonnulli fuisse id constitutum rectè in eos qui inhabiles ad Venerem quum sint, pecuniæ causa tamen diuites illas orbas iungunt sibi matrimonio, inferúntque ob legis priuilegium vim naturæ. Quum enim cernũt licere puellæ orbæ, quem libeat, admittere, vel abstinebunt ab iis nuptiis, vel retinebunt eas cum macula, auaritiæ & improbitatis pœnam dantes. Bene est etiam quòd non quemlibet, sed quem velit ex viri necessariis admittat orba, quo proles de familia sit & de stirpe eius. Huc facit item quòd sponsa cum sponso concludatur, & B malum cydonium voret cum eo, & quòd ter mense 163
cogatur, vt minimum, orbam is quã ea duxit, complecti. Nam etsi nõ generẽt liberos, honos tamen huic qualisqualis à marito castæ mulieri habitus & beneuolentia multas absterget vndique collectas acerbitates, nec permittit eam iurgiis planè abalienari. Cæteris coniugis dotes detraxit, sponsámque præter tres stolas & supellectilem parui pretii afferre quicquam vetuit. Neque enim meritorium aut venale volebat
C fœdus esse nuptiarum, sed liberorum causa, & gratiæ atque amicitiæ virum & mulierem consociari. Siquidem Dionysius, quum postularet mater eius ciui cuipiam collocari, Ciuitatis, respondit, leges assequutum se tyrannidem euertisse, naturæ verò, vt nuptias intempestiuas conciliaret, vim afferre non posse. At in ciuitatibus non est ex admittenda confusio, neque tolerandę incongruæ & ingratæ coniunctiones, quæ nullum habent opus nec finem nuptialem, verùm seni iuuenculam ducenti prudens magistratus vel legislator illud ad Philoctetem dictum obiiciat, D

Commodè Gerò potes miser
Ducere Vxorem.

Quòd si iuuenem repererit in anus cubiculo pecuniosæ, ex concubitu perdicum modo pinguescentem, traducet eum ad virginem quæ virũ requirat. Sed de his satis. Commendatur item lex Solonis, quæ maledicta vetat in defunctos congerere. Est enim putare eos qui decesserunt, sanctos pium: abstinere ab iis qui non

Universidad de Deusto
Biblioteca

A extant, iustum & ciuile odii tollere æternitatem. In vinum contumelias effúdere in sacris iudiciis curiis,& ludis interdixit. Mulctam pendendam priuato tres drachmas,binas alteras ærario præscripsit.Nã iræ nusquam moderari,illiberale putauit & effræne,vbiq; ar-
164 duum, nonnullis etiam impossibile. Debet verò ad id quod effici potest, lex accommodari, dummodo intendat cum fructu paucos,& non multos incassum punire. Iam probatur lex eius testamentaria. Etenim antea non erat ius testamentum condere,sed familiæ de-
B functi pecunia & hæreditas relinquẽdæ erant.Hic liberum fecit, non extantibus liberis, cui visum esset,suas donandi,amicitiámq; propinquitati,& gratiam prætulit necessitati, pecuniámque mancipium fecit possessorum. Nec indefinitè tamẽ citra delectũ dare indulsit: sed si non per morbũ vel medicamẽtum,nec vinculis, vel vi adstrictus, vel vxoris inductus esset blanditiis. Rectè atque ordine, improbis modis inducaris, an
C vim patiaris nihil ratus interesse,sed dolũ vi,& voluptatẽ dolori conferens,quasi æquè de statu mentis deiicere homines valeãt.Profectiones quoq; mulierum, luctúsque & festa lege adstrinxit incõditam licentiam coercente. Proficiscenti foras tres non amplius stolas permittit habere,neq; plus cibi vel potus secum efferre quàm obulo emptum,neque calathum cubitali maiorem, nec de nocte nisi curru vectam ad lucernam iter facere. Lacerationes plangentium,ploratum exci tantia & eiulatum in alienorum funeribus sustulit.Pa-
D rentare boue interdixit, vel amplius tres vestes cum mortuo condere: ad aliena monumenta nisi in iustis exequiarũ accedere:quorũ sunt etiam nostris legibus vetita pleraque. Adiectum nostris est,vt qui ea admittunt, quasi perturbationibus & erroribus erga propinquos suos eneruibus & effœminatis aspersi mulctentur à gynæconomis. Porrò vrbem quum videret hominibus quotidie in Atticam vndiq;,propter libertatem & securitatem confluentibus compleri, agrum autem ferè infœcundum malignúmque : eos verò qui mare exerceant, nihil solere iis qui nihil reddere ha-

beant, importare : traduxit ad artificia ciues,tulitque A
legem ne filius parentem, qui ipsum non docuisset 165
artem, cogeretur alere. Nam Lycurgo quidem qui vrbem colebat à turba defecatam peregrina,agrúmque haberet multis multum,qui plus bis totidem ciuibus(vt ait Euripides)esset alendis : præsertim quia Ilotica multitudo,quam præstabat non marcescere otio, sed perpetuis attritam laboribus esurire,erat Lacedæmoni circunfusa,satius erat odiosis exolutos & vilibus negotiis ciues armis alligare,vt eam vnam artem arriperent,meditarentúrque. At Solon,qui rebus B
potius leges,quàm res applicabat legibus,& considerabat agri indolem vix araturibus sustentandis esse, neque segnem posse & residem turbam tolerare, artibus adiecit dignationem:& curiæ præcepit Areopagitarum,quónam se quisque tueretur quæstu obseruare,atq; in otiosos animaduertere. Illud verò iam durius,quòd ad alẽdos parentes nõ astringerentur(vt autor Ponticus est Heraclides) ex meretricib' procreati. Quippe nuptiarum decus qui prætereat, profitetur se C
non liberorum gratia, sed voluptatis asciscere mulierem : habétque mercedem suam, neque locum [illegible] quærendi reliquit de genitis, quibus ipsam reddidit probrosam natiuitatem. At nihil omnino importunius videtur legibus illis quas tulit de mulieribus Solon. Nam adulterum interficere deprehendenti permisit:sin verò liberam fœminam rapuerit quis, eique vim intulerit, huic centum drachmarum præfiniuit mulctam. Si lenocinetur, viginti drachmarum,excep tis quæ propalam venales sunt, meretrices dico:hæ D
enim palàm adeunt ad eos qui dant mercedem. Præterea filias vendere aut sorores interdicit, extraquam virginem in stupro ab ipso deprehensam.Atqui absurdum est vt idem factum modò asperè & atrociter vindicet, modò leniter quasi per ludum mulctam indicat translatitiam pecuniariam. Nisi quia id temporis 166
non abundabant Athenæ argento,eius difficultas intendit pœnas pecuniarias.Nam in sumptum victimarum ouem imputat, & pro medimno drachmam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Victori ludis Isthmiis cētum drachmarum præmium assignauit, Olympiacis quingentarum. Ei qui lupum attulisset, dedit quinque drachmas, qui lupam, huic vnam, vt Demetrius Phalereus est autor: atque hoc pretium ouis esse, illud bouis. Nam quas in sextadecima tabula præscribit eximiarum hostiarum taxationes, eę erant haud dubiò longè maiores. Sunt alioquin illæ quoque vt hoc seculo tenues. Est autem translatitium apud Athenienses, qui agrum habent pecori quàm aruo commodiorem, bellum cum lupis gerere. Ac
B sunt qui tribus tradant non ab Ionis filiis, sed à generibus, in quæ distributa à primordio studia hominum fuerunt, nomina sortitas: ita bello deditos, appellatos Hoplitas, operi Ergadas. reliquorum duorum agriculturæ incumbentes, Georgos, qui pecuariam faciebant, Ægicoras. Quia verò nec amnes perennes, neque lacus, neque fontes abundè suppeditant regioni, verùm puteis manufactis vruntur ferè, legem scripsit, vbi puteus publicus intra hippicum esset, eo vti vt esset ius. Hippicum spatium quatuor stadiorum erat, a priuatam aquam perquisitam arent, vbi maius inueniret interuallum. Quòd si fossa decem passus in altum depressa, aquam in suo non inuenissent, tunc vt sumerent à vicino, & sex congiorum hydriam bis die implerent. Inopiæ enim subueniendum, non alendam existimabat ignauiam. Ad hæc modum plantandi digessit perquam artificiosè. Aliam arborem qui in agro suo plantaret, eum à vicino absistere pedes quinque imperauit: qui ficum aut oleam, nouem: quòd radices agant hæ longius, neque sit omnibus earum innocens vicinia, sed & alimentum eripiant, & halitum
D efflent aliquibus infestum. Scrobem aut fossam qui ducere velit, eum recedere tam longè iussit à fundo alieno, in quantam profunditatem depresserit eam. Qui
167 apum aluearia collocat, abscedere à prius positis alienis pedes trecentos. Ex fructibus solum oleum dedit peregrinis distrahendi facultatem, aliorum exportationi interdixit: eósque, qui quid euexissent, archontem iussit deuouere, aut ipsum ærario dependere centum drachmas. Prima tabula est quæ hanc legem con- A
tinet. Vnde non est semel illis abroganda fides, qui aiunt olim etiam ficuum vetitam exportationem fuisse, & delatorem exportantium à delationibus factitandis, *quod Græci σύκων vocant*, dictum sycophantam. Legem præterea scripsit, si quadrupes pauperiem fecerit, in qua canem qui momorderit, ligatū quatuor cubitorum cathena noxæ dari præcipit. Hoc commentum scitum est ad securitatē. Iam lex etiam de ciuibus ad scriptitiis scrupulū præbet, quia recipi ciuitate vetat, nisi qui sint in perpetuum exilium patria sua exa- B
cti aut cum toto domicilio Athenas artis suæ exercēdæ gratia commigrauerint. Quod fecisse ferunt eum non tā summouendorum causa alienigenarum, quàm inuitandorum Athenas spe certa in cōmunicationes se venturos ciuitatis, simul fidos exīstimās fore hos quòd consultò, illos quòd coacti patriā suam repudiauissent. Proprium verò est Solonis institutū epulatio in curia, quod συσσίτιον ille appellauit. siquidē non permittit eidem illic epulari frequenter. Sin autē ille cui id dela- C
tum sit, contemnat, infligit ei pœnam, ratus hoc honoris publici fastidium, illud esse plus æquo appetentis. Has leges in centum annos omnes sanxit. Relatæ fuerunt in axes vel tabulas quadratas ligneas, quas Axonas dicunt, thecis inclusas aliquanto longioribus quàm largioribus in quibus vertebantur, quarum in Prytaneo adhuc nostra memoria tenuia extiterūt vestigia. Appellabantur autore Aristotele Cyrbes. Ac Cratinus comicus de Solone & Dracone ait, Iam qui- D
bus nunc cyrbibus torrēt legumina. Aliqui volūt eas in quib' sacra & sacrificia sunt descripta, propriè cyrbes, axonas fuisse appellatas cæteras. Senatus autē stabilituros leges Solonis se commune iusiurandum pere 168
gerunt, singuli autē thesmothetæ conceptis verbis peculiare iuxta Lithon (suggestus est in concione Athenis) siquam violassent legē, auream statuam paris sibi ponderis Delphis ipsos dicaturos. Perspecta autē mensis varietate, nec cursum lunæ vel cum exortu solis vel cum obitu prorsus congruere: verùm subinde eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A solem eodem die & assequi & prætergredi: hunc ipsum diem νέαν καὶ ἕνην, id est, nouissimam & primam lunam iussit appellari, partem eius quæ coitum cum sole lunæ antecedit, desinenti: residuam inchoanti arbitratus attribuendam. Et fuit certè primus qui Homerum percepit canentem,

Hic quum desierit mensis, tum cœperit ille.

Insequentem diem νουμηνίαν vocauit. Dies mẽsis, qui succedunt vigesimo, non attexendo, sed detrahendo & retexendo, vt lumen lunæ aduertit, vsque ad tricesimum numerauit. Quia verò perlatis legibus, adibant indies aliqui Solonem, qui vel laudarent eas vel obtererent, vel monerent vt tabulis intexeret vel demeret quod cuique in mentem veniret: plurimi verò quærerent & percunctarentur, peterentque quemadmodum accipiendum quidque esset, quámque haberet sententiam, vt explanaret & enodaret: considerans, ni faceret ea, rem insolentem fore, & si faceret, inuidiosam: atque eas ambiguitates statuens omnino declinare, importunitatémque subterfugere & querimonias ciuium (nam vt ipsemet ait,

Omnibus in magnis difficile est cauere)

ad speciem peregrinationis munus naucleri prætexens, impetrato à populo Athenienſe, vt abesse sibi decennium liceret, nauem conscendit: interea fore sperans illis leges suas familiares. Primùm in Ægyptum est delatus, ibique commoratus, vt ipse antè dicit,

Fancibus in Nili, qua littora curua Canopi.

D Aliquantisper etiam cũ Psenophe Heliopolita & Sonche Saita inter sacerdotes literatissimis, in contemplanda egit sapientia: ex quibus audiuit (vt autor Plato est) sermonem Atlanticum, quem versibus apud 169 Græcos exorsus est explicare. Inde in Cyprum nauigauit, vbi in summa gratia fuit apud quendam illius regionis regem Philocyprum. Habebat oppidum hic exiguum à Demophoonte Thesei filio ad Clarium amnem conditum, munito quidem loco, sed aspero & sterili. Ei Solon, quum esset lætus campus subiectus, illuc suasit vt vrbem transferret, amœniorémque &

ampliorem excitaret. Atque ipse præsens, vt frequen- A
taretur oppidum cultoribus, curam egit, sociúsque fuit regis in constituendo eo cum ad vitam tum ad securitatem cõmodissimè tuendam. Vnde frequentes incolæ confluxerunt ad Philocyprum æmulatique hoc sunt cæteri reges. Quare Soloni honorem habuit, nominatæ vrbe, quæ dicta antè Æpea fuerat, ab huius nomine Solis. Huius enim conditæ vrbis ipse meminit, Philocyprum eam in Elegiis appellans,

Atqui iste Solis (inquit) nunc longo tempore regnat
Incolito hanc vrbem, túque genusque tuum. B
Me cum pace quidem, Gernis redimita coronis
Dimittat clara sed Citherea Cypro,
Et celeri patriæ repetentem littora nauí,
Dirigat in portum candida dina meum,
Gratésque atque deum, fuerim quæ condator vrbi,
Soluat ea, & nostrum dextra secundet iter.

At Solonis cum Crœso congressum temporibus quidam, vt commentitium, refellere se putant posse. Ego verò historiam adeo illustrem & tam multis consignatam testibus, & quod maius est, cum Solonis moribus C
consentaneã, illiúsque magnitudine animi dignam & sapientia, non possum in animum inducere vt repudiem ob chronicas quasdam, quas vocant regulas, quas sexcenti corrigentes nihil hactenus constituere certi, in quo consentiant inter se de pugnantibus, valuêre. Soloni ergo Sardeis aiũt ad Crœsum eius rogatu profecto, simile quiddã accidisse atque homini terrestri, qui primùm petit mare. Ille enim alium ex alio 170
fluuium quũ videt, putat eum æquor esse, item Soloni aulã permeanti & multos contẽplanti ex aulicis splen- D
didè cultos, ac pompose incedentes cum comitũ atque stipatorum agmine, vnusquisque videbatur Crœsus esse, quousque ad illum ipsum est deductus circũiectum omni cultu qui ex gemmis, colore vestis, ex auro fabrefacto ad nitoris elegantiam vel præcellentiam vel admirationem parari potuisse videbatur: quo nimirum spectaculum ei præberet quamaugustissimum politissimúmque. Cæterùm vt coràm astans nõ modò

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nihil est motus Solon, nec ad eam speciem vocem misit pro Crœsi expectatione, verùm etiam ingenuè declarauit sanis illius insolentiæ se & ineptiarum nullam ducere rationem, iussit ei thesauros pecuniæ suæ aperiri, & vt duces regium omne instrumentum & splendorem ostenderent. At nihil erat istis opus Soloni: facilè enim ipse ille poterat in semetipso ingenium & mores suos demonstrare. Vt igitur contemplatus omnia & reductus est, num quem hominem requisiuit ex eo Crœsus se nosset beatiorem.

B Quum dixisset Solon Tellum nosse se ciuem suum, recèsuisséque bonum virum Tellum fuisse, & honestis relictis liberis, quum nihil ei in vita abfuisset, fortiter pro patria dimicantem cum laude mortem oppetisse. Habebat iam pro stipite eum & trunco Crœsus, quòd neque auri neque argenti vi metiretur beatitudinem, sed hominis vitam & obitum popularis priuatique tam immensæ potentiæ & imperio anteferret. Tandem tamen rogauit eũ denuo, secundum Tellum num quem cognosceret beatiorẽ alium. Verùm occur-

C rente iterum Solone, Cleobin & Bitonem singulari & inter se & in matrẽ pietate viros, qui remorantibus bobus iugum ipsi plaustri subiissent, genitricémque ad Iunonis traxissent delubrum, gratulantibus ei ciuibus exultantem: inde sacris peractis epulati, non surre-

171 xissent postridie, sed in tanta gloria vitam cum morte citra vllum dolorem vel cruciatum reperti essent commutasse. Quid nos? (inquit iam ira incensus Crœsus) nullóne nos numero inter beatos habes? Cui Solon no-

D lens vel adulari ei, vel vltrà asperare, Græcis (inquit) rex Lydorum, quum mediocria dii dederunt alia, tum sapientiam quandam ex mediocritate meo iudicio constantem plebeiámque, nõ regiam aut splendidam, quæ vitam considerans varietati fortunæ expositam, non sinit nos præsentibus bonis animos tollere, neque vllius suspicere felicitatem vicissitudini opportunam temporis. Offert enim vnicuique ex improuiso futurum alias atque alias conuersiones. Cui verò prosperitatẽ Deus exitu confirmauit, hunc numeramus beatũ

at viuentis adhuc & periculis in vita propositi beati- A
tudo, sicut certantis præconium & corona, fluxa est & vana. Ea fatus Solon digressus est, & offendit, non correxit Crœsum. Erat eadem tempestate Sardibus fabularum scriptor Æsopus, quem Crœsus acceptum in honore habebat. Hic vicem Solonis doluit illiberaliter dimissi, monénsque eum, Cum regibus, Solon (inquit) est aut nequaquam aut quamiucundissimè agendum. Cui Solon, Minimè, inquit, imò nequaquã aut quamoptimè. Ac tunc quidem Solonem Crœsus tantopere despexit. Postquam verò acie fuit à Cyro victus, amis- B
saque vrbe, vinus venit in potestatem eius, & crematus fuit, vinctúsque pyræ extructæ inspectãtibus Persis omnibus & assistente Cyro est impositus, quantum intẽdere valuit vocẽ, exclamauit, Solon, Solõ, Solon. Id miratus Cyrus misit quæsitum ex eo quisnam deorum vel hominum esset Solon ille, quem in rebus perditis vnũ cieret. Crœsus nihil dissimulans, Hic vir, inquit, in sapientibus Græciæ vnus fuit. Quem ego accersi- 172
ui, non quidem quo quicquam audirem, aut quibus habebam opus, discerem: verùm vt mihi scilicet spectator esset, & illius tantæ meæ abiret testis felicitatis, C
cuius mihi amissio profectò plus attulit mali quàm boni adeptio. Nam verbo fuit & opinione eius bonum præsentis, sed inclinatio in calamitates mihi reuera euadit graues & lugubres. Atque vir ille ex ea fortuna præsentem augurans, finem monuit me vt vitæ spectarem, neque volubili elatus fiducia ferocirem. Quibus ad Cyrum relatis, vt qui sapientior esset Crœso, & exemplo videret testatum sermonem Solonis, non modò
liberauit Crœsum, sed & dum vixit, honore est eum D
prosequutus. Retulit autem eam Solon laudem, quòd duorum regum vno dicto alterum seruasset, alterum erudiuisset. At Athenis omnes per Solonis absentiam in seditionem exarserant. Dux erat Pediæorum Lycurgus, Paralorum Megacles Alcmæonis, Pisistratus Diacriorum, in quibus capite censi erant locupletibus imprimis infesti. Vigebant quidem etiam tum in ciuitate leges Solonis, sed ad res nouas spectabant, & de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A siderabant omnes alium reip. statum. Sperabant, non quod æquum erat, sed aliena quoque se assequuturos in mutatione, & aduersam partē vndequaque oppressuros. In hoc rerum statu regressus Solon Athenas, erat quidem in magna apud omnes reuerētia atque honore, cæterùm ad dicendum vel agendum in publico nec vires aderant ei præpediente senio nec alacritas: capita verò factionum seorsum appellās, tentabat discutere discordias, eósque reconciliare, præcipuè auscultante ei (vt apparebat) Pisistrato. Etenim blandus
B hic erat, & suauis in sermone, refugium pauperum, in gerendis simultatibus facilis moderatúsque. Quum autem etiam ea quæ natura denegasset sibi adumbraret, maior ei, quàm illis qui ea obtinerent, fides erat vt pudenti viro & modesto, ac imprimis amanti, vt sieri
173 alii, æquitatis, grauitérque ferenti siquis præsentem rerum statū moueret, aut rebus studeret nouis. Quippe his artibus plebi imposuit. At citò deprehendit ingenium eius Solon, fraudémque primus introspexit: non suscepit tamen odium eius, verùm demulcere ni-
C tebatur eum & corrigere, dixitque tum ei tum aliis, siquis principatus cupiditatem elideret ex animo eius, & dominandi mederetur libidini, non esse ad virtutem magis factum nec ciuem meliorē alium. Quum iam mouere Thespis cepisset tragœdiam, & retineret rei nouitas multitudinem (necdum enim ad certaminis contentionem euaserat res) quòd audiendi & discendi Solon studio teneretur, magísque in senectute in otium ludúmque se, & verò etiam in conuiuia atque musicam remitteret, ipsum agentem (vt mos erat
D veterum) spectauit Thespin. Mox sub ludis conuenit eum, quæsiuitque ecquid ipsum puderet in tanta corona tanta proferre mendacia. Vbi respondit Thespis, non esse indignum ei per ludum vel dicere vel facere, Solon terra baculo grauiter percussa, At breui, inquit, qui nunc probamus & amplectimur hunc ludum, reperiemus eum in contractibus & negotiis. Vt verò semet ipse Pisistratus confauciauit, atque ita rheda in forum delatus, populum, tanquam insidiis inimicorum reipublicæ causa esset circumuentus, inflam- A
mauit, multique vicem eius indignabātur fremebántque, propius accedens Solon & assistens ei, Parum recte, inquit, agis fili Hippocratis Homericum Vlyssem. Eadem enim designas ad fallendum ciues, quibus hostes ille flagris à semetipso mulctatus elusit. Inde prœstò plebs fuit ad protegendum Pisistratum, & ad concionem venit populus. Vbi quum ferret Aristo vt quinquaginta stipatores stationarii ei assignarentur, surrexit Solon ad id dissuadendum, multáque commemorauit his similia, quæ carminibus mandauit, B

Nam vos lingua viri, vos blandimenta morantur. Et, 174
Vestigium quisque quidem vulpis vestigia figit,
Verum tota cohors pessima cæca gerit.

At quum inopes cerneret studiosos Pisistrati, & tumultum cientes, locupletes verò ob metum fugæ consulentes, recessit, dicens his se fortiorem, illis esse prudentiorem. prudentiorem iis qui quid agebatur, non intelligerent: fortiorem aliis qui quum intelligerent id quod agebatur, obsistere tamen dubitarent tyrannidi. Postquam eam rogationem sciuit plebs, non an- C
xiè deinceps de numero satellitum disceptauit cum Pisistrato, verùm quotcunque aleret & cogeret, apertè conniuit, dum ille occupauit arcem. Inde tumultuante ciuitate, confestim Megacles cum Alcmæonidis cæteris profugit. Solon, etsi exacta iam ætate esset, neque vllum haberet subsidium, in forum progressus, tamen habuit ad ciues concionem, qua partim stultitiam eorum & ignauiam est insectatus, partim accendit & incitauit eos ne desererent libertatem. Quo tempore etiam hoc celebre dictum commemorauit, D
Fuisse antè ipsis exorientem reprimere tyrannidem expeditius, nunc grandius esse & illustrius constitutam iam & adultam excindere & euertere. Vbi verò nemo ob pauorem audiuit eum, domum discessit, sumptísque armis atque pro foribus in vico positis, Ego quidem, inquit, quantum potui, patriæ & legibus succurri. Ac deinceps tenuit se in otio, neque amicis, vt solùm verteret monentibus audiens fuit,

A verùm carminibus scriptis improperauit Atheniensibus,

175 *Si vestra stetit culpa tot tristia passi,*
Ne Scliis traset noxia turba dris:
Hos auctos ipsi vos euexistis in arcem.
Nunc ergo domini vos iuga ferre decet.

Quamobrem docentibus multis mortem ei impendere à tyranno, rogantibúsque qua re fretus adeo loqueretur temerè, Senectute, respondit. Atqui Pisistratus sanè potitus rerum ita, Solonem obseruauit, honore &
B beneuolentia prosequens eum, accersénsque vt hic in consilio illius esset, multáque eius instituta probaret. Nanque leges pleraſque Solonis retinuit, iisque paruit ipse princeps, & amicos coegit. Quippe iam in dominatu apud Areopagitas cædis accusatus, modestè ad iudicium stetit ad causam dicendam, quam tamen deseruit accusator. Præterea leges ipse alias scripsit, inter quas est illa, vt mutilati in bello ex ærario alantur. Cæterùm id Heraclides ait, quum antè in Thersippo membris truncato Solon decreuisset, Pisistratum imi-
C tatum. Vt autem Theophrastus scriptum reliquit, nec legem de otiosis Solon, sed Pisistratus tulit, qua agrum redderet cultiorem, & infrequẽtiorem vrbem. At Solon quum argumentosam de Atlantico sermone vel fabula inchoasset commentationem, quam ex doctis Sai acceperat conuenientem Atheniensibus, elanguit, nõ propter occupationes, vt Plato vult, sed potius ex senio, operis magnitudine deterritus. Nam otio quidem eum abundasse indicant hæ voces,

Addiscens fio nocte dieque senex. Et,

D *Sunt Veneris Bacchique mihi nunc munera cordi,*
Musarúmque viros quæ recreare solent.

Atqui Plato argumentum Atlanticum prægestiens vt amœni loci aream desertam, quę proximitatis iure ad ipsum rediret, excolere & expolire, cinxit ingentibus vestibulis, septis & atriis, qualia scriptum nullum a-
176 liud nec fabula nec poema habuit, aditum. Sed quia serò admouit ei manum, opus letho anteuertit. Et quo magis, quæ scripta sunt, oblectant, eõ grauius operet

angunt non consummato. Vt enim vrbs Atheniensis A templum Iouis Olympii, ita argumẽtum Atlanticum inter scripta multa præclara solum reliquit Platonis sapientia imperfectum. Porrò fuit superstes Solon, Postquam occupauit Pisistratus tyrannidem, vt memoriæ tradidit Põticus Heraclides, per multos annos. vt Phanias Ephesius, minus duobus annis. Siquidem cœpit Pisistratus dominari Comia archonte: Hegestrato verò archonte, cuius magistratus proximus Comię fuit, Solonem refert Phanias obisse. At combusti cineres fuisse per Salaminiorum insulam dissipatos, est absurdum, vt absonũ planè sit à fide & fabulosum, quod D proditum est tamen cum ab aliis testibus assiduis, tum ab Aristotele philosopho.

PLVTARCHI

P. VALERIVS POPLICOLA. C

Cvm tali viro nos Solone cõparamus Poplicolam, cui pòst hoc nomen populus Romanus honoris causa tribuit, antè fuit P. Valerius dictus. Apparet hunc fuisse ortum ex Valerio, qui apud maiores, vt Romani & Sabini armis depositis in vnum populum coirent, præcipuus fuit autor. Hic enim est ille qui præ cæteris reges ad colloquium perpulit conciliauitque. Eius ergo Valerius stirps, vt fama est, quum adhuc foret sub regibus Roma, insignis eloquentia erat & diuitiis: quorum his ad liberalitatem & humanitatem erga inopes exercendam, illa rectè & liberè 177
pro iustitia vtés, magnam statim expectationem præbuit, siquando sui iuris esset resp. fore vt primum locum obtineret. Postquam verò Tarquinium Super-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bum, qui nec bonis artibus regnum, sed impiè & nefariè parauerat: neque regia administrabat virtute, sed superbè & tyrannicè: populus perosus & grauatus casum Lucretiæ, quæ ob stuprum oblatũ semet ipsa trucidauit, ansam cepit ab eo desciscẽdi, ac L. Brutus moliens nouare res, primum consilium consociauit cum Valerio, quo acerrimo adiutore reges expulit: quãdiu putabatur populus vnum regis loco electurus ducem, conquieuit Valerius, imperium existimans ad Brutum, qui auspicem præbuerat se ad libertatem, pertinere potiùs. Quia verò auersus erat ab vnius dominatu populus nomine, atque æquiore animo dispertitam videbatur summam potestatem laturus, ideóque duos destinaret, poscerétque, spe concepta cum Bruto se consulem designatũ iri, offendit. Collega enim Bruto datus inuito est, pro Valerio Lucretiæ vir Tarquinius Collatinus: non ille quidem virtute Valerio præcellentior, sed primores metu adhuc suspẽsi multa adhuc foris molientium regum & lenociniis solicitantium ciuitatẽ, ducem quærebant quamacerrimum & implacabilẽ eorum hostem. Id indignè ferens Valerius, ideo minorem fidem haberi sibi omnia pro patria experturum, quia nulla priuatim se pepulisset iniuria tyrãnorũ, abstinuit curia, foro tẽperauit, & reip. semel depositi procurationem. Quare sermonem & metum præbuit vulgo, ne offensione animi cum regibus conspiraret, témque publicã & ciuitatem adhuc nutantem euerteret. Quũ verò suspectaret Brutus præterea nõ
378 nullos alios, statuerétque solennibus adhibitis victimis stata die senatũ iureiurando adigere, perquam æ laeria Valerius descẽdit in forũ, iurauitque primus nihil se concessurũ vel indulturũ Tarquinio, sed libertatem pro viribus defensurũ. Vnde magno gaudio senatum, simul fiducia consules erexit. Mox iuramentum re confirmauit. Legati venerãt à Tarquinio cũ literis populariter scriptis sermonibúsque modestis, quibus plebem inflecti putabat posse, quòd præ se ferrent spiritus illos deposuisse regem, & æqua postulare. Quos quũ consules ad populũ censerent producendos, haud

Permisit id Valerius, sed obstitit & intercessit, ne inopi multitudini, quę magis à bello quàm regno abhorreret, semina & materiam darent turbandæ reipublicæ. Mox alii missi legati, qui Tarquinium regno se abdicare & arma attulerũt positurũ, bona modò & pecuniam repetere sua, amicorúmque & familiariũ, vnde in exilio se tolerarent. Quum inclinarent multi in eam sententiam, & præcipue vrgeret eam Collatinus, Brutus acris vir animi & ad iram asperi, prouolat in forum, proditorem collegam clamitans, qui belli & dominatus subsidium largiretur iis quibus vt viaticũ exilii decerneretur, nulla esset ratione tolerandum. Ibi pro concione princeps C. Minutius, homo priuatus, Brutum monet, & populum hortatur, viderent vt ea pecunia se potius aduersus tyrannos, quàm aduersus ipsos armarent tyrannos. Ad postremum vicit tamen ea sententia apud populum Romanum parta libertate, pro qua pugnabant, ne pecuniæ causa profunderent pacem, verùm vnà cum tyrannis pecuniam exterminarent. Atqui Tarquinius eam in minimis ponebat, sed repetitio illa spectabat eò vt simul & populum pertentaret, & consilia strueret proditionis: eámque 179
moliebantur legati, causæ moræ illa bona prætexentes, dum partim distrahere, partim seruare, alia auehenda curare se iactant: quoad corruperunt duas familias, quæ magna in æstimatione habebantur, Aquiliorum, in qua tres senatores, & Vitelliorum, in qua duo erant, omnes Collatini consulis sororum filii. Iam alia necessitudo cum Bruto Vitelliis peculiaris intercedebat, quòd sororem eorum haberet Brutus in matrimonio, numerosámque ex ea prolem, ex qua duos iam adolescentes propinquos suos & familiares Vitellii asciuerunt, & ad coniurandum impulerunt, quo insererent se in inclytam Tarquiniorum familiam & spes regias, atque ita patris stoliditate & asperitate explicarent. Asperitatem enim vocabant illius aduersus improbos seueritatem. Stoliditatis, qua specie & obtentu securitatis causa diu fuerat apud tyrannos vsus, nec pòst effugit cognomen. Vt igitur hi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A adolescentes pellecti in colloquium cum Aquiliis ve-
nerunt, omnibus visum est hominis iugulati sangui-
libato & visceribus tactis, magnum & dirum
randum concipere. Ad eam rem in domum Aquil
rum congrediuntur. Erat nimirum domus vbi ea
agenda, vasta & obscura. In ea seruus Vindicius
prudētibus illis delitescebat, non fraude, aut agi qua
quam eiuscemodi odoratus, sed quum esset forte
tuna ibi, illisque subitò superuenientibus offerre se
midaret, substitit, atque pone aream ibidem posit
abdidit se. Ita & quæ gesta ibi fuerunt contempla
B est, & excepit eorum consilia. Statuerant consules ob
truncare, in quam rem literas ad Tarquinium scripta
180 dederant legatis. Nam ibi diuertebant hospitio acce-
pti ab Aquiliis, & tunc coniurationi intererant. Vbi
his patratis digressi sunt, subducens se inde Vindicius
quid hac in re faceret, non satis expediebat, sed hæsi-
bat, graue esse, id quod erat, ratus de criminibus atro-
cissimis deferre apud patrem filios, aut apud auunculum
sororis filios Collatinum, neque quisquam occurre-
C rebat in populo Romano priuatus, cuius fidei res ea
di tam arcanæ possent. Contrà quū quidem cupi-
quam continere posset eas, conscientiáque stimulare-
tur facinoris, contulit se ad Valerium, eius adducitur
comitate & humanitate, quòd facilis indigentibus ex-
set ad eum aditus, domúsque eius omnibus pateret,
nec colloquium vllius abiecti hominis aut postulatur-
nem reiiceret. Hunc vt adiit Vindicius, omnáque fra-
lo præsente Marco fratre & vxore ei detexit, obstupe-
factus atque perhorrescens, non putauit dimittendum
D hominem, verùm inclusit eum in cubiculo, relicta ad
custodiam ianuæ vxore. Inde fratrem iubet ad litera-
siqua posset, occupandas & seruos detinendos, atrium
regium cingere, ipse cum clientibus & amicis, quos
semper circa se frequentes habebat, atque cum multis
seruitiis ad domum Aquiliorum, qui tunc nōn erant
intus, cōtendit. Ita præter omnium expectationem in-
rumpens per ostium, literas illic positas offendit, vbi
diuertebant legati. Interea accurrunt Aquilii, & ad
ianuam

ianuam, vt epistolas extorqueant ei, manus conserunt. A
Hi resistunt, & togis collo circumiectis vix vi inter se
mutuò per vicos impellentes in forum perrumpunt.
Eadem fortuna circa atrium regium fuit, vbi Marcus
alias epistolas, quæ cū supellectile exportabātur, op-
pressit, ac seruos regios, quotquot potuit, protraxit in 181
forum. Sedato per consules tumultu, vbi Vindicius est
iussu Valerii ex cubiculo productus, sontibúsque accu
satis recitatæ literæ, neque illi quicquā quod respon-
derent, habuerunt, cæteri coniectis in terram oculis
conticescebant. Pauci in Bruti gratiam exilii fecerunt B
mentionem. Et verò etiam Collatini lacrymæ spem
eis lenioris sententiæ & Valerii silentium faciebat. At
Brutus vtrunque filium nomine compellans, Age Ti-
te, inquit, age Valeri, quid respondetis ad crimina hæc?
Vbi ter interrogati nihil respōderunt, tum ad lictō-
res conuerso vultu, Iam reliquæ, inquit, vestræ partes
sunt. Illi confestim iniiciunt adolescentibus manus,
togis spoliant, manibus post tergum illigatis corpora
virgis cædunt. Ibi aliis oculos auertentibus, nec specta-
culum illud ferentibus, fama est faciem illum nus- C
quam aliò detorsisse, nec misericordia quicquam de
solita vultus austeritate & seueritate mutauisse, sed tor
uè filios in medio supplicio intuitum, dum humi ex-
tēsos securi percussēre. Inde permittēs reliquos colle-
gæ, discessit, re perpetrata quam nemo vel laudauerit
satis vel vituperauerit. Quippe aut virtutis celsitudo o-
mnem sensum animo eius excussit, aut perturbationis
moles callū obduxit dolori. Est neutrū autem vulga-
ris aut humani ingenii, sed vel diuini vel beluini. Arqui
æquius est vt suffragetur iudicium gloriæ Bruti, quam D
virtuti fides iudicantis imbecillitate detrahatur. Ne-
que enim ita arduum populus Romanus fuisse Ro-
mulo æstimat condere vrbem, vt fundare & constitu-
ere remp. Bruto. Postquā igitur ex foro digressus est,
stupor horrórque & silentium omnes ob hoc factum
diu defixit. At mollities Collatini & cūctatio animum 182
dedit Aquiliis vt diem postularent ad se purgandum,
vtque Vindicius seruus suus ipsis restitueretur, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

detineretur ab accusatoribus. Quæ concedere quum intenderet Collatinus, iámque concionem dimitteret, non dubitauit Valerius hominem retinere, turbæ, qua cinctus erat, immixtum, neque populum dimissis proditoribus digredi permisit: postremò corporibus eorum manus iniicere, Brutúmque appellare, ac rem indignam esse vociferari, si filiorum necandorum necessitate collegæ imposita, condonãdos Collatinus mulieribus patriæ proditores & hostes existimaret. Ibi exardescente consule, & vt Vindicium abducerent iubente, hinc lictores repulsa turba eum prehendunt, siqui obsistunt, hos pulsant: illinc necessarii Valerii defendunt eum ab iniuria, populúsque Brutum inclamat. Qui reuersus, facto silentio, ait de filiis satis fuisse suum iudicium, de cæteris ciues qui libertatem haberent, in suffragia se mittere. Dicat (inquit) qui volet, & causam probet populo. Enimuero non iam moratus populus est orationes, sed quum suffragia iissent, ab omnibus damnati, & securi sunt percussi. Erat verò iam Collatinus vel ob propinquitatem regum in nonnulla suspicione, deinde alterum eius nomen detestabantur Tarquinium: quum præterea populum in hac causa offendisset, vltrò abdicauit se magistratu, & in exilium iuit. Itaque comitiis iterum habitis, Valerius magnificè est consul renuntiatus, retulitque ei populus dignã egregia illa voluntate gratiam: cuius hic ferre Vindicium arbitrans debere partem, tulit ad populum vt primus ille libertus ciuitate donaretur, & suffragium in qua vellet adscriptus tribu ferret. Aliis libertis serò diúque pòst per ambitionem popularem Appius suffragii ferendi ius dedit: atque ex huius nomine Vindicij, qui solida libertate fuit donatus, dicitur Vindicta manumissus. Inde bona regũ diripienda plebi dedere: domum regiam & atrium solo æquauerunt. Amœnissimã campi Martij partem possidebat Tarquinius, quam Marti consecrauerunt. Fortè ibi tum messis erat, iacebántque adhuc manipuli. Eam frugẽ, quia ob consecrationem religiosum erat triturare & consumere, magna vis hominum in

flumium coniecit, mox arbores cæsas eôdem congessit, planéque inscultum agrum & otiosum reliquerunt deo. Quum multa autem confertim coaceruarentur, non longè sunt amne delata, sed quo primi acerui in vadis hæsitantes concedere. Quia verò aggestæ materiæ non patebat transitus, sed applicabatur illigabatúrque, accepit cõpages vinculum & soliditatem auctam ab vnda. Nam limum affatim inuexit, cuius præbuit adiectio incrementũ pariter & firmamentũ: neque appulsus eius commouit, imò molliter premendo coegit omnia & cõstrinxit. ob eam amplitudinẽ & firmitatem maior ei in dies facta accessio est, & adiunctũ spatium, quod plurima accepit eorũ quæ amne deferebantur. Insula ea nunc in vrbe sacra est, in qua templa deorum sunt & ambulationes: vocatur Latina voce, Inter duos pontes. Alij hoc accidisse ferunt, non quum consecraretur campus Tarquinij, verum postea vicinum illi alium fundũ quũ Tarquinia dedicaret. Virgo hæc Tarquinia ex Vestalibus vna fuit: quamobrem magnos est consequuta honores, in quibus fuit testimonij dictio, quam inter fœminas obtinuit sola. Nam concessum ei plebiscito ius nubendi non vsurpauit. Hęc ita fabulantur facta. Tarquinium vbi vidit ad recuperandum regnum dolo viam obseptam, receperunt prompto animo Thusci, eúmque ingenti manu institerunt reducere. Aduersus quos consules Romani legiones eduxerunt aciémque instruxerunt in locis sacris, quorum alterum Arsiam syluam, alterum Æsuuia prata vocant. Quum iam ad manus esset ventum, Tarquinij filius Aruns & Romanus consul Brutus, haud fortuito inter se occursu, sed odio inter se inflammati & ira hic tanquam in tyrannum & hostem patriæ, ad pœnas ille expetẽdas exilii sui, concitant infesti calcaribus equos. Qui ira magis quàm cõsilio concurrentes, suique protegendi immemores simul cecidêre. Tam acris prolusionis nõ habuit certamen meliorẽ exitum, sed magna vtrinque strage edita tempestas acies diremit. Vnde æstuabat Valerius, quòd euentum ignoraret pugnæ, & milites cerneret tam cæde suorum perculsos, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hostium erectos. adeo indiscreta & compar strages ob multitudinem fuit. Veruntamen aspectus ex propinquo funerum suorum ostendebat vtrisque magis cladem, quàm victoriam coniectura hostilium. Superueniente nocte, qualem à tam cruenta pugna verisimile est, quum castra teneret silentium, perhibent concussum lucum fuisse, atque ex eo ingentem editam vocem, vno plus Hetruscorum quàm Romanorum cecidisse in acie. Fuit ea vox haud dubiè diuina: siquidem ilicò ab ea arrectis & sublatis Romanorum animis castra

B personarum, Hetrusci verò perfusi terrore & attoniti castra deseruerũt, atq; dilapsi penè omnes sunt. Mora-
185 tores paulo minus quinque millia Romani adorti ceperunt, prædámque diripuêre. Inito numero cæsorum inuenti ex parte hostium trecenti supra vndecim millia, totidem vno minus ex parte Romanorum. Pugnatũ aiunt pridie Cal. Martias. Valerius triũphans inde primus consulum, quadriga vrbẽ iniit: quæ res augustam speciem & magnificam, nõ odiosam præbuit, neque inuidiosim spectatoribus. Neque enim tãta id fac-

C tũ consequuta æmulatio esset, neque quæ per multos annos durauit ambitio. Gratus etiam ad populũ honos collegæ habitus fuit, quo exequias eius & funus decorauit Valerius: in cuius laudem orationem funebrem habuit, quæ vsque adeo placuit populo Romano, támque fuit probata, vt huius exẽplo præclari & insignes viri omnes vita functi à præstantissimis laudẽtur. Perhibent etiam hanc laudationẽ orationibus funebribus fuisse Græcorũ vetustiorẽ: nisi sanè huius quoque rei autor fuit (vt Anaximenes orator scriptũ reliquit) So-

D lon. Cæterùm ideo magis infesti erant & incensi in Valerium, quòd quem libertatis ducebat parentem populus, Brutus in summo magistratu esse solus noluisset, sed primum sibi & alterum coopta sset collegã. Hic verò, inquiunt, qui in se omnem potestatẽ congessit, non est Bruti hæres consulatus nihil eum contingentis, cæterùm Tarquinii tyrannidis. Quid refert autem verbis Brutum celebrare, reipsa imitari Tarquinium, qui cum omnibus simul fascibus solus in forum descendit

ex domo tam ampla, quantam ne regis quidem dissi- A
pauit? Et habebat profectò Valerius superbiorem domum in Velia, quam vocant, foro imminentem, vnde in omnem partem despectus ex edito erat, difficilis accessus & ardui foris, vt descendentis superba facies & regius pompæ esset fastus. Quantum autem referat in imperio & magnarum rerũ procuratione positum habere aures liberè admonentibus & vera dicẽtibus pro 186
assentantibus apertas, demonstrauit. Nã vbi ab amicis accepit non probari facta sua plebi, nõ est cũ iis luctatus neq; stomachatus, sed cõfestim nocte adhuc, magna manu contracta fabrorum, diruit domum, & funditus B
totam dissipauit. Id luce populo, qui conuenerat, aspicienti memorabilis quidem visa est & rara illius viri magnitudo animi: verùm domum doluerunt ablatam, atque illius amplitudinem, quæ vrbi erat decori, sicut hominis per inuidiam immeritò euersæ, desiderauerunt. Doluerunt etiam vicem consulis, velut penatium inopis, apud alios habitantis. Diuerterat enim ad amicos Valerius, dum ei areã dedit populus, & ædificium extruxit priore demissius, vbi nunc delubrum est, quẽ C
Vicum publicum appellant. Vt autem non se modò, sed consulatum quoque pro terrifico placidum & gratũ redderet populo, fascibus detraxit secures. Ipsas etiam ad concionem accedens depressit fasces & populo submisit, speciem maiestatis addens principatui popular: idque consules ad nostram vsque memoriam obseruant. At non animaduertit multitudo non facere illum se, vt arbitrabatur, submissiorem, sed inuidiam ea moderatione depellere & imminuere, atque D
in tantum suas amplificare opes, quantum detrahere videbatur de licentia: coluitque libens eum populus & tulit volens, vt etiam Poplicolam appellauerit. Atque ex priscis eius nominibus hoc magis inualuit, quo nos etiam in reliqua vita eius describenda vtemur. Ad consulatus petitionem admisit quemuis. Cæterùm priusquam subrogaretur sibi collega, euentus ignarus, metuénsque ne collega ex inuidia vel insciti a sibi repugnaret, solus summa potestate ad opti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mas & præstãtissimas actiones vsus est. Primùm Sena-
187 tum, qui fuerat ad paucitatem redactus, suppleuit. Nam partim Tarquinij regno antè, partim nuper in acie occubuerant. Quos hic adscripsit, centum sexaginta quatuor memorant fuisse. Leges deinde tulit, ex quibus vim populi maximè intendit, illa de prouocatione rei aduersus consules ad populum: altera de sacrando capite eius qui magistratum absque populi suffragiis cepisset: mox tertia, quæ succurrit inopibus, atque ea vectigali ciues subleuauit, effecitque
B vt acrius incumberent opificiis. Illa quam tulit aduersus eos qui consulibus non parerent, nihilo secius visa popularis est, atque in gratiam potius plebis quàm principum lata. Siquidem mulctam ei qui dicto audiens non esset, quinque bobus dixit & duabus ouibus valentem. Quis erat decem obolis, bos centum, quòd infrequens esset id temporis nummi apud Romanos vsus, sed pecudibus & armentis censerentur. Vnde facultates suas etiamnum à pecudibus peculium nominant: & vetustissimè nummi boue vel
C oue vel sue fuerunt signati, filiisque suis Suillijs, Bubulcis, Caprarijs, Porcijs nomina indebant. Quum in his legislatorem se adeo popularem præbuisset & moderatum, ea in moderatione pœnã supra modũ intendit. Tulit enim legẽ de interficiendo indicta causa eo qui regni occupandi iniisset consilia: percussori impunitatem dedit, si indicia sceleris demonstrasset. Quia enim qui res molitur tãtas, facere nõ possit vt omnes fallat: fieri autem possit vt qui non fefellerit, iudicia anteuertat potẽtia opprimere cognitionis, quam erripit celus, anticipandæ ei cui facultas esset, ius fecit ad-
D uersus scelerato. Iam lex etiam de quæstoribus habuit cõmẽdationem. Quum esset enim ad bellũ collatione stipendij opus, pro facultatibus ciuium, quòd pecuniam neque tractare ipse vellet, neq; permittere amicis, nec verò vt omnino in tecta priuata pecunia publica deferretur, attribuit ærario templũ Saturni, quod
188 ad nostrã vsq; ætatẽ vtũtur, populóq; concessit vt duos quæstores crearet. Creati primi Pub. Veturius & M.

Minutius. Ingens vis est pecuniæ coactæ. Censiti fuere A
centum triginta millia. Orbis viduisque gratia facta tributi pendendi. His dispẽsatis, collegam subrogauit Lucretiæ patrem Lucretium: cui maiori natu priorem locum cõcedens, tradidit fasces. Inde hæc prærogatiua hucusque grandioribus ætate est conseruata. Quo intra paucos dies defuncto, comitijs iterum habitis suffectus est M. Horatius, atque hic reliquum anni collega Poplicolæ fuit. At Tarquinio alterum bellum populo Romano ex Hetruria mouente, fama est ma- B
gnum factũ portẽtum. Ædem Iouis in Capitolio, dum regnaret adhuc, quum tãtum non consummasset Tarquinius, oraculo monitus, an suo ipsius fortè consilio, currum figlinum Thuscis opificibus ciuibus Veientibus imponendum fastigio locauit. Pòst aliquanto regno est exactus. Ea quadriga, quum Thusci figuratam immisissent in fornacẽ, quod lutum solet, in igne non spissata est, neque resoluto humore adstricta: sed exurrexit & creuit, atque in tantam molem támque C
solidam & firmam exiuit, vt fornacis ablato culmine & parietibus deiectis ægrè educeretur. Id quia vatibus visum est cælestę felicitatis & potentiæ prodigium, penes quos ea quadriga foret, statuerunt repetentibus Romanis non tradere eam Veientes, ac tantùm rẽsponderunt, ad Tarquinium quadrigam non ad Tarquinii spectare expulsores. Mox ludis Circensibus quum spectaculum aliàs ageretur assueta solennitate, 189
victricem quadrigam agitator coronatus sensim exigebat circo. Ibi equi ab nulla consternati euidenti causa, sed ex nescio qua diuina incitatione vel casu, D
effuso cursu Romam rapto secum contenderunt agitatore. Nec quicquam adducendis habenis vel demulcendis profecit equis, verùm arripuerunt vi victum & ablatum, dum iuxta Capitolium ad portam, quam nunc Ratumenam vocant, effuderunt cum. Quo facto Veientes obstupefacti metúque perculsi, permiserunt artificibus vt currũ restituerent. Templũ Iouis Capitolini Tarquinius Demãrati filius, in bello quod gessit cũ Sabinis, vouerat. Id Tarquinius eius qui vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uerat,filius vel nepos extruxit:nõ dedicauit tamen,sed eratpenè absolutum,quũ Romæ pelleretur. Vt iam vndequaq; perfectũ & decenti specie fuit extructũ,affectauit id Poplicola dedicare. Cæterùm æmulari ex primoribus multi minus quidẽ cæteris eius honoribus, quos ex promulgatis legibus & bellis perpetratis fuerat meritò consequutus,verùm alienũ hunc non duxerunt ei tribuendum, hortatique sunt ac stimulauerunt Horatium,hanc vt ambiret dedicationem. Quum autem Poplicolæ necessitas incumberet expeditionis:
B concessũ ex plebiscito Horatio dedicatio est, eúmque duxerunt in Capitolium,tanquam non futuri superiores,si præsens ille esset. Alia fama est, sortitis consulibus,Poplicolæ prouinciam inuito euenisse,alteri dedicationem. Nam quid huius rei fuerit,cõiicias licet ex gestis in dedicatione. Idibus Septembribus,quod tempus incidit potissimùm in plenilunium mensis, quem vocãt Athenienses Metagitniona, quũ in Capitolium omnes conuenissent, dum Horatius silentio facto &
190 reliquis perpetratis,postẽ de more tenens, effatur so-
C lennẽ dedicationis precationem,Marcus Poplicolæ frater,qui diu ostio adstiterat captãs occasionẽ,Fili' tuus, consul,inquit,in castris ex morbo periit. Torpẽt id omnes assistentes. at Horatius nihil commotus,sed tantùm fatus, Cadauer quò vultis efferte, ego luctum non accipio: reliquam dedicationem peregit. Is nuntius verus non erat,sed vt auerteret Horatium, fuerat Marcus eum ementitus. Memorabilis viri illius constantia, siue dolum momento intellexit, siue nuntio quanuis fidem habuerit, non fuit tamen permotus.
D Par euentus videtur in secundo dedicando templo fuisse. Nam primum quod Tarquinius condidit & dedicauit Horatius,incendium bellis ciuilibus absumpsit. Secundum excitauit Sylla,sed Catullus,Sylla fato præuento, est dedicationi præscriptus. Quod quum iterum bellis intestinis Vitellianis deflagrasset,tertium cum alia vsus felicitate,tum hac Vespasianus ab initio vidit excitatũ ad finẽ,concidens paulo pòst non vidit. Verùm hactenus Syllã superauit felicitate,quatenus ille

consecrationem templi ab se ædificati, hic interitum A
morte præuenit. Simul enim atque decessit Vespasianus,Capitolium haustum incendio est. Quartum hoc, ab Domitiano & expletum est & dedicatum. Dicitur in fundamenta impendisse Tarquinius quadraginta millia pondo argenti: at huius quod nunc extat, vel maximas vnius priuati Romani reputatas opes non suppeditasse in deauratione,in quam plus duodecim millia talentũm exhausta. Columnæ sunt ex marmore Pentelico excisæ quadrato, quarum elegantissimè respondebat crassitudini longitudo: eas enim vidimus Athenis. Nec desectis denuo expolitisque tantum B
accessit venustatis,quantum decessit symmetriæ,appa- 191
ruitque exilibus redditis exhaustus decor. At quibus facit Capitolii magnificentia admirationem, hi vnam si in Domitiani domo videãt porticum, vel basilicam, vel balneum,vel pellicum diætam: cuiuscemodi est Epicharmi ad gurgitem dictum,

Non benignus es, habes morbum, gestũ tu largiens:

consimile quid ad Domitianum cogantur dicere,Non tu quidem religiosus,nec magnificus es: morbo teneris, gaudes quum in ædificia omnia profundas: qui,vt C
Midas ille,omnia tibi aurea fieri & gemmea cupis. Cæterùm de his satis. Tarquinius à magno illo cõflictu, quo filium, qui solus fuerat cum Bruto congressus, amiserat, Clusium supplex ad Claram Porsenam perfugit,virum maxima potentia inter reges Italicos subnixum,& humanum vti habebatur,magnanimúmque. Hic auxilium ei pollicitus est: ac primùm per legatos à Romanis,vt reciperent Tarquiniũ,postulauit. Quod vbi abnuit populus, indicto ei bello, & quo tempore in quencunque locum inuasurus esset denuntiato, multis
cum legionibus mouit in eos. Id tẽporis Poplicola ite- D
rum,& cum eo Tit. Lucretius,consules facti. Poplicola regressus Romam, quo primùm animo vinceret Porsenam, oppidum Sigliuriam imminente iam eo condidit. Quod quum grandi impensa munisset,misit eò septingentos colonos, quasi floccifaceret & contemneret bellum. Cæterùm acriter muros huius oppidi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Porsena aggressus præsidium eiecit, permixtíque fugientibus hostes propè in vrbẽ eruperunt. Verum pro porta occurrit Poplicola hostibus, commissáque iuxta amnem pugna, substitit prementem multitudine hostẽ, quoad multis vulneribus strenuè acceptis, ex prælio est sublatus. Eadem fortuna collegæ eius fuit. Vnde perculsi Romani fuga ad vrbem salutem petierunt.
192 Quum magno impetu hostes per pontem sublicium ferrentur, Roma fuit penè vi capta. Ibi princeps Horatius Cocles, & duo primæ nobilitatis viri, Hermenius & Lucretius, hostibus se in ponte obiecere. Horatius dictus Cocles cognomine fuit, quòd alter oculus ei esset in bello excussus: vt nonnulli dictitant, quòd simus
B esset, naso ita depresso, nullum vt esset inter oculos interstitium, & supercilia haberet commissa. Vnde vocare eum multitudo quũ Cyclopem vellet, labente lingua obtinuit vt diceretur à vulgo Cocles. Hic positus in statione põtis, quoad eum socii à tergo rescidissent, sustinuit hostes. Inde armatus se in Tyberim misit, atque incolumis ad vlteriorem ripam tranauit, iaculo
C Hetrusco in natibus ictus. Cuius virtutem Poplicola admiratus, statim tulit ad populum vt quisque ex Quiritibus cibaria ei vnius diei conferret, deinde donarent quantum agri vno die circumarasset. Ad hæc statuam æneam ei in æde Vulcani posuerunt. Eo honore contractam ex vulnere claudicatem leniuere. Dum Porsena vrbem premit, infestauit insuper Romanos fames, & Thuscorum alter exercitus per se agrum populatus est. Poplicola tertiùm consul, obsistere Porsenæ statuit quiescendo & vrbem tuendo. In Hetruscos copias eduxit occultè, eósque acie fudit, interfe-
D ctis quinque millibus. At factũ C. Mutii à multis sed diuersimodè celebratum est, neque id nos, vt maximè consentaneum est, præteribimus. Fuit hic cum omni ornatus virtute, tum bellicis artibus præstantissimus. Porsenam autem quum constituisset opprimere incautum, veste indutus Hetrusca & assimili lingua vtens in castra penetrauit. Quum ambisset tribunal
193 vbi rex considebat, ignoraret autem regem, & timeret scisciari qui esset, quem maximè ex consensu ar- A
bitratus est regem esse, eum stricto gladio obtruncauit. Ob id factum comprehensus est, & quæstionem de eo habuerunt. Erat ibi accẽsus ad sacrificium Porsenæ foculus: ei dextram iniicit. dum torretur caro intuitus Porsenam est truci & imperterrito vultu, donec attonitus miraculo eum dimisit, gladiúmque, quẽ porrexit ei ex tribunali, reddidit: ille eum protensa læua accepit. Hinc fama est eum Scæuolæ nomen, quod est Læuum, inuenisse. Ibi vicisse ait Porsenæ se terrorem, victum esse ab eius virtute, atque indicaturum ei gratis quod minis non detexisset. Trecenti Romani, B
(inquit) cõiurauerunt, & in castris tuis errant captantes opportunitatem: ego, cuius prima sors fuit, non succenseo fortunæ quòd à bono aberrauerim viro, eóque quem amicum potius quàm hostem esse populi Romani deceat. His dictis adiunxit Porsena fidẽ, propensiórque fuit ad pacificandum, non ita, meo quidem iudicio, illorum formidine trecentorum, vt commendatione & admiratione spirituum ac virtutis Romanę. Hunc virum etsi plerique omnes & Mutium & Scæuolam nominant, Athenæus Sandon tamen in libro C
quem ad Octauiam scripsit Cæsaris sororem, fuisse etiam dicit Posthumium vocatum. At Poplicola non tam acrem hostem existimans Porsenam, quàm magnopere referre vt amicitiam & societatem eius adiungeret populo Romano, non dubitauit eum Tarquinio controuersiarum ferre iudicem, fidentique animo prouocauit crebrò ad eum, probaturum illum se hominem sceleratissimum esse, & iure exutum regno. Ad quod quum asperius respondisset Tarquinius, nul
lius se cognitionem subiturum, & omnium minimè D
Porsenæ, si à societate discedat & mutet sententiam: infensus Porsena cœpit malè de eo sentire. intercedẽ- 194
te verò & magno studio pro Romanis filio eius instãte Aruntе, pacem cum iis firmauit ea lege vt agrum quem ademerant Hetruscis, restituerent & captiuos remitterent, reciperéntque vicissim perfugas. In hæc obsides dederunt ex patriciis prætextatos decem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & totidem virgines, in quibus Poplicolæ filia erat Valeria. Interea quum apparatum belli Porsena iam omnem habita Romanis fide dissoluisset, virgines Romanæ descenderunt lauatum, qua ripa arcuatim complexa amnem, lenem quammaximè & placidam efficiebat vndam. Vbi nullam stationem vident, neque vllos prætereuntes aliàs aut prævehentes, ardor cepit eas rapidum altúmque fluuium tranandi. Sunt qui dicant vnam earum, Cœliam nomine, equo traiecisse, excitassèque & confirmasse alias natantes. Vt sospites ad Poplicolam venerunt, non laudauit ille nec probauit factum: sed tulit molestè, si Porsena ipse inferior videretur fide, & audacia puellarum fraudis suspicionem inustura Romanis esset. Comprehensas igitur ad Porsenam remisit. De quo Tarquinius certior factus, locatis insidiis abvlteriore ripa magnam manum immisit in eos qui ducebant puellas. Illis nihilominus minori numero resistentibus, filia Poplicolæ Valeria, per medios erumpens pugnantes, effugit, & tres eam sequuti serui præstiterunt eam incolumem. Quum cæteræ non sine periculo versarentur inter dimicantes, Aruns C Porsenæ filius re intellecta tulit iis properè suppetias, fugatisque hostibus Romanos expediuit. Vt vidit Porsena reductas virgines, autorem cœpti requisiuit & aliarum hortatricem. Audito nomine Cœliæ, intuitus 195 eam placido & leni vultu, equum ex regiis adduci eximio instratum ornatu iussit, eúmque virgini dono dedit. Hoc testimonio nituntur qui vnam Cœliam referunt equo fluuium superasse: quod alii negant, sed honoratam ab Hetrusco virilem eius audaciam. Huic statua equestris via sacra, qua ascenditur in Palatium, D posita est. Alii non Cœliæ eam sed Valeriæ asserunt esse. Porsena, pace cum Romanis iuncta, cum aliam ciuitati exhibuit ingentem munificentiam, tum nihil præter arma vt deportarent Thusci, castra commeatu & omnis generis opulētia referta relinquerent, imperauit, eáque donauit Romanis. Vnde mos vsque ad nostram ætatem in honorem & memoriam perpetuā illius beneficii manet, in sectionibus primùm bona

Porsenæ regis proclamandi. Statua ei posita ærea iuxta A curiā rudis & opere prisco. Inde Sabini fines Romanos incursauerunt. Consules creati M. Valerius Poplicolæ frater & Posthumius Tubertus. Quum in negotiis maioribus nihil nisi ex sententia & autoritate ageretur Poplicolæ, M. Valerius duobus ingentibus præliis victoriam reportauit, in quorum altero tredecim millia hostium quum cōcidisset, ne vnum quidem desiderauit de suis. Cuius rei præmium præter triumphos accepit domum, quam publicè ciuitas ei ædificauit in Palatio: & quú fores illius seculi aliæ intrò im- B pellerentur in aperiendo, ita illarum ædium effecerunt solarum fores vestibulares, vt extrà reiicerentur: id significantes ex hac prærogatiua semper eum de publico vsurpare. Græcas aiunt apud veteres, omnes fuisse ad eum modum factas, argumento à comœdiis sumpto, quòd qui in publicum sunt prodituri, ianuas suas intus pulsent & strepitum edant: quo foris qui progrediuntur vel pro ostio stant, caueant, vbi id audiunt, ne fores in vicum expulsæ illidantur in ipsos. Proximo 196 anno Poplicola quartùm consul factus est. Quia Sabi- C ni & Latini conspirauerant, erat belli suspicio. Religionem insuper ciuitati attulerat, quòd omnes mulieres, quæ ea hora prægnantes erant, partus imperfectos eicerent, neque esset suo tempore vllus editus. Itaque Poplicola, ex libris Sibyllinis, placatis diis inferis, ludisque ex oraculo Apollinis instauratis, & fiducia diuini numinis erecta ciuitate, iam ad hominum se conuertit minas. Magna enim belli moles & coitio hostiū erat ante oculos. In Sabinis Appius Clausus erat vir pecuniosus & robore corporis imprimis strenuus, præcipuè virtutis laude & eloquentia præcellens. Huic i- D dem, quod omnibus solet magnis viris, accidit vt premeretur inuidia. Æmuli ideo calumniabantur pacis eum esse autorem, vt auctis populi Romani opibus tyrānidem sibi & dominatum quæreret in patria. Quos rumores sentiens secundis auribus populi accipi, séque esse pacis turbatoribus & ferocibus exosum, timuit iudicio se cōmittere. Verùm quia factione ami-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A corúmque & necessariorum manu erat septus, concíuit seditionẽ. Ea mora belli distulit Sabinos. Quæ Poplicola non solùm resciscere laborans, sed facem etiam flammámque addere seditioni, denuntiauit per homines idoneos Appio, putare se, quia bonus & integer vir foret, non debere cum, quamuis læsum grauius, pœnas à ciuibus suis expetere. Quod si vellet saluti suæ consulere, & relictis inimicis suis transfugere Romam, receptúrũ se cum vt ipsius virtus & dignitas populi Romani mereretur. Hæc Appio multum secum volueuti
B in re necessaria visa sunt optima factu, ac concilio habito amicorum, quos plerosque pariter in sententiam suam traxit, quod in Sabinis maximè pacatum erat, & ad placidam vitam modestámque compositum, quinque millia familiarum cum liberis & coniugibus Ro-
197 mam transtulit. Cuius præscius consilii Poplicola benignè & promptè excepit eos omni officiorũ genere. Nam familiis mox ciuitatem dedit, singulíque agrum binũm iugerum trans Anienem fluuium: Appio viginti quinque iugera dedit, eúmque inter patres legit, qui
C hunc gradum ad rempub. primum fecit. In quo quum specimen præbuisset prudentiæ, in principum dignationem peruenit, pollentésque habuit opes, & claram post se gentem Romæ reliquit Claudiorũ. At res Sabinas illorum migrationem iam tranquillas non permisérũt homines populares quiescere & cõticescere, Appium vociferantes, quæ præsens non potuisset perfecturum exulem & hostem, ne persequantur illatas ab Romanis iniurias. Magno igitur agmine profecti, prope Fidenas consedere: insidias etiam ante vrbem locaD uerunt, atque in locis saltuosis & cauis duo millia militum condiderunt. Prima luce paucos equites aperta constituerunt mittere prædatum, quibus erat imperatum, quum propius vrbem prouecti essent, paulatim gradum referre, dum traxissent hostem ad locum insidiarum. Hæc Poplicola eodem die cognouit ex perfugis. Itaque cõfestim copias suas ad omnia instruxit & dispensauit. Nam gener eius Posthumius Balbus, qui ducebat secũ tria millia militum, primis tenebris profectus, insessis summis collibus, sub quibus abdiderãt A sese Sabini, in occasionẽ imminebat. Collegæ Lucretio cum expeditissimo quoque & impigerrimo ciuiũ iussit in agẽtes prædã impressionem dare equites, ipse cum reliquis copiis hostes à tergo cinxit. Fortè obscura nebula prima luce exorta est, paritérque subsessores Posthumius magno clamore ex edito inuasit, Lucretius in progressum equitatũ suos immisit, Poplicola castra hostiũ adortus est. Vndique igitur pressi cæsique Sabini sunt. Qui in castris erant, eos, quum ne gladium B quidem strinxissent, in fugã præcipites confestim Ro-
198 mani oppressere: quibus spes in perniciem vertit extremam. Nam incolumes alii alios rati, omissa pugna & acie, hi ex castris ad positos in insidiis, illi contrà in castra properarunt ad hos, atque ex aduerso succurrerunt in effusos, ad quos confugiebãt, & in quærentes auxiliũ, à quibus expectabant opẽ. Ne ad internecionem delerentur Sabini, sed aliqui superessent, propinquitas iis oppidi præstitit Fidenarũ, præsertim qui ex castris, dum caperẽtur, erupérunt. Qui Fidenas nõ tenuerunt, aut cæsi sunt, aut viui venerũt in hostiũ potestatem. Hanc victoriã, quãuis omnia magna Romani C adscribere diis soliti sint, vnius cõsilio attribuerũt duci, primúmque hæc fuit post prælii vox militũ, claudos, cæcos, & penè vinctos Poplicolã hostes ipsis obiecisse trucidandos. Etiam pecunia populus ex præda & captiuis corroboratus est. At Poplicola, mox vbi triumphauit, & sequentibus consulibus remp. tradidit, fato functus est, vitámque suam, quatenus assequi valet mortalitas, præter cæteros omnibus, quę censentur bona & beata, consummauit. Populus quasi nullum virtutis præmium contulisset in viuum, sed omnia D ei deberet, sciuit vt cadauer eius publico funere efferretur, in cuius honorẽ quadrantes singuli contulere. Matronæ seorsum cõcilio habito, ad singulare eius decus & laudẽ totũ annũ eum luxerũt. Ex plebiscito hic quoque in vrbe humatus est iuxta Veliam quam vocant, datúmque toti eius stirpi ius huius sepulcri. Nũc tamen nemo ex familia conditur ibi, sed cadauer eò

Universidad de Deusto
Biblioteca

A delatum deponunt. Tum ardentem facem quispiam tenens, eam tantùm subiecit, mox retrahit, qua re ius
199 testatur sibi esse, sed abstinere se honore. inde mortuũ tollunt.

Itaque habet hæc collatio singulare quiddam, quod in nulla omnium quas descripsimus, reperias: quòd alter fuerit alterius æmulus, alter testis. Considera enim quod Solon de virtute emisit ad Cræsum elogium, ânne Poplicolæ id citius quàm Tello conueniat. Telli enim, quem ob honestam mortem, virtutem, & liberorum probitatem, fuisse pronuntiauit beatissimum;
B neque ipse in carminibus suis vt viri boni fecit mentionem, neque liberi eius, vel magistratus clarus fuit. Poplicola princeps autoritate & gloria ciuitatis Romanæ ob virtutem, dum viueret, fuit: & ad mortuum ex clarissimis familiis & gentibus, vel nostra ætate, Poplicolæ, Messalæ, Valerii, per annos sexcentos nobilitatis splendorem, sicut ad originem, referunt. Tellus, vt vir fortis, ordinibus non excedens, sed pugnans, est ab hostibus occisus: Poplicola verò exsis hostibus, quod
C est quàm ipsum occidisse felicius, quum patriam in cõsulatu & imperio suo vidisset victricem, & honorem assequutus esset triumphasset que, optatum ab Solone & in cælum elatum, est exitũ consequutus. Iam etiam ea quæ re fellens Stimmernum de vitæ spatio exclamauit,

More meæ me cæcat Lacrymis linquamus amicis
Mœrarem, vt celebrent funera cum gemitu.

beatum Poplicolam efficiunt. Quippe morte sua non
D amicis modò & familiaribus, verùm etiam ciuitati toti, infinitis hominibus lacrymas, desiderium, mœrorẽ sui causa incussit. Nam matronæ Romanæ eum velut amissum filium vel fratrem vel communem parentem luxere,

Non sperno nummos (inquit Solõ) *si sit possessio iusta,*
At nolo iniustas.

quasi imminente vindicta. Poplicolæ licuit non solùm non improbè diuitem esse, sed etiam bene merenti de inopibus impendere honestè. Si ergo fuit omnium Solon

Solon sapientissimus, fuit beatissimus Poplicola. Quæ A
enim illi bona pro maximis & pulcherrimis in votis 200
fuerunt, horum Poplicola parãdorum & fruendorum perpetuò ad fata vsque habuit facultatem. Ita ornauit Solon Poplicolam, vicissim Solonem Poplicola. Exemplum enim instituenti in repub. statum popularem pulcherrimum dedit, dum depositio imperii fastu, placidum illud & gratum concinnauit. Multis insuper ex illius legibus vsus est. Nanque magistratuum creandorum arbitrium populo dedit, & reis ad populum ius prouocandi: sicut Solon, ad iudices dedit. Curiam al- B
teram, vt Solon, non instituit: sed auxit præsentem, numerúmque penè duplicauit. Quæstorum ærarii instituendorum hæc fuit causa, vt consul, nec si bonus esset, à maioribus rebus auocaretur, nec, si malus, subsidium haberet grauiùs lædẽdi, si in manu eius tam imperium quàm pecunia esset. At insectatio tyrannidis fuit in Poplicola acerbior. Nam siquis tyrannidem moliatur, Solon pœnam infligit conuicto: hic, ante iudicium interficere eum liberum fecit. Gloriatus optimo iure est Solon quòd quum vocarent se & res ipsæ ad do- C
minatũ, & ciues reciperẽt non inuiti, recusauisse eum: non minor est Poplicolæ gloria, qui consulare imperium, quod tyrannicum acceperat, reddiderit magis populare, neque potestate quam obtinebat, quum liceret, sit vsus. quod animaduertisse prior Solon videtur, qui ait,

Qui populum princeps gaudet retinere fauentem,
Non nimium rigidus, non quoque laxus erit.

Proprium Solonis æris alieni est condonatio, qua re potissimùm libertatem ciuibus confirmauit. Nullum enim habent vsum leges æqualitatẽ inducentes, quam D
eripit æs alienum pauperibus, quum, vbi maximè vsurpare videntur libertatem, ibi maximè ancillentur diuitibus, in iudicando, in magistratibus gerendis, in dicendo aliorum obnoxii nutibus & serui. Iam hoc maius est, quòd quum nouas tabulas semper excipiat seditio, his solis quasi medicina, ancipiti illa quidem, sed valida, adhibita, in tempore etiam exortã ciuilem 201

Universidad de Deusto
Biblioteca

A discordiam discussérit, suáque virtute & existimatione ipsius rei oppresserit infamiam & obtrectationem. Porrò omnium in rep. actionum exordio splendidior Solon. Dux enim fuit non comes, & per se sine vllo socio res plurimas maximásque in rep. gessit. Alter fine felix & beatus: siquidem Solonis remp. ipse vidit Solon subrutam, Poplicolæ resp. ciuitatem vsque ad arma ciuilia in decenti ordine conseruauit. Ille leges, simulatque perlatæ fuerunt, in ligneis relinquens scriptis tabulis auxilio destitutas, discessit Athenis: hic
B remanens Romæ, imperans & remp. gerens, stabiliuit eam & in tuto collocauit. Iam illi vel cupienti Pisistratum, quum præsensisset, reprimere facultas defuit, tyrannidique succubuit nascenti: hic regnum, longo iam tempore pollens & prævalēs, extrusit & euertit, parem quidem virtutem & consimilem adferens volūtatem, sed fortuna & potestate ad virtutem efficaci vsus. Res bello gestas Soloni ne illas quidem quæ actæ contra Megarenses fuerunt, Daïmachus Platæensis (sicut explanauimus) attribuit: at Poplicolæ maximis certaminibus, in quibus ipse militis & ducis obiuit munera,
C victor euasit. Præterea ad rempublicam capessendam Solon velut ludens, specie assumpta insani, quum causam Salaminis ageret, accessit: hic à primordio iacta maximis de rebus alea, Tarquinio obiecit se, detexitque proditionem, & quatenus præcipuus autor fuit sumendi de coniuratis supplicii, & ne elaberētur, non corpora tantùm tyrannorū eiecit vrbe, sed spem etiam incidit. qui cum negotia, quæ certamen & animum & infestam flagitabant aciem, fortiter & acriter exce-
202 pit, tum multo tractauit rectius ea quæ pacatam comi-
D tatem & concessionem postulabant blandam, Porsenam inuictum bello virum & horribilem scitè conciliando & ad amicitiam traducendo. Quanuis obiectas hic, Solonem Athenienſibus, quam amiserant, recuperauisse Salamina: Poplicolam agro, quem tenebāt Romani, decessisse. Atqui sunt res ex temporibus ponderandæ præsentibus. Siquidem vir in rep. versatus, negotia, vt vnumquodque quamcōmodissimè teneat, non vno tractat modo, & parte dimittenda sæpe ser- A
uauit totum, paruáque iactura cōsequutus maiora est: sicut vir ille, tunc relicto agro alieno, suum in perpetuum tenuit, & quibus grande erat vrbem retinere, his castra obsidentium ipsos accessionis adiecit. Permissa autem iudicio hostis controuersia, & victoria relata, cumulum accepit tantum, quo victoriam redemisset libenter. Etenim bellum Porsena diremit, & apparatum illis reliquit belli, virtutis & probitatis Romanorum ductus existimatione quam impressit ei consul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOBILI AC GENEROSO domino, D. Lamoralo, principi à Gauere, comiti ab Egmont, baroni à Baier, &c. gubernatori Flandriæ & Artesii, Hermannus Cruserius

S. P. D.

CVM hæsitarem mecum, clarissime domine, cui potissimùm traductas à me in linguam Latinam Themistoclis & Camilli vitas, mely torum ducum, dedicarem, nemo potior occurrit cui deferrem, id muneris deberet quam tibi. Meretur enim id hinc præclara virtus tua, hinc amicitia quæ tibi intercedit cum illustrissimo principe meo arctissima, multo autem maximè immortalia merita in regiones hasce omnes inferiores tua, quibus afflictas res nostras non solum recreasti, sed eroxisti etiam tacentes, magnisque vulneribus medicinâ fecisti, atque ingentes imminentium periculorum discussisti nebulas. Themistocles grassantem in Græcia regem Persarum Xerxem, qui vrbē Atheniensem exciderat, prælio nauali superauit, Græcia exegit, vrbemque suam instauravit, reddiditque eam longè quam ante excidium fuerat clariorem & pollentiorem: Camillus in exilium ab ingratis ciuibus suis electus, Romam, quam ceperant inflammauerantque Galli, extorsit victoribus, atque ab iis liberauit, victores concidit, signa retulit amissa, vrbem nouā excitauit, reduxit in patriā ciues, eámque quæ antè hostibus præda fuerat, spoliis decorauit hostiū illorū à quibus fuerat disturbata. Haud aliter his proximis annis, quum Galli vehementer fines harum ditionū attriuissent, multa firmáque præsidia, & hîc & in Italia, magna vi occupassent, quæ non magna spes erat recipiendi, tu animo fortissimo ita duabus ingentibus pugnis hostes contudisti, ita afflixisti & conculcasti, vt tremuerit Gallia, putauerítque secum actum præclarè, si pacem acciperet, receptisque præsidiis tribus, magnam numerum occupatorum re-

stitueret. Quare dici meritò de te, quod dictum fuit de Camillo, debet, retulisse te signa. Siquidem præclia illa omnis insequutæ fundamentū fuerūt victoriæ. Hæc famā Quintini aperuerūt, hæc Hanū, hæc Castelletū: hæc denique vires & animos fregerūt Gallorū. Hæ ergo palmæ, & salutem patriæ & nomē tibi pepererunt immortale. Nos verò, ad quos etiam eorum triumphorum fructus redundauit, colere te & celebrare debemus. Porro fons vnde illa præclara facta scaturiunt, fortitudo est animi, quam pecu liariter appellauerunt Latini virtutē. Huius est proprium nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit, intolerandū ducere. Ex tali animo profecta sunt omnia quæ gessit Themistocles, Aristides, Publicola, Camillus, Fabritius, duo Decij, Scipiones Africanus, Paullus. Neque est virtus alia vlla quæ maiorem splendorem & gloriam conciliet. Hæc enim est illa quæ nō modo à se, sed & ab aliis propulsat iniuriam. Licuit Herculi lautè vinere otioso & securo, licuit & Theseo quietè regnare Athenis: verum inuicti hi ab animi magnitudine, contempto luxu & desidia, contemptis etiam periculis, persequuti sunt oppressoresque eos qui vique erant improbos homines & violentos. Licuit vero etiam tibi amplè frui paternis & maternis opibus inerti: at maluisti ad gloriam eniti, atque pro patria in labores & discrimina te demittere. Quem animum vt tibi secundet Deus, & successum ad consequentia tribuat, opto. Ita enim secura erit ab insultibus hostilibus patria, & lætæ frui poterit pace. Neque erit hæc tibi infrugifera opera: omnis enim ætatis te consequentur laudes. Ego verò pro virili hac commentatione honorare nomen tuum valui: quod meum studium, vt boni consulas, valde te, clarissime domine, rogo. Vale. Campis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLVTARCHI

Vitæ comparatæ

THEMISTOCLIS ET CAMILLI,

HERMANNO CRVSERIO I. C. interprete.

THEMISTOCLES.

A 203 THEMISTOCLES obscurioribus ad gloriam natalibus fuit. Patrem enim habuit Nicoclē, minus clarum, ciuem Athenienſem, Phrearium curia, tribu Leontide. Genere materno nothum ferunt, vt oſtendūt hi verſus,

Abrotonum ſum Threſſa quidem, Græcis tamen illud
Dico Themiſtoclem me genuiſſe deum.

Cæterùm Phanias Themiſtoclis matrem Carinā, non Threſſam neque Abrotonum, ſed Euterpen prodidit nominatam. Neanthes præterea patriam ei Halicarnaſſum Cariæ attribuit. Quapropter quū nothi in Cy
B noſarges coirent (gymnaſiū id Herculis eſt extra mœnia, quòd nec ille, iuſtus deus, ſed nothus ex genitrice eſſet mortali) induxit nonnullos Themiſtocles ex nobilitate iuuenes, vt ſe in Cynoſarges comitarentur, ſecúmque vngerentur. Quare callidè videtur nothorum & legitimorum ſuſtuliſſe diſcrimen. Cæterùm de ſtirpe fuiſſe eum Lycomedarū in aperto eſt. Nam ſacrarium apud Phlyenſes, quod Lycomedarum commune erat, hic incenſum à barbaris (vt autor eſt Simonides) inſtaurauit, tabuliſque ornauit. Conſtat puerū etiam-
204 num ardoris animi plenū fuiſſe, indoleſapientē, ſtudio
C ad res magnas propenſum, natúmque ad remp. tractādam. Nam quod remiſſionis & otii à literis diſcendis dabatur, id nō puerorū more aliorū per luſum & oſci-

tantiam terebat, ſed inueniebāt orationes eum ſecum A
meditantem & componentē. Argumentū orationū illarum accuſatio erat aliqua, vel defenſio puerorū. Itaque præceptor dicere ſolebat, Tu nihil, fili, eris mediocre, ſed omnino vel magnū lumē vel peſtis. Quippe etiam diſciplinas morales, vel ad voluptatem vel vrbanitatē exquiſitas, ſegniter & lentè arripiebat: quæ verò de prudentia vel actibus rerū tractarent, eas præ ſe ferebat præter ætatē, velut ingenio ſuo fretus, non aſpernari. Vnde poſtmodū quū derideretur ab iis qui
B videbātur liberalibus & vrbanis exculti exercitiis, cōpulſus eſt arrogātiore reſponſo ſe tueri, lyræ ſe aptandæ tractandæve pſalterii eſſe rudē: ſed vrbem, quā paruā accepiſſet & obſcuram, claram & magnā reddere, id ſe tenere. Oſtendit Teſimbrotus tamen Anaxagoræ fuiſſe Themiſtoclē auditorē, ac Meliſſo phyſico operam dediſſe. Sed tēporibus errat. nam cōtra Periclem, qui multo fuit Themiſtocle minor, quū obſideret ille Samū, Meliſſus prætor defendit eam: Anaxagoras autem cum Pericle vixit. Credēdū ergo illis potius qui Themiſtoclē ſcribūt Mneſiphili Phrearii fuiſſe aſſeclā. Fuit
C hic nō orator, neq; ex ſecta philoſophorū, quos phyſicos nomināt, verùm eā quam ſapientiā vocābāt, quæ ſciētia erat reip. gerēdæ. & prudētia negotioſa, amplexa eſt & tenuit velut ſectā ex ſucceſſione Solonis: quā ſequētes cū artibus cōfuderunt forēſibus, & ab actu rerum traiecerunt meditationē ad verba, vnde ſophiſtæ ſunt appellati. Cæterùm ad hūc, quū iam acceſſiſſet ad remp. applicuit ſe. Primis iuuentutis motibus varius fuit & verſatilis, ſolúmque ſuū ſequebatur ingenium, nullis exercitū literis vel diſciplinis. Vnde magnas il- 205
lud vtrāque in partē faciebat inſtitutorū vitæ viciſſitu D
dines, declinabātque crebrò ad deteriorē: quod poſtea ipſe confeſſus eſt, ferociſſimos pullos iactans, vbi rectè docti & formati fuerint, generoſiſſimos euadere equos. Quas verò hic nonnulli attexunt fabulas, abdicatum à patre fuiſſe, matrem ex pueri infamia dolori imparem conſciuiſſe ſibi mortem, fictas arbitror. Et contrà ſunt qui dicant reuocantem eum à republ.

A gerenda genitorem, ostendisse ei in littore maris veteres triremes abiectas & despectas: quòd pariter aduersus duces suos gerat se populus, quum fructum vltrà ex iis non capiat. Atqui maturè & acriter eum negotia publica apparet illexisse, & impensè occupasse gloriæ cupiditatem: qua ab initio statim impulsus ad ambiendum primatum graues substitit cum potentibus in rep. & principibus inimicitias, præteteris cum Aristide Lysimachi, qui semper ab eo dissentiebat. Et quidem videtur eius cum hoc simultas iuuenile rudimentum habuisse. Amauit vterque (vt Ariston philosophus scriptum reliquit) formosum Stesilaum, Cea oriundum. Hinc fuit perpetuum inter eos & de rep. dissidium: veruntamen vitæ & morum videtur dissimilitudo eam exaggerasse distractionem. Nam Aristides quum mansueto ingenio & probis esset moribus, neque in rep. gerenda quicquam gratiæ populi daret, vel gloriæ seruiret suæ, sed omnia ad honestatem cum securitate & iustitia coniunctam dirigeret, non poterat facere quin incitanti ad multa populum, ingeniéfque res nouanti Themistocli, quo incrementum eius reprimeret, subinde repugnaret. Dicitur amore gloriæ inflammatus adeo insano, & rerum perpetrandarum magnarum præ ambitione fuisse, vt iuuenis planè quum aduersus barbaros pugnatū apud Marathonem esset, & res gestæ celebrarentur Miltiadis, cerneretur cogitabundus plerunque, noctes exigeret insomnes, & consuetas cōpotationes intermitteret, diceréque percunctantibus & stupentibus vitæ suæ vicissitudinem, somnum sibi adimere Miltiadis trophæum. Reliqui enim calcē belli arbitrabantur esse cladē ad Marathonem barbarorum, Themistocles verò certaminū exordium maiorum, ad quæ se ipse accingebat assiduè ad Græciā protegendā, impendētiáque longè prospiciēs, ciuitatem exercebat. Ac primùm vectigal Laureoticum ex argenti metallis partientibus de more inter se Atheniēsibus, solus sustinuit ad populum ferre, vt hac omissa diuisione, triremes ea pecunia ad bellum Æginetícū armarēt. Hoc enim vigebat in Græcia maximè,

obtinebántque numero nauium Æginetæ pelagus. qua A
de causa eos facilius induxit. Neque Darium vel Persas (nam aberant hi procul, nec pro certo timebant venturos) ostentauit, verùm ciuium in Æginetas acerbitate & æmulatione abusus in tempore est ad apparatum. Siquidem ex ea pecunia centum triremes, quæ cum Xerxe depugnauerunt, paratæ sunt. Mox deducens & detrahens paulatim ciuitatem ad mare, quasi terra ne cum paribus quidem comparari valerent, viribus autem nauálibus cum barbaros reprimere, tum Græciæ possent iura dare, pro stataríis peditibus, B
(vt ait Plato) nauticos eos & pelagicos homines reddidit: præbuitque ansam sui calumniandi, lancea & 207
clypeo Themistoclem ciuibus extorto, populum Athenienſem scalmo & remo alligasse. Hoc designauit victo (vt tradit Stesimbrotus) Miltiade, qui opposuerat se ei. Hisce rebus syncerum statum & purum reip. polluerit néne, id spectet ad philosophos fortasse disquirere. Nam illo certè tempore allatam Græciæ ex mari incolumitatem, atque vrbem Athenienſem, quæ fuit deleta, C
fuisse à triremibus erectam, cum alia tum ipse testatus est Xerxes. Quippe legionib⁹ adhuc integris terrestribus, vt victus nauali est pugna, tanquam impar hostibus consciuit fugam: Mardoniúmque (vt equidem censeo) magis ad sustinendos à persequendo se Græcos quàm ad subiugandos reliquit. Quærendæ pecuniæ oppidò fuisse cum intentum alii ob munificentiam affirmant. Quum enim assiduè immolaret, atque in excipiendis esset splendidus hospitibus, magna facultate pecuniæ eum opus habuisse. Alii contrà nimias sordes D
exprobrant & malignitatem eius, vt qui etiam missitata cibaria venundaret. Quum à Philide, qui equos alebat, pullum flagitasset, deneganti minitatus est breui se domum eius ligneum equum effecturum. obscurè significans, crimina se familiaria & lites ei aduersus quosdam necessarios misturum. Cupiditate gloriæ omnes superauit mortales. Itaque iuuenis etiamdum & nouus maximis precibus ab Epicle Hermionēsi citharista, quē magno in honore Athenienses habebant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vt artem exerceret apud se contendit: id cupiens, frequentes vt domum suam quærerent & celebrarent. Ad solenne Olympiacum profectus, quum conuiuiis, tabernaculis, reliquóque nitore & apparatu certaret cum Cimone, offensionem concitauit in se Græcorum. Nempe illi quidem ea concedenda & iuueni & nobili putabant: at hic nouus homo, qui indignè supra fortunas suas tollere spiritus videbatur, etiam insolentiæ incurrit crimen. Victor quoque fuit choragus certantibus tragœdis, quo tẽpore hi ludi erãt ingentis studii
B & concertationis. Cuius victoriæ tabulam dedicauit
208 cum hac inscriptione, Themistocles Phrearius choragus erat, Phrynichus docebat, Adimantus præsidebat. At erat plebi acceptus, partim quòd omnes ciues nominibus suis salutaret sine nomẽclatore, partim quòd integrum iudicem præberet se in contractibus. Ac Simonidi Chio aliquid iniqui ab ipso prætore postulãti respondit, non fore ipsum bonũ poetam, si præter modos caneret, nec se, si præter leges quid largiretur, magistratum probatum. Alio tẽpore deridens Simo-
C nidem, insanire dixit eum quòd Corinthios, qui magnam incolerent vrbem, conuitio proscinderet: quum sibi imagines faceret, qui tã fœda esset facie. Quum pes eius assurgerẽt, & esset populo gratus, tandem Aristidem, inuidia ei cõflata & factione sua oppressit, atq; in exiliũ decennale exegit. Postquam petiit iam Græciam Medus, consultantibus de imperatore Atheniensib', fama est cæteros, periculi magnitudine deterritos, vltrò petitionẽ imperii abiecisse: Epicydem verò Euphemidis filiũ concionatorẽ, hominem disertum qui-
D dem, sed animo imbellem & venalem, competitorem imperii ei fuisse & omnium opinione obtenturum suffragiis; Themistoclẽ proinde veritum ne omnia pessum irent, si esset prætor iste designatus, vt abstineret à petendo, nummis ab Epicyde redemisse. Commendatur item factum eius in interpretem, qui cum regis legatis venerat ad terram & aquam postulandam missus. Illum enim ex plebiscito comprehẽsum necauit, quòd sermone Græco mandata edere barbarorum fu-

isset ausus. Iam illud de Arthmio Zelite. Huic enim & A
liberis progenieiq; eius, quòd aurum à Medis ad Græcos deportasset, ex Themistoclis sententia est infamia irrogata. Maximum fuit omnium, quòd bella Græciæ intestina extinxerit, contẽtionésque eorum diremerit 209
mutuas, suadens vt suspenderent belli causa simultates. Qua in re egregium socium habuisse memoratur Chilcum Arcadem. Suscepto ducatu, extemplo parauit ciues in naues imponere, autórque ciuitati fuit vt deserta vrbe quamremotissimè à Græcia occurrerent barbaro classe. Cęterùm reclamantibus multis, eduxit in Tempe cum Lacedæmoniis ingentes copias, B
vt eo loco defenderent Thessaliam nondum cum Medis (vt putabant) sentientem. Sed quum illinc essent re infecta reuersi, &, Thessalorũ ad regem defectione, omnia in partes Medorum ad Bœotiam vsque discessissent, tunc consilium de mari Themistoclis cœperunt probare Athenienses. Ita mittitur cum classe ad Artemisium vt fauces illas tueretur. Hic Græcis Eurybiadi & Lacedemoniis deferentib' imperiũ, Athenien sibus autem, quòd nauiũ numero reliquos vincerent fermè C
vniuersos, detrectãtibus aliis parere, perspiciens Themistocles discrimen, cum ipse cessit Eurybiadi imperio, tum Athenienses placauit, recipiens iis, si se viros fortes præberent in bello, effecturum se vt Græci vltrò summam rerũ ipsis essent in posterum delaturi. Quare apparet potissimam causam eum Græciæ fuisse salutis, & præcipuè ad gloriam Athenienses prouexisse, vt qui virtute hostib' sociis antecelluerint facilitate. Vt verò classis barbarorũ Aphetas applicuit, expaueſcens multitudinem Eurybiades, frontem obtinentium nauium D
aliásque accipiens supra Sciathum ducentas, circumuehi statuit quamocyssimè, in interiorem Græciam se recipere, & quamproximè, tenere Peloponnesũ, atque sic classi pro subsidio terrestres copias circum fundere, quòd vires regis maritimas cẽseret insuperabiles. Hic metuentes Eubœi ne à Græcis desererẽtur, miserunt cum ingenti summa pecuniæ Pelagontẽ ad colloquendum occultè cum Themistocle. Quam vbi ille accepit, 210

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dedit eam (vt tradit Herodotus) Eurybiadi. Quum autem ex ciuibus reluctaretur ei Architeles, qui sacræ nauis erat trierarchus: pecuniæ verò, quam præberet sociis naualibus, inops, properaret se cum naue subducere, incendit in eum vehementius Themistocles ciues, vt concursu facto cœnam eius diriperent. Quare attonito Architeli, ac grauiter id ferenti, mittit in cistã Themistocles panem & carnes in cœnam, subiicitque argenti talentum in fundo, adhortans vt in præsenti cœnet, & postero die socios nauales curæ habeat: sin B minus, laceraturum ostendit ipsum se ad ciues, quasi nummos ceperit à barbaris. Hæc Lesbius Phanias memorat. Prælia quæ id tẽporis inita cum barbarorum classe fuerunt, non magnopere decreuerunt ad summam belli, sed ad experientiam magno fuerunt Græcis momento, re ipsa doctis, in ipso discrimine neque numerum nauium, neque speciem vel splendorem insignium, neque insolentes vlulatus, aut barbaricas cantilenas, viris cominus congredi doctis, atque ad dimicandum animatis horribiles esse: verùm oportere istis C contemptis ipsa petere corpora, collatisque manibus aduersus illa dimicare. Quod intelligens Pindarus, rectè de pugna ad Artemisium commissa videtur dixisse:

Cecropidæ clarum libertatis posuere fundamentum.

Quippe pars est audacia victoriæ. Artemisium autem Euboeæ est supra Hestiæam ad Boream expansum litus, cuius ex aduerso maxmè est ex ditione quę paruit Philocteti, Olizon. Fanum habet non amplum Dianæ orientalis cognomine. Ei est lucus circumiectus, & cingunt pilæ lapide candido coactæ. Lapis, si manu con D fricetur, colorem & odorem repræsentat croceum. Ea- 211 rum pilarum in vna hæc carmina sunt incisa,

Diuersas Asiæ gentes certamine quondam
Nauali hoc fudit Ventisono in pelago
Victor Cecropidûm populus; Medisque peremptis,
Dictynna hæc posuit clara trophæa tibi.

Monstratur huius littoris locus, qui ex multa circumiecta arena cinereum puluerem & atrum ex imo edit velut adustum, vbi naufragia & cadauera putãtur cre-

masse. At nũtiatis ad Artemisium, quæ apud Thermo A pylas acta fuerant, vbi cecidisse didicerunt Leonidam, & Xerxem transitus terrestres obtinere, retrò concesserunt in Græciam clãudẽtibus agmen Athenięsibus, atque ob virtutem ex rebus gestis maiorem in modum animos sustollentibus. Præteruehens Themistocles oram, vbi appulsus nauium hostilium necessarios & receptacula videbat, incidit in lapidibus, quos partim ibi inuenit temerè iacentes, partim ipse in locis stationi & aquationi idoneis posuit, magnas literas, quibus obtestabatur Ionas, vt si possent, ad se transirent i- B psorum genitores & propugnantes pro ipsorum libertate: sin minus, barbaros vt in prælijs fatigarent turbarẽntque. His sperabat effecturum se, vt aut desciscerent Iones, aut concirentur, in suspicionem apud barbaros adducti. Porrò quum esset Xerxes ex superiore Doridis regione in Phocidem digressus, oppidáque Phocensium flamma deuastaret, non tulerunt Græci suppetias, licet orarent Athenienses, vt ad arcendum à terra Attica bellum in Bœotia occurrerent, sicut ipsi C obiecerant se ad Artemisium. Verùm quum audiret eos nemo, sed respicerent Peloponnesum, omnésque vires molirentur intra Isthmũ contrahere, & murum de vno mari in alterum ducerent, ibi simul ob proditionem exarserunt Athenienses, simul mœstitia & angor desertos solicitauit. Nam cum tam innumerabili- 212 bus legionibus non erat sententia conferre signa. Vnũ restabat necessarium, vt in præsentia vrbe relicta naues D amplecterentur. Accipiebat id plebs molestè, quòd aris, focisque relictis neq; victoriã desiderarent, neque viderent salutem. Hic Themistocles ad inducẽdã multitudinem humanis destitutus consiliis, sicut in tragœdia machinam erigẽs, prodigia cælestia & oracula admouit iis. Ostentum mutuatus est à dracone, qui per eos dies non fuit in adyto visus, & libaminibus, quæ ei proponebantur quotidie, integris repertis, sacerdotes enuntiauerunt pro concione, dicendi potestate iis à Themistocle facta, dereliquisse Mineruam vrbem, & ducem se ciuibus ad mare præbere. Iam oraculo po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pulum tractauit, nihil aliud docẽs muro ligneo quàm naues ostendi, atque idcirco nominari diuinam à deo, non miseram neque infelicem, Salamina, vt à qua cognomen apud Græcos ingens esset palma tractura. Vbi sententia eius comprobata est, scribit plebiscitum, vt vrbs fidei Mineruæ populi Athenienſis præsidis cõcederetur, iuuentus naues conscenderet, liberis, coniugibus, seruitis incolumitatẽ, quam quisque posset, expediret. Rogatione perlata plerique parentes & coniuges Trœzenen deportauerunt deponendos, quos

B receperunt Trœzenij benignè. Siquidem sciuerunt ipsi publicè alimenta binis in singulos obolis die præbita & pueris poma vt liberum esset, vnde liberet, sumerent merces insuper præceptoribus eorum solueretur. Hoc plebiscitũ Nicagoras scripsit. Quum verò difficultas rei nummariæ laborarent in publico Athenienses, Aristoteles autor est curiam Areopagi militibus in capita octonas drachmas diuisisse, eámque potissimam fuisse causam complendæ classis. Verùm Clidemus & hoc quoque Themistoclis assignat consilio. Nam de-

C scendentibus Pyræum Athenienſibus, in simulacro Mineruæ desideratá ait fuisse ægidem. Themistocles

213 igitur, quũ specie quærẽtis excuteret omnia, immensam vim pecuniæ inuenisse in impedimentis abditam, qua in medio posita abundasse classiarios milites vsui. Conscendente ciuitate, aliis spectaculum hoc miserationem, miraculum aliis audaciæ mouit, parentes alio dimittentium, ipsorum autem immotorum ad consulatum lacrymásque & complexus parentum, qui in illam insulã transmittebant. Iam multi ciues, qui ob

D grauem ætatẽ relinquebantur, miserabiles erant. Præterea erat ex mansuetis & domesticis animalibus, cum latratu & desiderio assectãtibus conscendentes alteros suos, permouẽs oblectatio. Inter quæ Xanthippi canis refertur patris Periclis, non ferens disiungi ab eo, pelagus insiliſſe, ac iuxta triremẽ eius natans tenuisse Salamina: vbi deficiens, statim expirasse. cuius esse monumentum dicitur id quod monstratur hac quoque memoria, & appellatur Canis sepulcrum. Atque

hæc quidem præclarè Themistocles. Ad hæc teneri A ciues animaduertens Aristidis desiderio, metúque ne indignatione ille permotus conuerteret se ad regem, ac res Græciæ euerteret, (quippe oppressus à Themistoclis factione ante bellum & datus in exilium fuerat) scribit plebiscitum, permitti ad tempus exulantibus reditum in patriam, vt agant & consulant cum aliis ciuibus quæ è rep. Græciæ forent. Habebat autem Eurybiades, ob dignitatem Spartæ, imperium ad classem. Qui languidus ad periculum quum inde soluere & contendere ad Isthmum, vbi terrestres copiæ con- B uenerant Peloponnesiorum, intenderet, reclamauit ei Themistocles: quo tempore perualgata illa perhibetur dixisse. nam quum Eurybiades diceret ei, In ludis, Themistocles, eos qui maturius exurgũt cædunt alapis: Sanè quidem (inquit Themistocles) at nec moratores donãt corona. Quum baculum ille sustulisset 214 ad pulsandum ipsum: Themistocles, Feri, inquit, sed audi tamen. Eam moderationem stupente Eurybiade, iubentéque vt diceret, reduxit eum ad meliora consilia Themistocles. Quum verò iactaret quidam eum C cui vrbs non esset, non rectè docere alios qui haberent, patrias suas deserere & prodere: retorta Themistocles ad eum oratione, Nos quidem (inquit) scelestè, tecta & muros, ne in seruitutem redigamur, rerum causa surdarũ dereliquimus, & tamen vrbs est nobis omniũ Græciæ amplissima, ducentæ hæ triremes, quæ hoc tempore vobis, si salutem ab iis quæritis, ad auxilium sunt præstò: qui si iterũ destitutis nobis vos subduxeritis, iamiam aliquis ex Græcis audiet Athenienses & ciuitate libera & agro haud illo quem ami- D serunt potitos deteriore. Sic fatus Themistocles, suspicionem & formidinem iniecit Eurybiadi ne Athenienses ab ipsis deficerent. Quum Eretrius quidam dicere contra eum intenderet, Num vos quoq; (inquit) dicere quid de bello vultis, qui, sicut loliginẽs, gladium habetis, cor non habetis? Dum ita differit Themistocles, in foris ex superiore loco nauis perhibẽt quidam visã fuisse noctuam ad dextram classis volantem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A atque in antennis considentem. Quod potissimùm in causa fuit vt assentirentur ei, atque ad prælium nauale accingerent se. Vt verò classis hostium terræ Atticæ ad Phalericum admota vicina obtexit littora, atque ipse cum terrestri agmine rex ad mare descendit, vt semel cum omnibus copiis in cõspectu esset, effluxerunt ex Græcorum animis Themistoclis admonitiones, & Isthmum ceperunt denuò Peloponnesii respectare, fremente si quis aliud proponeret. Visum est igitur nocte vela facere, atque edictum gubernatoribus vt pa-
215 B rati ad nauigandum essent. Hic anxius Themistocles, quòd loci & angustiarum commoditate Græci amissa, in suum quisque oppidum dilaberentur, commentus est & struxit illum per Sicinum astum. Erat natione Sicinus Perses, captiuus, sed amans Themistoclis & liberorum eius præceptor, quẽ occultè ad Persam mittit nuntiatum Athenienſium ducem Themistoclem cum rege sentientem, ei primùm enuntiare Græcos fugam circumspectare, moneréque ne eis facultatem det fugiendi: sed interea dum tumultuantur desti-
C turi terrestribus legionibus, adoriatur & deleat copias nauales. Eum nuntium Xerxes quasi à benuolo animo profectum amplexus est, gratúmque habuit: denique edixit nauium præfectis, cæteras naues vt silentio instruant, cum ducentis autem profecti totum transitum vndique claudant, & circũueniant insulas, nequis elabatur hostium. Id agi Aristides Lysimachi primus sentiens contendit tacitus ad tabernaculum Themistoclis, non quidem quòd gratia ei cum
D illo intercederet, imò fuerat (vt diximus) illius operâ exterminatus: prodeunti ad ipsum declarat circunseptos se. Qui quũ aliàs integritatem eius haberet perspectam, lætus tunc eius præsentia, aperit ei quid per Sicinũ egisset, hortatur Græcos vt retineat, secúmque in id incumbat (quia maior ei adhibeatur fides) vt in faucibus pugnam naualem committant. Igitur collaudato Themistocle Aristides, alios duces & trierarchos adit & ad prælii accendit. Nondum adiũgentibus tamen ei his fidem, ecce triremis vna Tenedia, cui præ-

erat

erat Panętius, transfugit ad Græcos, quæ cinctos ipsos A esse nũtiauit. Ita iũ ira quoque præter necessitatem stimulauit Græcos ad confligendum. Vbi diluxit, Xerxes in edito consedit, classem & aciem speculans, vt Phanodemus ait, supra fanum Herculis, qua angusto fre- 216
to dirimitur ab Attica insula: vt Acestodorus, in Megaridis confinio super colles, quos Cerata appellant. Aureo sedit solio multis adhibitis scribis, quorum erat munus, vt quæque res in prælio gereretur excipere. At Themistocli super nauem prætoriam sacrificanti, tres captiui oblati sunt forma venustissima, vestéque & auro eximiè exculti. Dicebantur Sandauces regis sororis B & Autarcti filii esse. Quos contuitus vates Euphrantides, vt simul & magnam hostiæ & lucidam flammam ediderant, ac bonum omen sternutamento à dextera parte est datum, dexteram Themistoclis complexus, adolescẽtes illos omnes iussit vt victimam & hostiam Omesti Baccho, votis nuncupatis, immolarent: ita pariter Græcis salutem promitti & palmam. Stupente Themistocle eo vaticinio tanto & tam atroci, vulgus, vt in grandibus solet periculis & rebus asperis, salu- C tem potius ex absonis quàm consentaneis sperans, cœpit deum simul vna voce ciere, adductísque ad aram captiuis sacra ex præscripto vatis fieri coegit. Hæc philosophus, & historiarum nõ rudis, Lesbius Phanias, memoriæ prodidit. De nauũ barbaricarũ numero Æschylus poeta, vt certus & firmãs, in tragœdia Persis ita ait,

Xerxes, scio, naues erant certò quidem mille:
Verùm ducentæ & septem erant celeres
Supra modum: sic obtinet rumor volans.

Atticæ CLXXX erant numero. Singulæ habebant octonos denos, qui ex foris pugnarent: eorum erant quatuor sagittarii, reliqui grauis armaturæ. Videtur autẽ non secus tempus Themistocles ac locũ animad- 217
uertisse & captasse, neque prius aduersum barbaris aciẽ explicuit, quàm consueta hora adfuit, qua ventus ex mari increbrescens fluctum per fretum impelleret, cuius impetus Græcorũ nauibus non oberat, cõpactis & humilioribus: barbaricas verò, editioribus pup-

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pibus forisque excelsioribus,& ob pondus minus agiles,retorquebat,ac Græcis acriter incurrentibus,& ad Themistoclis, vt qui maximè videret quid è re esset, iussa intentis,transuersas obiiciebat. Iam vbi agebat Themistocles,Xerxis classis præfectus Ariamenes,ingenti vectus naue,iacula & sagittas velut è muro ingerebat,qui vir insignis erat,& regis fratrum longè fortissimus & iustissimus. Eum Amenias Decelensis & Sosicles Pediensis, vnà vecti, vt concurrentes infestæ naues & in se mutuò impactæ rostris cohæsere, insiliB entem in ipsorum nauem exceperunt, hastisque affixum præcipitauerunt in mare. Corpus eius inter cætera fluitans naufragia,Artemisia agnitum deportauit ad Xerxem. Dum ita certatur,fama est ingens lumen ab Eleusine refulsisse, campúmque Thriasium strepitu & vocibus, sicut ex cœtu hominum mysticum Iacchum deducentium,ad mare vsque personasse. Ab agmine vocem edẽtium assurgens paulatim à terra visa iis nubes deflectere à continente, & in naues incumbere.Alij species videre visi sunt virorum armatorum manus ab Ægina pro Græcorum classe protẽdentium. C Eos putabant esse Æacidas,quos votis ante pugnã implorauerant. Princeps nauem cepit ciuis Athenien sis Lycomedes trierarchus: cuius abscidit insignia atque Apollini victori sacrauit. Reliqui æquantes in angustiis barbarorum frontem, inuehentes carptim illos ac semetipsos turbantes, quum in serum extra218 xissent pugnam, fuderunt fugauerúntque, atque insignem illam & nobilem victoriam,vt Simonides ait, qua neque apud Græcos neque apud barbaros clarius decus vllum extitit nauale,retulerunt virtute & fre- D nuitate communi omnium militum, consilio verò & prudentia Themistoclis. Secundum prælium naual Xerxes,adhuc cum re malè gesta luctans,aggreditur per aggeres Salamina traducere in Græcos,copias terrestres freto, quod erat interfusum, obsepto. Themistocles autem verbis Aristidem pertẽtans, cessare simulauit se, vt classe in Hellespontum profecti pontem rescinderent, Quo Asiam(inquit) in Europa

capiamus. Quod quum improbaret Aristides, dicerétque,Hactenus quidẽ cum barbaro ludente contulimus arma, quem si in Græcia incluserimus & metu ad necessitatem adegerimus, virum tam multis subniA xum legionibus,non vltrà sub vmbraculo sedens aureo pugnam solutè spectabit,sed omnia audebit,& omnibus rebus ipse metu vrgente occurrens, quod titubatum est,corriget,consiliumque de summa rerum inibit sanius. Non est igitur,Themistocles(inquit)hic nobis soluendus pons,verum etiam,si qua fieri queat,parandus alter,quo istum propere ex Europa exturbemus. B Ergo, Themistocles, si ita esse,inquit,ex vsu videtur, tempus est vt rationem ineamus omnes struamúsque, quo Græcia excedat quamocyssimè. Vbi in eã sententiam itum est,quendam ex regiis eunuchis,quem inuenit inter captiuos,Arnacẽ nomine,mittit, qui renuntiet regi,decreuisse mari nunc victores Græcos Hellespontum classe petere,ad pontem, qui ibi constratus sit, intercidendum: Themistoclem autem,de rege laborantem,monere, vt properato itinere ad mare suum contendat,& trãsmittat dum moras aliquas ipse sociis C nectit & cunctationes ad insequendum. Hoc barbarus 219 nuntio expauefactus,properauit se recipere. Documentum autẽ præbuit in Mardonio Themistoclis & Aristidis prudentia. siquidem signa ad Platæas Xerxis minima ex parte exercitus quũ contulissẽt,aleam subierunt summæ. Inter ciuitates palmam tulit (vt tradit Herodotus)ciuitas Æginetarũ: Themistocli verò,quãuis inuiti obstante inuidia, omnes tribuerunt palmam. Vt enim concesserunt omnes in Isthmum, & suffragia duces ab ara tulerunt,primũ virtute semetipsum quis- D que, secundum à se renuntiauit Themistoclem. Lacedæmonij verò deduxerunt eum Spartam, vbi Eurybiadi virtutis, sapientiæ præmium illi tribuerũt oleaginam coronam,& currum,qui in ciuitate erant, primarium ei donauerunt. Trecentos præterea miserunt, ex iuuentute sua,qui eum ad fines vsque prosequerentur. Fama est proximis insequentibus Olympiis quum in curriculum concessisset Themistocles, contemptis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A certatoribus, spectatores totum diem oculos in illum defixisse peregrinisque stupentes illũ magno cum plausu monstrasse: vt ille lætitia perfusus non obscurè tulerit apud amicos, satis se fructus suorum pro Græcia susceptorum laborum percepisse. Erat nanque (si fides habenda iis est quæ de eo commemorantur) natura auidus supra modum gloriæ. Siquidem designatus à populo nauarchus, nulli rei publicè vel priuatim vacauit sigillatim, verùm quæcunque res esset ad ipsum delata, illam in eum reiecit diem quo erat conscensurus,
B quo vno tempore multis rebus intẽtus & à diuersis appellatus hominibus, magnus esse & summæ videretur autoritatis. Cadauera in littore iecta inspiciens, vbi exornata vidit armillis aureis & torquibus, ipse præteriit, sed comitãti ostẽdit ea dixitque amico, Tolle ea tibi: neque enim tu Themistocles es. Ad Antipha
220 tem, qui formosus fuerat, & gesserat quondã se aduersus ipsum insolentius, tunc autẽ propter autoritatem assectaretur, Serò, inquit, adolescens, ambo tamẽ simul cœpimus sapere. Athenienses ipsum referebat non ha-
C bere in honore vel admiratione, sed sicut sub platanum sub se, tempestate coorta & ingruentibus periculis, refugere: quum diserenuerit apud eos, castrare se & rescindere ramos. Quum exprobaret ei Seriphius quidam, nõ sua eum sed patriæ gloria splendorẽ assecutũ, Rectè ais, inquit. At neque ego si Seriphius sim, eua fissem clarus: nec tu, si Athenien sis. Dux quispiã, qui vtilem operã nauasse se existimabat ciuitati, huic, quum insultaret Themistocli & res gestas suas contenderet cum ipsius, Cum festo, inquit, altercans dies posterus,
D iactauit illum laboribus & sudoribus districtum esse, se verò fruenda præbere feriantibus apparata. Ad quæ respondisse festum, Rectè sanè: at ni ego essem, tu non esses. sic nisi ego, inquit, tunc fuissem, vbi nunc vos essetis? Filium suum, qui licentius abutebatur matris indulgentia, & per illum sua, falsè dicebat plus quàm vllus Græcorũ pollere. Cæteris enim imperare Athenienses, se Athenien sibus, sibi illius matrem, matri illum. Quum omni in re facere aliquid vellet singulare

prædium distrahens iussit pronuntiari etiam bonum A
id vicinum habere. Ex illis qui nuptias filiæ suæ ambirent, quum probum prætulisset pecuniosõ, ait virum se quærere potius qui pecunia egeret, quàm pecuniam quæ viro. Atque in facetiis erat huiuscemodi. Explicatus bello mox institit vrbem instaurare & muris cingere, ephoris, ne aduersarentur, pecunia, vt Theopompus scribit, redemptis: vt plerique alii, clusis hoc modo. Spartam specie legationis profectus est. Ibi con- 221
querentibus Spartiatis quòd muro circundarent vrbem, & ad criminandum Athenienses ex composito, B
poliarcho ab Ægina missõ, inficias iuit, & mittere eos iussit ad res inspiciendas: simul vt spatium ex mora excitando muro pararet, & legatos pro se obsides retinerent Athenienses. quod euenit. Nam re comperta nihil læserunt eum Lacedæmonii, sed dissimulata ira sua dimiserunt. Hinc Piræum, commoditate animaduersa portus, extruxit, totámque vrbem ad mare accommodauit, contrariam quodammodo sectam in ciuitate ac veteres Athenien siũ reges instituẽs. Illi enim
(vt fertur) intendẽtes reuocare à mari ciues, atque ad C
relinquendas naues colendúmque assuefacere agrum, dissipauerant illam de Pallade fabulam: ambigente de illa regione Neptuno, quũ ostẽdisset iudicibus oliuam, causam eã obtinuisse. At Themistocles nõ (vt comicus ait Aristophanes) vrbi commisit Piræum, imò vrbem annexuit Piræo, & terram mari. Quæ res vires populi aluit cõtra optimates, eúmque audacia inflauit, omni ad nautas, hortatores, & gubernatores redũdante autoritate. Vnde suggestum, quierectus in Pnyce erat vt
spectaret mare, conuerterunt pòst terram versus tri- D
ginta tyranni, imperium maritimum rati gignere populi potentiam, & paucorum principatu minus offendi agricolas. Enimuero Themistocles rem conceperat animo de viribus naualibus celsiorem. Quum enim classis Græcorum à discessu Xerxis Pagasas decurrisset in portum, ibique hybernaret, pro concione ostendit Athenien sibus habere rem se conducibilem ipsis & salutarem, sed non edendam in vulgus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Athenienſibus, vt eam vni aperiret Ariſtidi iubentibus: qui ſi probaret, exequeretur eam. Ità oſtendit Ariſtidi Themiſtocles claſſem Græcorum in animo habere ſe incendere. Mox concionem hic ingreſſus, re, ait, quam in animo haberet Themiſtocles, nullam eſſe neque vtiliorem neque iniquiorem. ita præcepit ei populus Athenienſis vt ab iſto conſilio deſiſteret. Quũ in conuẽtibus Amphictyonicis referrent Lacedæmonii ad cõcilium, vt ab eo concilio arcerentur ciuitates quæ arma non conſociaſſent aduerſus Medum, timens ne ſummotis à conſeſſu Theſſalis, B Argiuis, præterea Thebanis illi haberent ſemel ad nutum ſuum ſuffragia, atque ex eorum voluntate omnia gererẽtur, patrocinatus eſt hiſce ciuitatibus, & ſententiis Pylagorarum circumegit, docẽs, quæ conſortes belli fuiſſent, vnam & triginta ciuitates eſſe, atque has magna ex parte planè exiles. Non eſſe igitur ferendum, ſi excluſa à fœdere reliqua Græcia, concilium hoc ad duorum vel trium ampliſſimarum arbitrium ciuitatum redigeretur. Ex eo incurrit potiſſimùm in Lacedæmonios: quapropter Cimonẽ prouexerunt honoribus, quo Themiſtocli eũ in rep. excitarent aduerſarium. Fatigauit & ſocios circũuectus inſulis, ac nummos ab ijs expreſſit. Atque apud Andrios, quum eos pecuniam poſceret, referre illũ Herodotus hæc dixiſſe & audiuiſſe: Duas ait deas ſecum adduxiſſe, Suadam & Vim. Illi reſpondẽrunt apud ſe quoque duas eſſe magnas deas, à quibus illi pecuniam dare prohiberentur. Paupertatẽ & Inopiã. Timocreon, Rhodius poeta, mordet in cantico Themiſtoclem acerbius, quòd exulibus aliis mercede reditum in patriam confeciſſet, ſe verò hoſpitem & amicum prodidiſſet, pecunia adductus. Eius illi ſunt verſus,

Sed tu modo Dionyſiorum laudẽve Xanthippum efferis,
Vel tibi Leutychidam:
Ego autem Ariſtidem cano Rectum, ſacrũ optimumque virum,
qui Troiæ Athenas.
Mendacem enim, iniquum, proditorem odit Latona
Themiſtoclem,

Qui ſordidulam ab pecuniolam ſuum minimè reduxit
Amarum hoſpitem in patriam Alyſon:
Sed inde tria arripiẽs tulẽra, Gadit in malũ exitium,
Iniquè alienos rẽcheus, quoſdam exigens, hos & struens
Natũ omnes pecunia.
Nonne pãdochus ineptus in Iſthmo eſt, ridiculũ faciens
Actum, apparãtque frigidas carnes. Verum autem
epulamur illi,
Precantur & Themiſtocli Ne horã quidem ſuperſit.

Longè verò petulantioribus & apertioribus probris Themiſtoclem iã exulẽ & damnatum proſeidit Timocreon, compoſuitq; carmen, cuius hoc fecit exordium, β

Muſa, carminis decus hocce, vulga per Græciam, vt
par atque iuſtum eſt.

Fertur Timocreon, quòd partes ſequutus Medorum fuiſſet, inter alios etiam Themiſtoclis calculo damnatus atque exterminatus fuiſſe. Vt iam partes Medicæ ſunt Themiſtocli criminj datæ, hæc in eum ſcripſit,

Haud quippe Timocreon ſolus fidem dedit
Medis: ſunt alij non improbi minus.
Non clandico ſolus: Latent Gulpes aliæ. ς

Quia verò cuncis iam ex inuidia libẽter in eum calumnias recipiebãt, coactus eſt factis ſuis crebrò ad populum cõmemorandis, ſtomachum ei facere, & ad inſenſos, Quid tumultuamini (inquit) ſi ſæpius ab iiſdẽ beneficia accipitis? Momordit etiã multitudinem ade extruenda Dianæ, quã Ariſtobulen (quaſi optima conſiliatrice ipſe cuncti & Græcis dediſſet) appellauit. Iuxta domum ſuam delubrũ hoc in Melita ſtruxit, vbi nunc cadauera ſuppliciorum effectorũ carnifices proiiciunt, veſtẽſque & laqueos efferunt eorum qui ſtrangulati & interfecti fuerunt. Præterea puſillum ſignum poſitum Themiſtoclis etiam noſtra fuit ætate in Ariſtobules ſanguine: cruẽtumque ex eo non animus modò, ſed ſpecies etiam illius auguſta. Igitur inſixerunt ei decennale exilium, vt dignitatem & auctoritatem eius deprimerent, quod ex more habebant in omnibus quorum opes ipſis graues erãt, & mediocritatem faſtus exceſſerant popularem. Nanque pœna non erat decennale exi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lium, sed mitigatio & alleuatio inuidiæ: quæ præ-
224 cellentiores gaudebat detrahere, atque odium suum
in hanc euomebat contumeliam. Postquam expulsus
vrbe fuit, dum Argis agit, casus Pausaniæ maleuolis ei-
us materiam suggessit. Proditionis crimen intentauit
ei Leobotes Alemæonis filius, Agraulensis, subscriben-
tibus accusationi Lacedæmoniis. Pausanias enim stru-
ens illud proditionis facinus, primò Themistoclem id,
licet amicum, celauit. Vt electum vidit vrbe & indignè
id ferentem, non dubitauit eum ad consortium cœpto-
B rum inuitare, ostenditque ei literas regis in Græcos ip-
sum, vt improbos & ingratos, inflammás. Qui quan-
quam eam solicitationē reiecit, societatémque semel
repudiauit, nemini patefecit tamen id consilium: quia
sperabat fore, vel vt desisteret ab ea mente, vel alia ra-
tione, qui res absurdas & ancipites affectaret temere,
detegeretur. Punito ea de causa Pausania, repertæ sunt
nonnullæ litteræ & scripta quæ de his agebant, quæ
Themistoclem in suspicionē adduxerunt. Atque hinc
Lacedæmonii eū calumniabātur, hinc criminabantur
C inuidi ciues nō præsentē, sed per epistolas purgantem,
præcipuè priora crimina. Nam ad inimicorū calumni-
as scripsit ciuibus, se qui imperare vellet, ad parēdum
autem neque factus esset, neque haberet voluntatem,
nunquam animum inducturū vt barbaris & hostibus
semetipse eū Græcia vēderet. Nihilominus inductus
ab accusatoribus populus, misit certos quibus impera-
tū erat vt cōprehenderent eū attraherentque ad caus-
sam in concilio Græcorum dicendā. Quod vt præsen-
sit, traiecit in Corcyram, quæ ciuitas beneficia sua ha-
D bebat. Quum enim illum cōtrouersiæ quam habebant
225 cum Corinthiis, cepissent iudicem, diremit pugnam
eorum, iudicauitque vt viginti talēta Corinthii iis pen-
derēt, & Leucadem possiderent communē vtrique co-
loniam. Inde fugit in Epirum. Quū verò Athenienses
& Lacedæmonii eum persequerentur, eoniecit se in
asperam & cæcam spē, & ad regē Molossorū recurrit
Admetum. Hic quum nescio quid ab Athenien sibus
postulauisset, ignominiosē à Themistocle, tunc in

ciuitate florente, reiectus perpetuò habuit eum odio, A
ac prę se tulit, si in ipsum incidisset, pœnas se ab eo pe-
titurum. At illa in fuga formidans magis Themisto-
cles domesticum & recēs odium, quàm veterem iram
& regiam, huic se permissum iuit, ac supplex Admetum
adiit nouo & inusitato more. Nam filiū eius puerum
admodum tenens abiecit se ad focum eius. Hunc ma-
ximum & propè solum qui non reiiciatur, Molossi
modum ducunt supplicandi. Aliqui Phthiam aiunt re-
gis coniugem eam rationē supplicandi suggessisse The
mistocli, filiúmque suum apud focum cum eo locas-
se: alii Admetum ipsum, vt necessitatem apud eos qui B
illum insequerentur, cur non dederet eum, excusaret,
modum istum supplicandi struxisse ei & machinatum
fuisse. Vxorem & liberos eius clàm Athenis exporta-
uit Epicrates Acharnensis, quos illuc misit: quem eo
nomine Cimon pòst capitis damnauit, vt scribit Ste-
simbrotus. Mox horum nescio quomodo oblitus, aut
Themistoclē faciens oblitum, nauigasse autumat eum
in Siciliam, atque ab Hierone tyranno filiæ eius nu-
ptias petisse, recipiens in ditionem eius se Græciam
redacturum, quod aspernante Hierone, tum contendi- C
sse in Asiam. Cæterùm abhorret à fide hæc ita facta
fuisse. Siquidē Theophrastus in libris De regno The-
mistoclem scribit, quum ad Olympia certatum Hiero
misisset, & tabernaculum erexisset splendidè adorna-
tum, pro sententia apud Græcos dixisse, vt tentorium
tyranni diriperent, & arcerēt à certamine equos eius. 226
Thucydides naue conscēsa à Pydna refert eum ad al-
terum mare prouectum, nec quenquam vectorum,
qui esset, nosse: quoad ventis nauem onerariam Naxū, D
quæ id temporis ab Athenien sibus circunsidebatur,
rapientibus exterritus, nauiculatori tum & guberna-
tori aperuerit se, & qua precibus qua minis agens de-
nuntiánsque apud Athenienses se crimine & menda-
ciis ipsos pressurum, non imprudentes, verùm merce-
de inductos initio ipsum recepisse. Hac ratione ex-
pressit vt præteruecti transsitterent in Asiam. Pecu-
nia eius magna ex parte furtim per amiços egesta & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Asiam est deuecta. Deprehensam & publicatam summam, centum Theopompus, Theophrastus octoginta talentûm dicit fuisse: quum vires bonorum Themistoclis priusquam ad rempublicam accederet, trium non essent talentorũ. Vt delatus Cymam, multos sensit rei maritimæ præfectos insidias ad se capiendũ tendere, præcipuè Ergotelem & Pythodorum (erat enim præda, compendium ex re qualibet captãtibus, opima; quòd præmium rex in caput eius ducenta talenta pronunciasset) Ægas Æolicum oppidulum refugit, nulli
B extra hospitem Nicogenem notus. Erat Æolum hic locupletissimus, & principibus qui circa regem erant, familiaris. Apud eum paucos delituit dies. Inde à cœna sacrificio facto, magister liberorum Nicogenis Olbios, mẽte motus lymphatúsq; exclamauit hũc versũ,

Nosti consilium, & cæcum da & videre timorem.

Hinc sopitus Themistocles, vidit in somniis draconem ventrem suum circumiectum & arrepentem collo, vbi
227 faciem attigit, versum in aquilam & complexum se alis sustulisse, longámque viam auexisse, denique in aureo caduceo, quod se obtulit, securè statuisse immenso
C pauore & terrore exemptum. Mittitur igitur ab Nicogene, qui rem est huiusce modi fabricatus. Quia nationes barbaræ ferè & præter cæteras Persica æmulatione erga mulieres asperæ natura sunt & atroces. Neque enim vxores solùm, sed ancillas quoque emptitias & pellices anxia sepiunt custodia, ne à quo non domestico conspiciantur, verùm domi degant conclusæ. Per viam vndique septæ in tentorio vehuntur curribus. Tali Themistocles tectus vehiculo ferebatur. Comitatus eius obuiis & percunctantibus respondernnt Gręcam mulierem se ab Ionia ad quẽdam regis admissio-
D nalem agere. Ac Thucydides quidem & Charõ Lampsacenus, Xerxe defuncto produnt in sermonem venisse Themistoclem filio eius: Ephorus, Dion, Clitarchus, Heraclides, aliique complures ipsum conuenisse Xerxem. Verùm Thucydidem magis cum annalibus, licet ne hi quidem consentiant fideliter, apparet congruere. Vbi Themistocles ad ipsum iam discrimẽ

peruenit, primùm Artabanum conuenit tribunũ mi- A
litum, ostenditque Græcum se esse, velle autem cum rege maximis de rebus, & de iis quæ potissimùm eum soliciteut, agere. At ille, Leges, hospes, inquit, mortalibus discrepantes sunt; aliis alia honesta: omnibus autem honestum est domestica ornare & tueri: ac libertatem vos præ cæteris & æquabilitatem spectare fama est, nobis inter multas & præclaras leges hæc est præclarissima, venerari regem, & imaginẽ adorare omnia conseruantis Dei. Si igitur accommodare te moribus nostris in animo est, regémque adorare, copia tibi erit & contemplandi eius & appellandi: sin alia est sen- B
tentia, vteris ad eum internuntiis. Regi enim non est 228
vllũ audire, qui eum non adoret, solenne. Ad quæ Themistocles respondit in hunc modum, Ego verò, Artabane, adsum, quo regis nomen & potentiam reddam ampliora, & quandò ità Deo; qui euexit Persas, visum est, cum ipse parebo vestris legibus, tum efficiam vt plures hunc adorent regem. Proinde nihil hoc impedimenti adferat sermonibus quos cum rege statui cõferre. At quémnam, inquit, ex Græcis, Artabanus; re- C
feram venisse? neque enim vulgaris hominis præ te fers ingenium. Cui Themistocles, Id, Artabane, prior rege audiet nemo: ita narrat Phanias. Eratosthenes in commentario quem scripsit De diuitiis, attexit fœmina administra Eretrica, quæ tribuni pelles erat, colloquium cum & gratiã obtinuisse illius. Vt ergo introductus ad regem est, eóque adorato constitit tacitus, imperauit interpreti rex vt quæreret qui sit. Rogante interprete respondit, Adsum tibi, rex, Themistocles ego Athenienſis exul, quem Græci persequuntur, cui D
malas quidem pœnas Persæ, sed plurima debent præstita ob impeditam à me insectationẽ, quũ patriæ incolumitas, Græcia iam in tuto collocata, nonihil vobis gratificandi tribuit mihi facultatẽ. Equidem comparãui omnino me ad præsentem calamitatem, veniquè paratus ad beneficium à placato & reconciliato accipiendum, & ad deprecãdum iram infesti. Tu age, quũ tesles meorum ergà Persas meritorum meos habeas

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hostes, abutere mea fortuna potius ad virtutem probandam tuam quàm ad explendam iram. Conseruabis enim supplicem tuum, & perdes Græcorum hostem. Ita fatus Themistocles orationi diuinum ostentum, quod fuerat ei in Nicogenis ædibus oblatum, subiunxit, & Iouis Dodonæi oraculum, quo ad cognominem deo pergere iussus conceperat animo remitti
129 se ad illum. Magnum enim vtrunque & esse & dici regem. Postquam dicendi finem fecit, nihil ei respondit Perses, quanuis animos eius stuperet & audaciam: sed
B apud amicos eum fuisse sibi ipsum gratulatum vt de fortuna sua adeo secunda, precatúmque Arimanium, hostibus suis semper daret eam mentem vt præstantissimos de medio sui summouerent, diis ferunt sacrificasse, inde mox conuiuium iniisse, ac præ gaudio nocte in medio somno ter exclamasse, Themistoclem habeo Atheniensem. Vbi illuxit, conuocatis amicis, acciuit eum omni destitutum bona spe, vbi ianitores vidit audito præsentis nomine infestos sibi, atque maledicta ingerentes. Ad hæc tribunus Roxanes, quum ipsum
C præteriret, rege sedente & silentibus cæteris, submisse ducto suspirio ait, Serpens Græce versipellis, fortuna te regis huc egit. At verò vt in conspectum regis venit, & denuo eum adorauit, rex salutauit appellauitque eum benigné. Ac iam tibi ipsi, inquit, ducenta talenta debeo. Quú enim temet ipse adduxeris, meritò quod in caput tuum fuit pronuntiatum præmium te ducenti, feres. Multo his plura promisit ei, eúmque confirmauit, atque liberè iussit vt diceret de rebus Græcorum, quæ visa essent. Cui responsum Themistocles
D reddidit, sermonem hominis instar esse pictorum stragulorum. Nam vt hæc, ita illum aperire expansum imagines, contractum tegere & deprauare. itaque esse tempore sibi opus. Capto ea similitudine rege, & vt sumeret imperante, annum postulauit. Interea linguã Persica abundè percepta, appellauit per se regem. Atque remotioribus opinionem tribuit agere de rebus
130 Græciæ. Sed quia multa per id tempus in aula & circa regis amicos nouabantur, contraxit apud principes

inuidiam: quasi etiam de illis licentiam apud regem A
vsurparet loquendi. Haudquaquam enim erant huius honores & reliquorum exterorum comparandi. At rex adhibuit eum etiam venationibus & domesticis oblectationibus, vt ad matrem quoque regis admitteretur, eáque vteretur familiariter, acceperit insuper iussu regis præcepta magica. Quum Demaratus Lacõ iussus poscere munus, popposcisset vt more regum directa citari Sardis inuehereturr: Mithropaustes regis consobrinus, apprehensa Demarati manu, dixit, Hæc
B quidem citaris non habet cerebrum quod tegat: tu verò vt fulmẽ accipias, haud fueris proinde Iupiter. Ob eam postulationẽ quum despiceret per iram rex Demaratum, præ se ferentem implacabilem se ei esse, induxit precibus Themistocles, vt reconciliaretur ei.
Memorant subsequutos quoque reges, quorum temporibus maior communicatio cum Græcis rerú fuit Persicarum, quoties cuiuspiam Græci indigerent opera, polliceri solitos & scribere omnes, maiorem apud se fore Themistocle. Ipsum quoque aiunt Themistoclem, vbi iam ingens euasit, & colebatur à mul-
C tis, splendida aliquando apposita mensa filiis dixisse, Perieramus filii, nisi periissemus. Vrbes tres tradunt plerique ei in panem, vinum, & esculenta datas, Magnesiam, Lampsacum, Myunta. Duas adiiciunt alias Cyzicenus, Neanthes & Phanias, Percoten & Palæscepsin, in stratum & vestem. Descendenti ad mare ob pertinentia ad Græciam negotia Themistocli Perses quidam Epixyes nomine, superioris Phrygiæ satrapa, insidias struxit paratis iam pridem Pisidis, qui in op-
D pido, quod Leontocephalon vocant (*significat ea vox Caput leonum*) pernoctantem trucidarent. Cui matrem Idæam perhibent oblatam per somnium meridianti dixisse, Deuita, Themistocles, leonum caput, ne 131
in leonem incurras. Pro hoc ego abs te postulo ancillam Mnesiptolemam. Vnde pauore offusus Themistocles, adorata dea, declinauit viam regiam, ac locum illum alio circuitu præterlatus, iam nocte consedit. Quum autem vnum ex iumentis quæ portabant ten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A torium eius, esset in fluuiũ delapsum, serui Themistoclis aulæas madefactas expanderunt ad siccandum. Interea accurrunt cum gladijs Pisidæ. Quum autem ea quæ siccabantur, non satis peruiderent ad lunam, arbitrabantur ea Themistoclis esse tentoriũ, atque se illum intus inuenturos quiescentem. Vbi iam suggressi propius sustulerunt aulæam, intenti serui inuolauerũt in eos ac corripuerũt. Ita defunctus periculo in dex, quæ sibi fuerat oblata, venerationem Magnesiæ templum Dyndimenæ condidit, cuius filiam suam ereauit
B Mnesiptolemã sacerdotem. Vt Sardos venit, & per otium ædium sacrarũ molitiones spectauit, viditque numerum signorũ, & in Matris magnæ virginem, quam Hydrophoron vocant, ex ære factam magnitudine cubitali, quam ipse super aquas Athenis positus, deprehensis iis qui fuerant aquam suffurati & auerterant, ex mulctatitia factam dedicauerat pecunia, siue captiuitate eius signi motus, siue ad ostentandum Atheniẽsibus quanto in honore, & quanta esset apud regem autoritate, egit apud satrapam Lydiæ, vt hoc signũ sibi mit-
C tere liceret Athenas. At stomachante barbaro, & regi se per literas id significaturũ minitante, trepidus Themistocles confugit ad mulieres, conciliatisque pellicibus eius pecunia, & illius demulsit iram, & in posterum circunspectius egit, quòd iam inuidiam formida-
232 ret barbarorum. Neque enim pererrauit, vt Theopompus ait, Asiam, sed Magnesiæ sedes habens, magnisque cultus donis, atque pari in honore ac primores Persarum habitus, perdiu vitam egit securã: quòd superiorum prouinciarum rex distractus negotijs, non
D admodum attenderet animum ad res Græciæ. Vt verò Ægypti rebellio adiutoribus, Atheniensibus, nauesque Græcorum vsque ad Cyprum & Ciliciam prouectæ, dominánsque Cimon mari, eum ad occurrendum Græcis, & ad eorum reprimendum aduersus se incrementum reuocauerunt, iámque delectus habebatur, duces dimittebantur, & Magnesiam ad Themistoclem cum mandatis regijs veniebant nuntij, vt res Græciæ susciperet, præstarétque promissa, neque ira inflam-

matus in ciues suos vlla esset, neque tantis honori- A
bus & potentia incitatus ad bellum, sed & effectum rei fortassis in expedito non ratus esse, præsertim quòd haberet ea tempestate duces Græcia inclytos, & mirifica esset Cimonis in rebus Græcorum gerendis felicitas, maximè autem rubore gloriæ rerum gestarum & illorum trophæorum, optimè deliberauit vitæ conuenientem colophonem imponere. Itaque sacris operatus, conuocatósque complexus amicos, hausto, vt celebris fama est, taurino sanguine: vt aliqui volunt, ve-
neno præsentaneo sumpto, annos natus quinque & B
sexaginta, quos ferè in republica administranda & imperio transegit, Magnesiæ vitam cum morte commutauit. Causa & ratione mortis intellecta, regem opinionem de eo maiorem habuisse, amicósque eius & familiares perpetua benignitate memorant complexum. Liberos reliquit Themistocles ex Lysandri Alopecensis filia Archippa Archeptolin, Polyeuctum, & Cleophantum, cuius Plato philosophus, vt optimi equitis, cætera inertis, meminit. Ex maximis natu Nepocles, interfecto equi interiit admodum puer. Diocles 233
auus adoptauit Lysander. Filias habuit complures, C
quarum Mnesiptolemam, ex secundis nuptijs genitam, frater non ex eadem matre Archeptolis, adiunxit sibi matrimonio, Italiam Panthedes Chius, Sybarim Atheniensis Nicomedes, Nicomachiam Phrasicles Themistoclis fratris filius, illo iam defuncto, Magnesiam profectus accepit à fratribus. Minimam hic omnium liberorum eius eduxit Asiam. Eius habent Magnetes amplum in foro conditorium. De reliquijs non est addenda fides Andocidi, qui in libro ad amicos scri D
bit perueſtigasse reliquias eius & dissipasse Atheniensis. Mentitur enim id, quo principum factionem incendat in populum. At Phylarchus in historia, quasi in tragœdia excitans machinam, Neoclem quendam ac Demopolin, Themistoclis filios, inducit: eóque mouere animos & incitare nititur, quòd nemo est tam indoctus qui fictum esse ignoret. Diodorus Peri-
egetes in libris quos De monumentis scripsit, magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A suspicione ductus quàm certitudine rei, prodidit apud portum Piræei excurrere ab Alcimi promontorio sicut cubitum quendam, & vbi intra hunc flexeris, qua subtranquillum est mare, ingentem extare basim: atque illam, quæ in ea extat, aræ speciem sepulcrum Themistoclis esse. Arbitratur etiam Platonem Comicum sibi adstipulari hisce versibus,

Tua tumba stat cumulata commodo loco,
Mercator hanc semper salutabit pini,
Aduectus & reuectus hic videbitur,
Aliquando certamina simul naualia.

Posteritati Themistoclis Magnesiæ vsque ad nostram
B memoriam mansere certi honores, quibus fruebatur Themistocles Athenienſis, quicum consuetudo nobis & amicitia apud Ammonem philosophum intercessit.

PLVTARCHI

CAMILLVS.

234 INTER ea quæ de Marco Furio Camillo referûtur multa & eximia, singulare imprimis videtur ac mirandum, quòd qui victorias imperator plurimas & præclarissimas retulit, dictator quintùm fuit dictus, quater triumphauit, alter etiam Romæ appellatus conditor, ne semel quidem consul fuerit. In causa fuit reipublicæ status, quo populus à patribus dissidens, ne consules crearentur, obstitit, sed tribunos rebus præfecit, quorum propter numerum, tametsi consulari essent & auctoritate & potestate, minus in plebis oculos incurrebant imperium. Quippe quos paucorum offendebat potentia, his minus molestũ erat sex viros quàm duos rempublicam tenere. Per id tempus quum potissimùm Camillus

Camillus gloria & rebus gestis floreret, quanuis ciui- A
tas medio tempore comitia consularia habuerit subinde, non sustinuit tamen consul inuito fieri populo. In cæteris magistratibus, quos multos cepit & varios, ita se gessit, vt potestatem suam, quum vel solus obtineret, supremam in medium cõferret, gloria verò ad eum redundaret vnum, vbi etiam colliegas habebat. Huius cauta fuit eius prudentia, qua superabat citra controuersiam omnes, illius modestia sine inuidia imperantis. Nam quum gens esset Furiorum ea tempestate nõ admodum illustris, nomẽ factis suis hic parauit primus, B
quo tempore sub dictatore Posthumio Tuberto, in magno contra Æquos & Volscos certamine, stipendia faciebat. Ibi equo ante aciem prouectus, accepto in femore vulnere, non remisit tamen pugnã, sed quum infixũ ex vulnere iaculũ recepisset, congressus cum fortissimis hostiũ, vertit eos in fugam. Inde cũ alios est hoнores adeptus, tum, quæ in magna id temporis erat dignatione, censuram. Huius recensetur vnum eo in magistratu eximium factum, quòd cælibes partim blandè 235
appellando, partim denuntianda mulcta, viduis, quæ ob bella erãt multæ, matrimonio copulauerit: necessarium alterum, quòd, qui antè immunes fuerant, cẽsuerit pupillos. assidua bella, quæ sumptus requirebant ingentes, id expressere. Vrgebat verò præcipuè obsidio Veiorum: (hos quidam Venetanos appellant) caput hæc vrbs erat Hetruriæ, armorum copia & militum numero Roma nihilo inferior. Ei opulentia, luxus, deliciæ, & splendor animos fecit, vt cum populo Romano de gloria atque imperio certans, sæpe & egregiè pugnauerit. Cæterùm sub ea tempestate multis accisi Veientes cladibus, ambitione remissa, excelsis & validis muris cinxerant vrbem, armisque atque telis, & commeatu & omnis generis apparatu importato, sustinebant alacres obsidionem. Longinqua erat fuit, iuxtáque oppugnantibus laboriosa & molesta. Nam qui non diu æstatis hora militare, & hybernare domi assueuerant, tunc à tribunis primùm præsidia compulsi fuerunt extruere, castra in hostico munire, itaque cum æstate

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hyemem continuare. Iam annus huius belli septimus ad exitum vergebat, quum vocabantur in discrimen duces, & quòd segniter vrgere viderétur obsidionem, abrogatum est iis imperium, subrogatique ad bellum alij, inter quos Camillus tribunus tunc iterum fuit. Is
236 eo tempore non interfuit obsidioni. Quippe bellum erat sortitus aduersus Faliscos & Capenates, qui Romanis alia districtis re, quum fines eorum fœdè id temporis vastassent, ac per totum bellum Hetruscum Romanos solicitassent, repressi à Camillo sunt, mul-
B tisque amissis, muris inclusi. Inde res lacui Albano accidit medio belli ardore cum quouis rarissimo miraculo conferenda: quæ, quia vulgari causa & ratione carebat ex rerum natura ducta, pauorē incussit. Æstas erat extrema & præceps, nec cælestibus aucta aquis, aut ventis admodum fuerat turbulenta australinis. Lacus autem & amnes & riui & fōtes, quos habet Italia frequentes, partim iam planè exaruerant, partim tenuem & exiguā trahebāt vndam. Huuij æstatis causa, vt semper, humili & angusto alueo ferebantur, quum
C lacus Albanus, qui neque aliunde ducit originem, neque aliò se effundit, pinguibus clausus montibus, nullā de causa (nisi fiqua diuina) in flatus dilucidè intumuit, vt pertingeret ad dorsa montium, & sūmos vndequaque æquaret tumulos, sine æstu tamen insurgeret vel fluctu. Id pastoribus erat primùm ac bubulcis miraculo. Verùm vbi repagulo, quod veluti ceruix à subiectis campis arcebat lacum, præ copia & mole refracto, magno iam impetu per sata & arbusta in mare defluxit, tum nō Romanos modò consternauit, verùm
D etiam omnibus Italiam incolentibus visum est magni quid portendere. Plurimùm etiam in castris Veios obsidentibus, quo iam lacus allatum miraculum fuerat, hoc agitabatur sermonibus. Id quod in obsidione solet diuturna, vt commercia multa inter se hostes & congressus habeant, familiaritatem Romanus quidam contraxit, & colloquia habuit cum Veiente quodam, veteris homine disciplinæ, qui præstare scientia diui-
237 nandi dicebatur. Romanus, vbi hunc vidit de lacus in-

cremento exultantem, atque obsidionem habentem A
ludibrio, Non id solū, inquit, prodigii hac tempestate, sed longè fœdiora sūt alia Romanis facta portenta, de quibus ad ipsū ait se referre velle, vt rebus suis consulere in cōmuni calamitate valeat. Ille Romano promptè morem gerere, & sedulò sermones cū eo miscere, velut resabditas auditurus. Dum abducitur inter confabulandum longius à porta, tū hominem Romanus, præualens viribus, sublimē arripit, pluribúsque ex statione accurrētibus capit, atque in potestatē redactum deducit ad imperatores. Ita oppressus ille, considerato B
fatum incurabile esse, sortes patriæ suæ occultas aperit, non antè expugnabilem eam quàm lacum Albanum hostes effusum retrò ab cursu suo deriuarent, atque auerterent à mari. His nuntiatis, senatus, re deliberata, oratores, qui Apollinem consulerent, Delphos decreuit. Legati fuerunt celebres magnique viri, Licinius Cossus, Valerius Potitus, & Fabi Ambustus. Qui, cursum nacti prosperum, consulto Apolline sortes domum retulerūt cum alias, tum quæ solennes Latinarum ceremonias edisserebant neglectas: & vt Albani C
lacus aquam, quoad eius fieri posset, à mari in pristinum alueum reducerent: quòd si non valerent, riuis fossisque eam extinguerent per agros demoram. His relatis, sacerdotes sacrificare, populus operi se ad aquam auertēdam accingere. Decimo huius belli anno reliquis abrogatis magistratibus, dictator ab senatu Camillus dictus, magistrum equitum dixit Cornelium Scipionē. inde pro imperio vota nūcupauit, si hunc belli faustum exitū dij dedissent, ludos magnos se fa- 238
cturum, ædémque deæ, quā Matutam matrem vocant Romani, dedicaturū. Hanc, si ceremonias respicias sacrorum eius, Leucotheam sanè censeas esse. Ancillam D
enim in penetralia abductā cædit alapis, pòst expellunt eam, fratrúmq; liberos amplectūtur præ suis. In sacrificio imitātur nutricū Liberi patris gestus atque Inūs pellicis causa casus. Votis susceptis fecit in fines Falisco rum Camillus expeditionē, cósque atque auxiliares eorū Capenates magno fudit prælio. Mox ad obsidionē

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cóuersus Veiorum, quum difficilem murorum oppugnationem cerneret & arduam, cuniculos, acceptante
fossuram circa vrbem humo, vt deprimi eatenus opus
posset, ne animaduerteretur ab hostibus, egit. Quod
vbi ex voto successit, vt ad muros eliceret hostem, vr-
bem propalàm aggreditur. Alii per cæcos cuniculos
clam Iunonis ædem, quæ in arce erat, multo omnium
amplissimam eius vrbis celebratissimámque, occupât.
Quo tempore ferunt, rege Hetruscorum sacrificante,
aruspicem extis intentum exclamasse, qui hostiæ gius
B exta prosecuisset, ei victoriam deos spondere: eamque
vocem, qui in cuniculo erant, Romanos excepisse, ac
proruto pauimento, cum clamore ac crepitu armorum
prosiliisse, hostibúsque expauescentibus ac fugientibus
corripuisse exta, & Camillo obtulisse. Cæterùm hæc fa-
bulosa videantur. Vrbe expugnata, militibúsque ingen-
239 tem egerentibus prædam, contemplans ex arce cun-
cta Camillus, primùm illacrymauit: deinde, quum ce-
lebraretur à circunstantibus felicitas eius, manus ad
cælum tollens precatus est, Iupiter Opt. Max. diíque
C rectè ac malè factorum arbitri, haud vos latet non in-
iustè nos, sed necessitate compulsos ab infestorũ & ne-
fariorum hostium ciuitate persequi pœnas. Siqua tà-
men nos manet vicissim huius inuidia prosperitatis,
oro vt eam luere ego pro vrbe exercitúque Romano
quamminimo meo priuato incommodo valeam. Simul
atque ita fatus est, vt in more est Romanis, à precibus
& veneratione deorũ sese cõuertere dextrorsum, dum
circumagit se, prolabitur. Perculsis illis qui aderant,
D quum humo erexisset se, Ab immẽsa felicitate, inquit,
leui ex voto defunctus sum casu. Vrbe direpta Iunonis
signum Romam deportare, vt vouerat, visum est. Con-
uocatis ad id artificibus, Camillus sacra fecit, precatúsque deam vt studium amplecteretur Romanorũ, vo-
lensque & propitia diis Romam incolentibus commi-
graret. Signum ferunt summissa voce velle & annuere
dixisse. Liuius tradit inter precandũ attrectasse Camil-
lum deam & inuitasse: inde velle & annuere ac sequi
libentẽ respondisse ex adstãtibus nonnullos. Cæterum

hoc miraculum adstruẽtibus & defendẽtibus fortuna A
magnopere suffragatur vrbis; quæ ex paruo & humili
exordio, sine numinis perpetuo ex multis & magnis
signis præsentis fauore, euadere ad eam gloriam & po-
tentiam haudquaquam potuisset. Adferunt præterea
non absimilia, sudasse sæpe simulacra, aliquando ge-
mitus edidisse, visásque eas etiam aduertisse se & nicta-
tas esse, quæ non pauci veterũ memoriæ prodiderunt. 240
Multa item, quæ accepimus ex nostræ memoriæ ho-
minibus, habemus referre miranda, quæ non contem-
nas facilé. Cæterùm fidem iis adhibere vel detrahere B
nimiam, anceps sit humanam ob imbecillitatem, quæ
nullis certis circũscripta cancellis est, neque sui cõpos,
sed recedit modò in superstitionem & vanitatem, mo-
dò in deorum neglectum & fastidium. Præstat autem
cautio & mediocritas. At Camillus, siue rerũ gestarũ
magnitudine, quòd vrbem Romæ æmulam deleuisset
in decimum annum obsessam, siue ab adulatoribus in-
flatus, maiores spiritus sustulit quàm pro legitimo &
ciuili magistratu: triumphum duxit cum aliàs super-
bum, tũ quòd curru quatuor iuncto equis albis sit in- C
uectus, nullo exemplo vel priorum vel insequentium
imperatorum. Sacrum enim eum currũ habent deorũ
regi & patri dicatum. Quare ciues alienæ insuetos in-
solentiæ offendit. Accessit huc altera causa, quòd le-
gem, qua populus distrahebatur, impediret. Siquidem
ferebant tribuni vt plebs & senatus diuiderentur, pars
Romæ remaneret, in captam vrbem pars cui obue-
nisset sorte, transmigraret. Ita fore opulentiores, qui D
magnis ædibus & ornatis vrbibus, simúlque agris
essent & reliquis opibus fruituri. Plebs, quæ admodum
iam aucta erat & locupletata, actiones eas approbabat
tribunorũ, neque desistebat tumultuari in cõcionibus,
postulans vt in suffragia mitteretur. At senatus cum
optimatibus non populi diuisionem tribunos, sed euer
sionem moliri vrbis Romæ existimans, Camilli an-
xius implorat opem. Ille certamen formidans, moras
plebi impedimentáque, quibus de die in diem reiiceret
rogationem, nectebat. Atque hac quidem re offendit

A vulgus. Prædæ verò decima pars eũ in apertissimum &
241 acerrimum plebis odium, quum ansam illa, si non vndequaque iustam, non lenem haberet certè, coniecit. Quippe quum Veios peteret, si vrbe potitus esset, Apollini decimam partem se vouerat sacraturum. Vrbe capta & direpta, siue interpellare ciues dubitauit, siue rebus præsentibus distento voti effluxit memoria, concessit illis prædam. Postquam se dictatura iam abdicauit, retulit hac de re ad senatum: & aruspices in victimis obnuntiauerunt portendi deorum iram, quæ ex-
B piationibus & piaculis esset placanda. Tum senatusconsultum factum est, nõ quin præda maneret diuisa (neque enim fieri commodè aliter poterat) sed vt prædæ, quam quisque habuisset, partem decimam iuratus in medium conferret. Fuit id acerbum magnopere & graue militibus, hominibus egenis, post labores exudatos multos, eorum quæ quæsierant & iam absumpserant tantam cogi inferre portionem. Quorum tumultu quum Camillus vndique percelleretur, neque causã expediret cõmodiorem, descendit ad ineptissimam, oblitũ se voti confessus. Illi verò fremebant, eũ
C qui votũ conceperat de rerũ hostiliũ sacranda decimã, nunc eã cogere ex fortunis ciuiũ. Attamen ex iis quæ omnes pro rata quisque cõtulerunt, decreuerunt craterã auream faciendã & Delphos mittendam. Quia verò auri Romæ copia deerat, magistratibus vnde cõpararent consultantibus, matronæ vltrò, cœtibus ad eam deliberationem habitis, aurea ornamẽta corpori suo dicata omnia, octo talẽtorum põdere, accommodauerunt ad donum. Honos iis à senatu meritus est
D habitus, decreto vt in matronarum laudem oratio funebris, vt fieri viris solet, (neque enim laudari publicè fœminam defunctam antè fuerat receptum) habere-
242 tur. Inde ex principibus tres oratores in naui longa, viris delectis instructa & ornatu solenni, Delphos mittunt. Erat autem & hyems & cælum serenum. Atq; peræpretium est audire quemadmodum illi, in summum adducti periculum, præter spem tamẽ euaserint. Liparensiũ naues eos ad Æoli insulas vento destitutos pro prædonibus persequebantur. Qui vbi supplices

manus tetenderunt, à vi quidem abstinuerunt illi, sed A
nauem alligatam deuexerunt in porum. Quum autem piratica iudicassent, & res atq; corpora sub hasta venderent, ægrè vnius virtute & autoritate viri Timosthei sunt prætoris inducti vt dimitterent eos, quos est cum præsidio etiam nauium suarum prosequutus, adiutórque in dedicando dono fuit. Quæ res merito ei Romæ honori cessit. Tribunis plebis postea rogationem de trãsmigrando Veios renouantibus, quòd in tempore aduersus Faliscos exortũ bellum esset, comitia in principum fuerunt potestate, quibus cum aliis B
quinque tribunus militum Camillus creatur. Quippe ducem res postulabant autoritate & nomine eũ rerum vsu præditum. Postquam suffragia dedit populus, Camillus, exercitu cõscripto, mouit in Falisc os, vrbẽmq; munitam atque omnibus ad bellũ necessariis instructam circũsedit Falerios. Quanquam autẽ capi vrbem nec procliue erat, nec breuis esse perspiceret spatij, parabat versare tamẽ ciues & distinere, ne domi residerent, tribunorum plebis intenderent concionibus & seditionibus. Quo remedio ferè semper vtebantur, medi- C
corum more, ad motus turbulentos ex ciuitate propellendos. Falisci autem, quibus septos vndiq; credebant se, munitionibus freti, vsq; adeo contemnebant obsidionem, vt præter stationes in muris dispositas togati per vrbem reliqui obuersarentur, liberique eorum circa ludos literarios frequentes essent, & circa muros ambulationis exercitationisque causa producerentur
à magistro. Communi enim demãdabant, Græcorum 243
more, Falisci liberos, vt iisdẽ à prima ætate rudimentis contubernióque assuescerẽt. Hic magister insidias Fa- D
liscis struens per liberos, educebat eos quotidie extra portam, breuioribus spatiis primùm, mox ab exercitatione in vrbẽ reducebat: deinde paulatim longius abducendo, vt in alta securitate, nihil eos affuescerit timere. Dum omnes tandẽ inter stationes Romanas traxit ac prodidit, adduci se ad Camillum iubẽs: in prætorium adductus, & in medio cõsistẽs, Præceptor, inquit, & magister sum, meúmque erga te fauorem huic præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ferens necessitudine, adsum vt vrbem tibi pignore horum tradam puerorum. Fœdum id audiẽti Camillo facinus visum, atque ad coronam conuersus, Sæua res, inquit, bellũ est, cumulúmque secũ trahit iniuriarum & violentiæ. Sunt bonis viris tamen certæ belli leges: neque ita ad victoriam est incumbendum, quin scelestè & impiè factorũ gratiam declines. Quippe sua innixus virtute magnus debet dux, non fraude res gerere aliena. Inde lictoribus imperat vt illum denudent, manibúsque post tergũ illigatis, virgas & flagella pue-
B ris ad cædendum agẽdúmque in vrbem proditorem darent. Proditionem magistri modò senserant Falisci: ac quum ciuitatem ingẽs luctus non immeritò ex tanta clade occupasset, & nobilium virorum simul ac mulierũ fieret in muros & portas sicut amentium concursus, adducunt præceptorem pueri nudum vinctúmque verberantes, Camillumque seruatorem & deum & patrem appellantes. Vnde admiratio nõ parentibus tantùm puerorũ, sed & aliis ciuib⁹, qui huic spectaculo in-
244 tererant, desideriúmq; subut Camilli iustitiæ: ac cõci-
C one aduocata, legatos, qui se suáque Camillo dederẽt, miserunt. Remisit Camillus eos Romã: in senatum adducti ita verba fecerunt, Victoria, Romani, iustitiá ducẽtes priorem, docuistis nos parẽre vt malimus vobis quàm liberi esse: qui non tãtum armis nos iudicamus, quàm cedere fatemur vobis virtute. Camillus, quum permitterent iudicio & arbitrio eius inuicẽ de conditionibus pacis patres, stipendio à Falisciis accepto, ac fœdere cum gente Falisca icto, exercitum reduxit. At milites qui prædã Faleriorum spe conceperant, vt Ro-
D mam reuersi inanes sunt, apud reliquos ciues velut hosti plebis detraxerunt Camillo, qui consultum nollet egenis. Quum verò tribuni plebis legem de habitãdis Veiis de integro rogãtes, populũ ad suffragia vocarẽt: Camillúsque propalàm inuectus in plebẽ, & cõcionabũdus præter cæteros premeret eã rogationẽ antiquarunt inuiti: sed omne odiũ cõuerterũt in Camillũ. adeo vtne familiari quidẽ luctu eius (ex morbo enim fuerat altero de filiis orbatus) lenirí, quicquã de odio remit-

terent: quanuis hoc vulnus, vir lenis & placidus, fere- A
bat acerbè. Sed quũ esset ei dies dicta, luctus eum domi cum mulieribus cohibuit. Accusator L. Apuleius crimen interuersæ prædæ Herrusceæ intentauit, adeóque vultus quasi tã ex manubus æreas domi eius iactabatur apparere. Erat plebs in eum incensa, neque dissimulabat se quauis ratione eum damnaturam. Ille igitur accitos amicos, commilitones & collegas, quorum erat ingens turba, rogauit ne se iniqua damnatione ob turpem noxam circumueniendum proderent vel illudendum inimicis. A quibus, re inter ipsos deliberata 245
& communicata, responsum tulit, non posse se illum, B
vt videbatur, iudicio eripere, collaturos quanti damnatus esset. Ita ille tantæ impatiens indignitatis, statuit, consultrice ira, cedere vrbe, & in exilium abire. Salutata vxore & filio, domo tacitus ad portã progressus, ibi substitit, conuersúsque, supinas manus tetendit ad Capitolium, ac deos precatus est, si innoxius populi iniuria & inuidia suggillatus in exilium pelleretur, vt primo quoque tempore populum Romanum pœniteret, omnibúsque mortalibus constaret ope eum egere C
sua & desiderare Camillum. Ille quum diras ciuibus, vt Achilles, imprecatus, solum vertisset, indicta causa damnatolis ei est assium quindecim millibus æstimata. Quæ summa ad argenti rationem relata efficit mille & quingentas drachmas. As enim erat pecuniola, vnde decussis denarius vocabatur. Camilli vota haud est quisquam Romanorum quin insequutam confestim pœnam arbitretur, ac vindictam violato non gratam quidem, imò acerbam, nobilem tamen contigisse & memorabilem. Tanta deorum ira vrbi Romanæ D
incubuit, tantámque ea tempestas secum trahens cladem & discrimen vnà cum ignominia vrbem oppressit, siue casus in id temporis incidit, siue munus deus hoc curat quispiam, ne impunè opprimatur virtus ingratitudine. Primum mense Iulio mors censoris magnum malum denuntiare in foribus esse visum est. Populus enim Romanus supra modum dignitatem censoriam veneratur & sacram habet. Alterum prodigiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuit: Vir quidam ante Camilli exilium, obscurus ille quidem nec senatorii ordinis, probus tamen & frugi certè habitus, tribunis M. Ceditius renuntiauit rē non sinè cōtemnendā. Superiore, ait, nocte ex via quam nouam vocant, quū à quopiam alta voce appellaretur, respexisse se, nec vidisse tamen quenquā: audiuisse autem
246 humano maiorē vocem, quæ sibi hoc diceret, Age M. Cediti, tribunis militaribus nuntia summo mane intra paucos dies Gallos expectent. Tribuni hæc relata spreuerunt & habuerūt pro ludo. paulo pōst insequuta
B est Camilli calamitas. Galli ex Celtis oriūdi patria, quum alere prægrauante multitudine omnes non valeret, ad nouas quærēdas sedes feruntur profecti. Multa milliā iuuenū bellicosorum erāt, quos longè maior sequebatur puerorū & mulierū caterua. Horum pars oceani Septentrionalis Riphæis superatis montibus oras inuasisse, atque vltima insedisse Europæ, pars inter Pyrenæos mōtes & Alpes sedibus positis iuxta Senones & Celtorios diu habitauisse. Pōst vino, quod tū allatū primùm ex Italia fuit, gustato, ita fuisse potus no
C ua voluptate capti & insanisse omnes, vt arreptis armis, parentes secum trahentes, ilicò contenderūt versus Alpes, regionē illam, quæ tam præstantem fructum gigneret, quæsituri, præ quā sterilem aliam immitémque ducebant. Inuexisse in Galliam vinum atque illiciendæ in Italiā gentis autor & dux Aruns dicitur fuisse, clarus in Hetruria vir, neque sua spōte improbus, sed ex casu huiusce modi. Tutor erat pupilli inter populares opulentissimi & formæ præcellētis, Lucumoni erat nomen. Hic apud Arruntem à puero educatus
D fuerat, & iam adolescens etiam non reliquit domū eius, ipsius duci se cōsuetudine simulans. Diu Aruntis vxorem ignari corrūperat, & ipse corruptus fuerat ab ea. Quum eò amor vtriusque exarsisset vt neque compescere libidinē, neque possent occultā habere, adolescens propalām per vim aufert mulierē. Vir iure pœnas persequutus, postquā cum frequentia amicorum, magnitudine pecuniæ sumptibusque superauit, Lucu-
247 mo ex patria profugit, atque ad Gallos, de quorū vi-

ribus audierat, cōtulit se, illisque se in Italiā expeditio- A
nis ducem præstitit. Galli primo impetu totam occupant regionem, quam Thusci ab Alpibus ad superum inferumque mare pertinentem quondam tenuerant. Nomina sunt argumento, quorum alterum ad Aquilonem vergens Adriaticum, ab Adria Thuscorum colonia, alterum ad meridiem spectans communi vocabulo gentis Thuscum vocant. Arboribus regio omnis pascuisque læta atque irrigua fluminibus, incolebatur vrbibus octodenis insignibus & amplis, ad rem industria parandam & ad luxum vitæ pariter comparatis. Has Galli, eiectis Thuscis, ipsi insedere. Verum hæc B
multo antè acta fuerant. Galli Clusium tunc Hetruriæ vrbē admotis copiis obsidebant. Clusini, opē ab Romanis postulantes, orauerunt vt legatos cum literis ad barbaros mittert. Missi fuere tres ex Fabiorum gente clari viri, qui magnos honores adepti Romæ erāt. His Galli, propter nomen vrbis, comiter exceptis omissa oppugnatione in colloquiū conuenere. Qua Clusinorum iniuria incitati, vrbē eorum oppugnatū venissent Romanis quærentibus, ridens Gallorum rex Brennus, Iniuria afficiunt, inquit, nos Clusini, qui solum & C
agrum latius affectent possidere quàm colere valeāt, neque aduenis nobis, qui multi sumus & inopes, partē concedant finiū. Eadē in vos iniuria, Romani, primùm Albanorū, Fidenatium & Ardeatium fuit: nunc Veiētium, Capenatium, multorúmque Falisci & Volsci nominis. Quibus, nisi parte fortunarū suarum vobis cedant, arma infertis, in seruitutem eos abripitis, populamini, vrbes excinditis. Neque factum id vestrum tamen iniquum sit, sed antiquissimam legem sequimi- 248
ni ducem, quæ fortibus res largitur ignauorum, ducta D
à deo & ad bruta vsque terminans. Nam & his natura comparatum est vt præferri imbecillioribus velint præstātiora. Desinite Clusinorum deplorare obsidionem, ne exemplo Galli vestro incipiant oppressorum à vobis misereri. Ex hoc responso abhorrere Brennum cognoscunt Romani à quietis consiliis. Itaque Clusium ingressi, ciues confirmant & acuunt, vt vnà secum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A faciant in barbaros impressionẽ, siue quo experirentur illorum virtutem, siue vt ostenderent suam. Quum eruptione pro muris Clusinis pugnarent, vnus ex Fabiis Q. Ambustus euectus extra aciem equo, Gallo cuidam proceritate corporis & forma insigni, qui longè ante signa exulerat se, occurrit ignotus initiò, quòd esset concursus acris, & perstringerent aciem hostium fulgentia eius arma. Vt barbarum superauit pugna occiditque, legentem spolia agnouit Brennus. Ille deos testatus violato iure gentium, quod apud omnes sit na-
B tiones sicrosanctum, cum, qui vt legatus veniſſet, hostilia perpetrasse, extemplo signo receptui dato, solutáque Clusinorum obsidione, Romam agmen conuertit. Ne tamen cupientibus quisquam existimaret oblatam iniuriam & quæsitam occasionem, legatos præmittit, qui Fabium sibi ad supplicium postularent dedi: simul lento agmine progreditur. Romæ senatu conuocato, cum alii multi Fabios increpauerunt, tum sacerdotes qui appellantur Fœciales, religione senatui iniecta, iusserunt vt iniuriæ piaculo in vnum autorem verso id amoliantur à reliquis. Hos fœciales quietissi-
C mus & iustissimus rex instituit Numa pacis custodes, cognitores arbitrósque causarum belli indicendi legi-
249 timarum. Eam disceptationem reiecit senatus ad populum. Vbi fœcialibus non secus quàm in curia Fabium criminantibus, tantum cepit plebem religionis ludibrium & contemptus, vt etiam Fabium illum cum fratribus tribunum militum designarent. His Galli intellectis inflammati, præcisa omni mora citato pergunt agmine. Ad quorum multitudinem & rutilantia arma, vimque & ferociam trepidos, qui viam accole-
D bant, & prorsus iam de agris & vrbibus esse arbitrabãtur actum, præter spem nihil læserunt, neque populati fines sunt, sed vrbes ex propinquo quum præterirent, Romam contendere se, solos petere clamabant Romanos, reliquos pro amicis habere. Ita signa Gallis ad vrbem rapientibus, tribuni legiones non pauciores numero (erant enim non infra quadraginta millia peditum) verum tumultuarios plerosque ac tyrones ad

bellum educunt, deorum immemores, non litato, non A auspicato, quomodo expetere pacem deũm ante certamen & pugnam conueniebat. Iam ducum multitudo non mediocrem confusionem rebus gerendis attulit: quum tamen ad media bella multis tempestatibus ante vnicum ducem, quem dictatorẽ vocant, dixissent, haud nescii quanti dubiis temporibus interſit vno animo ciues libero imperio, à quo prouocatio non sit, dicto esse audientes. Maximo detrimento reipub. Camilli indigna fuit fortuna, quum nisi populariter & ambitiosè imperares, periculum propositum haberes. B Profecti ab vrbe ad vndecimum lapidem castra metati sunt prope flumen Alliam, qui haud procul inde immiscet se Tyberi. Quo loco quũ obuiis barbaris fœdè (quia inconsita omnia apud ipsos erant) præliati in fugam vertuntur. Sinistrum cornu in amnem actum 250
iltcò hostes oppressere: in dextro, quòd ex cãpis sensim impressionem declinans ad colles successerat, minus damni acceptum. horum plerique inde incolumes euaserunt ad vrbem. Alios, quos hostis satietate cædis reliquos fecerat, quasi Roma desperata, ac com C plorata repub. fuga nocte detulit Veios. Pugnatũ plenilunio circa solstitium æstiuale: quo die antè quoque ingens Fabiorum accepta clades fuerat, ex qua familia trecenti fuerant ab Hetruscis cæsi. Cæterũm obtinuit vt dies ex clade posteriore ad nostrum vsque ævum à flumine Allienſis vocaretur. De diebus nefastis, habẽdi nécne sint, & an rectè Hesiodum, qui alios bonos, alios constituit malos, quasi ignoret cuiusuis dei eandem esse naturam, reprehenderit Heraclitus, alio loco disputauimus. At ab hac commentatione non sit fortassis alienum pauca referre exempla. Hinc Bœotiis in diem quintum mensis Hippodromii, quem appellant D Athenienses Hecatombæona, victorias duas clarissimas, quibus libertatem Græciæ asseruerant, contulit fortuna, Leuctricam, & alterã, antè annis amplius ducentis, ad Geræston, quum Lattamyam & Thessalos fuderunt. Hinc Persæ mensis Boedromionis die sexto in Marathone, tertio ad Platæas, eodémque ad Myca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A len sunt à Græcis cæsi vigesimosexto in Arbelis. Apud Naxum naualivictoria circa plenilunium mense Boedromione Athenienses sunt, duce Chabria, potiti. Ad Salamina vigesimo, vt in Cõmentario De diebus ostendimus. Mensis quoque Thargeliõ fuit manifestè barbaris infaustus. Alexander regis præfectos hoc mense superauit ad Granicum. Eiusdem mẽsis die vigesimoquarto Carthaginẽses in Sicilia cæsi à Timoleõte sunt:
251 quo die eiusdem mensis & Troia putatur capta, vt Ephorus, Calisthenes, Damastes & Phylarchus autores sunt. Ediuerso mensis Metagitnion, quẽ vocant Bœotii Panemũ, parum fuit Græcis secundus. Huius men-
B sis die septimo signis collatis ad Cranona Antipater victos funditus euertit, & fuerant antè iuxta Chæroneam afflicti à Philippo. Hoc eodem die, eodem mense & anno, Archidami copiæ, quas transportauerat in Italiam, à barbaris incolis cæsæ sunt. Carthaginenses diem vigesimum secũdum, vt qui calamitates ipsis plurimas & maximas vbique attulerit, habent nefastum. Nec verò me fugit contrà circa tempus mysteriorum
C fuisse dirutas ab Alexandro Thebas, posteáque præsidium Macedonicum vigesimo die mensis Boedromionis (quo die mysticam pompam Bacchi educunt) recepisse Athenienses. Eodem item die Romanos prius duce Cepione à Cimbris exuros castris, inde Armenios & Tigranen ductu & auspiciis Luculli fudisse. Attalũ regem & Pompeium Magnum perisse natalibus suis. Breui multos valeam commemorare, quibus vicissitudo fortunæ in eosdem recurrit dies. Romanis hic dies inter nefastos vnus est, & eius causa alteri singulis mẽsibus bini, postquam religio ex hoc casu & superstitio,
D vt solet, increuit. Verum hæc sumus in causis rerum Romanarum accuratius persequuti. Porrò ex acie si vestigiis instituissent ilico Galli fugientium, haud dubiè Roma funditus euersa, & qui ibi remanserant, deleti essent omnes. Tanto pauore, qui ex fuga se Romam receperant, repleuerant ciuitatem: tanta etiam
252 incesserat eam perturbatio & stupor. Nunc quum victoriam non putarent barbari tantam, ex ingenti lætitia ad epulas, simúlque ad prædæ in castris captæ

A partitionem conuersi, spatium profugiendi ex vrbe effusæ turbæ, & remanentibus sese colligendi præbuerunt, & ad defensionem parandi. Nam reliqua, deserti vrbe, Capitolium telis & munitionibus firmauerunt. Sacrorum prima cura fuit, quorum partim in Capitolium comportauerunt. Sacrum ignem Vestæ virgines cum sacris rapientes profugerunt. Scribunt tamen nonnulli præter æternum ignem nihil eas seruare, quem Numa rex, tãquam rerum omnium prin-
B cipium, dedit colendum. Habet enim vim mouentem supra cætera ignis: & generatio motus est, aut cũ motu certé. Reliquum materiæ destitutum calore, torpidum iacens & mortuo simile, velut animam quærit ignis vim: quæ simulatque accessit, confert se ad agendum quid aut patiendum. Ignem igitur virum curiosum, & quem fama tenet ob sapiẽtiam cum Camœnis consuetudinem habuisse, Numam, consecrasse & perennem mandasse seruandum, vt instar æternæ, quæ vniuersitatem moderatur, virtutis. Alii ignem, Græcorum more, purum sacris proponi ardentem: cætera in
C penetralibus condita præter has virgines, quas Vestales vocant, nemini conspecta. Plurimorúmque vulgatum sermone est Minervæ signũ ibi asseruari, ex Troia in Italiam ab Ænea aduectum. Sunt qui fabulentur deos ex Samothracia, quum Troiam conderet, attulisse eò Dardanum, atq; sacrasse, sacráque & ceremonias iis instituisse: Æneam inde, capta Troia, clàm sublata seruasse, dum in Italia consedit. Qui verò maiorem habere se huius rei notitiam iactant, duo aiunt illic reposita dolia esse, apertum alterũ atque inane, al-
D terum plenum & consignatum, solarum vtrũque sanctissimarum harum virginũ permissum oculis. Hos alii hinc arbitrantur falli, quòd ea tempestate virgines 253
maximã sacrorum partem in duo conditam dolia defoderint sub æde Quirini, vnde locus adhuc doliorum seruet nomẽ. Præcipuis verò & dignioribus sublatis sacris trans fluuium ceperunt fugam. Ibi L. Albinus, de plebe homo, plaustro coniugẽ paruósque liberos suos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cum rebus necessariis inter profugientes exportans, vbi ferre gremio virgines sacra deûm conspicit omni destitutas ope & fatigatas, euestigio vxorem ac liberos cum rebus suis detrahit ex plaustro, illas in vehiculum imponit, vt in ciuitatem quandam Græcam recipiant se. Huius religionem & reuerentiam Albini, quam aduersus deos immortales difficillimo articulo demonstrauit, non potui facere vt silentio præterirem. Aliorum deorum sacerdotes, senésque consulares & triumphales non sustinuerunt vrbem relinquere, sed quæ augustissima vestis est thensas ducentibus triumphan-
B tibúsque, ea vestiti, & pontifice maximo præcunte verba Fabio, deos precati, quasi pro patria semet ipsi deuouentes, in foro eburneis sellis cum eo consederunt ornatu, quod sors ferret, expectantes. Tertio quàm pugnatum fuit die, Brennus signa ad vrbẽ tulit. Qui postquam non portas clausas, nullam in muris inuenit stationem, insidias primùm suspectas habuit & fraudem, haud credens Romanorũ tã deplorata esse cõsilia. Vbi id quod erat, cognouit, ingressus porta Collina cepit Romam trecentis sexaginta annis, & aliquanto amplius quàm condita fuisset, si verisimile est vsquam il-
C lorum temporum extare exactam memoriam, quan-
354 do alia recentiora effecit confusio illa ambigua. Hæc tamen captæ vrbis calamitas obscuro rumore statim perlata in Græciam est. Ponticus enim Heraclides, affinis his temporibus, in libro De anima, annuntiatum ex occidente refert exercitum alienigenarum ex Hyperboreis progressum, Græcam vrbem cepisse Romã, illo in tractu prope Oceanum sitam. Equidem non mirer, portentosum hominem & vanum Heraclidem, veritũ captæ vrbis iactantiæ causa adspersisse Hyper-
D boreos & Oceanum. Aristoteles philosophus captam à Gallis vrbem accepisse se diserte testatur, sed Lucii qui eam seruauerit, nuncupat, quũ Marcus fuerit, nõ L. Camillus. Verùm hæc per coniecturam dicta sunt. Occupata vrbe, Brennus relicto ad Capitolium præsidio per forum descẽdens, substitit miraculo virorum eo ornatu & silentio considentium, quòd nec assurgerent

rent aduenientibus hostibus, neque vultum colorémA ve mutassent, sed soluti & intrepidi, scipionibus quos manu tenebant innixi, & in se mutuò versi quiescerẽt. Huius rei commoti Galli miraculo sunt, diuque cunctatio eos attrectãdi accedendique, velut augustiores, tenuit. Donec vnus ex illis ad M. Papirium propius accedens, admota leniter manu mento, eius barbã, quam habebat promissam, demulsit: in cuius caput Papirius scipionem eburneum ita incussit, vt id comminueret illi. Hunc barbarus stricto occidit ense. Ab hoc initio reliquos impetu facto contrucidauerunt, neque vlli postea mortalium parci, diripi permultos dies tecta, B expilatis & exhaustis iniici flammæ, diruique ea, quòd infensi essent Capitolium insidentibus, qui vel inuitantibus non fuerant audientes: sed ex interiecto muro oppugnantibus vulnera defendendi sui gratia inge- 355 rerant. Quod in causa fuit cur & vrbem euerterint, atque insuper quos ceperunt, promiscuè viros & mulieres, senes puerósque contrucidauerint. Quum segni obsidione deficeret Gallos cõmeatus, partitis copiis, pars apud regem ad custodiam arcis remanserũt, pars C prædatum iuerunt per finitimos populos, vicósque vi expugnabant: non omnes simul tamen, sed alius alii regionibus cateruatim & manipulatim palantes, quòd secundis rebus elati sine metu agerent. Maxima manus & maximè composita Ardeam, vbi agebat Camillus, contendêre. Ille rep. quidem post damnationem abstinens, vitam colebat priuatam. Tunc autem spem animo concipiebat, variáque agitabat, non contentus si insciis hostibus euaderet sospes, sed molieba- D tur per opportunitatem eos adoriri. Qui quũ Ardeates cerneret satis abundare iuuentute, sed propter ducum imperitiam & socordiam parum animatos, conicit primùm in iuniores sermonem, non esse Romanorum eadem virtuti adseribẽdam Gallorum, neque aduersa, quæ rebus malè consultis perpessi sint, serenda accepta iis qui nihil ad victoriam contulerant: imò fortunæ esse id opus. Præclarum esse, vt bellum peregrinum & barbaricum, quod finem habeat vincendi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qualem ignis, victũ vt perdat, propulsent vel cum periculo. Verùm si caperent animos, & alacres essent, securam oblaturũ ipsis se in tẽpore victoriam. Quum ea adhortatio iunioribus placuisset, inde ad magistratus & senatores Ardeatium conuersus, vbi hos eõdem induxit, armauit iuuentutem, atque ne hosti, qui propè erat, suboleret res, continuit intra muros. Illi fines depopulati onustique præda, castra neglectim ac tumultuariè in campo metati sunt. Nox inde oppressit temulentos, fuitque silentium in castris. Hæc Camillus ab exploratoribus edoctus, eduxit Ardeates atque interiectum spatium silenti agmine emensus, media fermè nocte copias admouit vallo. Tum magno sublato clamore tubisq; concinentibus vndique, terrorem iniicit hostibus, vino somnóque ita confectis vt vix ad illum strepitum excitarentur. Pauci quibus crapulam excusserat pauor, sese colligentes quum Camillo se obiecissent, pugnantes ecciderunt. Cæteros sopore crapuláque adhuc graues, quum occupassent, inermes contrucidauêre. Paucos, qui nocte se eiecerant castris, equites, die in agris palantes assequuti interemerunt. Hæc victoria ilico rumore per ciuitates dilata, iuuentutem magno numero conglobauit, exciuitque Romanos in primis, quos fuga ex acie Allienſi detulerat Veios, lamentantes inter se. Quem ademit vrbi Romæ fortuna virũ Camillũ decorauitque præclaris factis eius Ardeam, quũ interim illa, quæ edidit atque eduxit talem virum, vrbs iaceret complorata: nos autem ducis exortes, & alienis cincti muris, Italiã per ignauiã prodimus. Quin imperatorem nostrũ per legatos repetimus ab Ardeatibus, aut ipsi armati ad illum pergimus? Neque enim vlterà ille exul aut ciues nos nulla patria, quam obtinet hostis, sumus. Ita cõsensu omnium mittunt legatos, qui orent Camillum vt imperium suscipiat. At ille antè ad quàm popul' qui Capitoliũ tenebat legitimè seruisset, negauit se susceptorum. Illos pro patria habere incolumes, iubentibúsque prompte obsequuturum, non se ingesturum inuitis. Ac Camilli quidem pudorem admirati sunt & probitatem: sed difficultas erat in arcem mittendi: imò vt per vrbem in Capitolium plenam hostium euaderet nuntius, haudquaquam fieri videbatur posse. Erat inter iuuenes Põtius Comini' mediocribus quidẽ inter ciues natalibus, gloriæ verò & honoris cupidus. Hic ei diserimini obtulit se vltrò. Literas autem non accepit ad eos qui in Capitolio erant, ne capto se cognoscerẽt ex iis hostes Camilli consilium. Veste vili, & sub ea suberis corticibus sumptis, reliquum itineris luce tutum perfecit. Primis tenebris quũ prope vrbem esset, quia ponte ob custodiã hostiũ non licebat flumen transire, veste (neque enim erat multa vel grauis) capiti circumligata, incubans atq; innixus cortici ad vrbem tranauit, atque insomnes ex ignib' & strepitu conijciẽs, vitabundus peruenit ad portã Carmentalem, vbi silentium erat maius, quà collis Capitolinus maximè abscissus est, frequentique atq; asperovndique assurgit saxo. Hac ille clàm scandit, & ad stationem tandem in muro excubãtem, vbi maximè abrupta rupes erat, ingenti difficultate euadit. Salutatis, qui sit aperit, à quibus ducitur ad magistratus. Senatu cuestigio conuocato, Camilli annuntiat victoriã adhuc ignaris, & mandata exercitus edit, admonẽs vt imperiũ Camillo, quòd vni illi absentes milites dicto fore audiẽtes videretur, confirmarẽt. His acceptis, ac re deliberata, dictatorem Camillum dicũt, Pontiúmq; eadem remittunt. Is pari fortuna & hostes fefellit, & ciuib' qui extra vrbẽ erant retulit senatus decretũ. Camillus magna lætitia receptus ab iis, inuenit iam viginti millia armatorũ, maiorẽ numerũ ipse ex sociis cõscripsit, & ad Gallos adoriendos expediebat se. Ita Camill' dictator iterũ dictus, Veios profectus, concionẽ ad milites habuit, ibidémq; maioribus copiis ex sociis cõtractis, statuit aggredi hostem. Romæ barbari, quã Ponti' nocte Capitoliũ supernauerat, transeũtes animaduertũt passim pedũ vestigia & manuũ, vt quodq; vel apprehẽderat vel cõplexus fuerat, passim etiã diruptis innatorũ obtrit' & terræ procidua, renuntiántq; regi. Ille locũ ipsũ contẽplatus, in præsetia tacuit. Sub noctẽ expeditissimo quoq; de suis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & montibus maximè assueto delecto: Viam nobis, inquit, quam ignorabamus, ad se hostes ipsi demonstrãt non inuiam neque inaccessam esse hominibus. Pudendum autem sit, quum habeas principium, exitum non persequi, & a loco abstinere tanquam inexpugnabili, quũ quà capi possit, ipse suggerat hostis. Nam quà vni proeliuis ascensus, illac nec multis est singulatim arduus: imò qui simul aggrediuntur, multum alterni innixi subleuantésque mutuò habent adminiculi. Præmia autem & honores pro cuiusque merito habebun-
B tur. Ita rege fato, Galli promptè operam suam pollicti sunt. Noctis conticinio multi simul cœperunt silenti agmine petram scandere. Qui, quanquam cum locis præruptis & confragosis colluctabantur, spe tamen molliora tentantibus & proniora erant. Itaque primi vbi verticem attigerunt, atque se in ordinem disposuerunt, tantumnon murum tenuerunt, stationémque
259 inuaserunt sopitam. nam nec homo eos nec canis sentit. Sacri anseres ad ædem Iunonis alebantur aliàs liberaliter, tunc parcè, & angusto suppeditãte ipsis com-
C meatu neglecti affligebantur. Est autem illud animal alioqui sua sponte acris auditus, & ad omnem strepitum expauescens. Hos, & inedia insomnes & turbidos, minimè Gallorum ingressus fefellit, sed, cursu & clangore delati ad Romanos, omnes excitauerunt. Et iam barbari quoque vt senserũt se detectos, ingentem sustollentes clamorem, maiore vi intulerunt sese. Romani raptis confestim armis, quæ cuique obuia erant ex præsenti copia, obiiciunt se hostibus. Primus omnium Manlius vir consularis, cum corpore valido tum ani-
D mo insigni, duobus simul hostibus occurrens, alterius, qui sustulerat securim, quam copida vocant, dexteram eius ense amputat, alterum, vmbone in faciem ictum, retrò præcipitat de saxo. Inde muro superstãs cum iis quos festinatio ei aggregauit, paucos reliquos, qui ascẽderãt, quum nihil designassent memorabile, deturbat. Ita depulso periculo præfectum vigilum prima luce præcipitant de saxo ad ima. Manlio victoriæ præmium honore quàm emolumento amplius decernunt,

cui omnes, quantum quisque in diem commeatus re- A
cipiebat, selibras farris, vel quartarios vini conferre. Inde cœperunt Galli cadere animis. Etenim tum annona eos premebat angustior, quòd timor arceret eos à frumentando, Camilli: tũ morbus in eos vulgabatur ex cadaueribus promiscuè aceruatis, castra habentes inter rudera, cineríque cumuli aera torridum acrémque, quũ quid vẽti motum esset excitãtis vapore corpora, inter respirãdum affecerunt. Præcipuè natui cæ- 260
li cõmutatio, quum ex locis vmbrosis & æstate amœnorum plenis recessuum, in humilem & grauẽ sub au- B
tumnum se coniecissent: & obsidio Capitolii, oriúmq; diuturnum (nam mensem iã septimũ resides circunsidebant arcẽ) monit eos, stragésque in castris tãta erat, vt ne sepelirẽtur quidẽ præ multitudine funera. Neq; erant interim in meliore statu obsessi. Nam cũ fames gliscebat, tum, quid ageret Camillus quia ignorabant, languescebant animis. Quia enim custodiebãt barbari vrbem arctè, nemo valebãt ad eos penetrare. Itaque in tali rerũ vtrobique statu, qui in stationibus erant mi-
lites, intulerũt inter se primò de paciscẽdo mẽtionem. C
Quod vbi principibus placuit, inter Sulpitiũ tribunũ militum & Brennũ colloquio transactum est, vt Romanus mille pondo auri daret: illi, vt his acceptis, statim vrbe & finibus decederẽt. His iureiurãdo firmatis, auróque apportato, pondera à Gallis allata iniqua, primùm clã, mox apertè detractum lancis momentum, & peruersum est. Id Romanis indignè ferẽtibus, Gallus, addita insolentia & contumelia, gladiũ discinxit, quem vnà cum balteo adiecit ponderibus. Tũ Sulpitio quæ- D
rente quid hoc rei esset, Quid aliud, inquit, quàm veh victis? quod postea in prouerbium abiit. Apud Romanos alii indignati, conferéque recepto abeundum auro esse, sustinendámque obsidionem: alii dissimulandam putare mediocrẽ iniuriam, nec probrum cumulo pretii attribuendum ipsis, qui vel aliquid dare, tẽporibus postulantibus, non honestè quidem, sed necessariò sustinerent. Interea, dum Romani cum Gallis & inter se 261
altercantur, venit Camillus cum exercitu ad portas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Qui, re intellecta quæ agebatur, iussit reliquos instructos composito gradu subsequi, ipse cum primoribus ad Romanos se actutum citato confert gradu. Romanis ei loco decedẽtibus, recipientibúsque vt summum magistratum modestè & cum silentio, aurum ex lance sublatum lictoribus tradit, trutinã & pondera recipere Gallis, & facessere iubet. Addit, ferro patriam non auro seruare Romanis solenne esse. Fremente Brenno, & contra pacta affici se iniuria conquerente, negat ritè factam esse, neque ratam pactionem. Se nanque creato dictatore, quũ penes alium neminem imperium le-
B ge sit, cum iis quibus ius non esset pactos esse. Nunc dicendum esse quid velint, se adesse penes quem arbitrium lege sit petentibus veniam dandi, & supplicium sumendi, nisi pœniteat ab autoribus. His Brennus turbatus cœpit tumultuari. Et iam manus vtrinq; gladiis admouebant, atque impellebant se inuicem confusi, vtpote qui inter ædificia & viarũ angustias versarentur, in locisque vbi instrui non posset acies. Cæterùm Brennus confestim ad se reuersus, paucis desideratis, in castra Gallos reduxit. Nocte excitatis omnibus
C excessit vrbe, progressúsque ad octauum lapidem via Gabina castra metatus est. Simulatque diluxit, instituit ei Camillus fulgentibus armis, cum exercitu tunc animi pleno, commissáque ad multum diei acri pugna Gallos ingenti cæde fudit, fugauitque: cepit & castra eorum. Multos ex iis qui effusi in fugam erant, euestigio Romani adepti, interfecerunt: maximam partem illi qui in vicis circa & oppidis habitabãt inuaserunt
262 dissipatã, trucidauerúntque. Ita Roma magno miraculo capta, maiore est recuperata, quum septem totos
D menses in hostiũ potestate fuisset. Occupauerunt eam Galli paucis diebus post Idus Quintiles, exacti fuerunt Idibus Februariis. Camillus triumphauit, vt meritus erat, qui amissam seruauit patriam, ciuitatémque ipsam in se reduxit: nam qui profugerant cum liberis & coniugibus, cum triumphante redierunt vrbem inuecto. Obsessi in Capitolio, qui penè extincti fame fuerant, occurrerunt aliis cum lacrymis, se mutuò præ

insperato præsenti gaudio complectentes, sacerdotés- A
que deorum immortalium & æditui, quæ in fuga sacra aut ipsi defoderant, aut clàm secum asportauerant, salua reportantes, lætum præbuerunt spectaculum ciuibus: qui eos, vt si ipsi cum illis Romam dii remearent, cum gratulatione receperunt. Camillus sacris operatus, lustrauit vrbem præeuntibus pontificibus, inde ædes sacras restituit priores. Nouum etiam templum extruxit Aio Loquutio, quo loco nútiam cælitus barbarorum aduentus vocem audierat M. Ceditius. Incumbente Camillo, annitentibúsque sacerdo- B
tibus, sacra loca magno labore inuenta. Vt visum est vrbem instaurare, quæ prorsus tota erat, desperatio plebem inceptus incessit cunctatióque, omnium rerum egenam. Quippe alleuationem potius & refocillationem desiderabant quàm vt fatigarent & affligerent se, neque argento neque corporibus valentes. Ita sensim Veios respicientes, vrbem omnibus instructam rebus & stantem, materiam præbuerunt hominibus ambitiosis populum concitandi, & sermonibus aduersus Camillum seditiosis. Illum enim ambitione C
adductum & priuata gloria vrbem ipsis inuidere pa- 263
ratam, compellere verò ad ruinas colendas & ad excitandam, quæ prostrata flamma erat, vrbem: quo non solùm dux Romanus & imperator, verùm etiam, amoto Romulo, conditor appelletur. Hinc seditionem senatus metuens, (licet nullius vnquam excessérat sex mensiũ spatium dictatura) vt abdicaret se intra nouũ dictatura Camillus, quum vellet, non permisit. Ipse etiam senatus hortando & prensando populum leniebat, mulcebátq; , nunc monumenta & sepulcra ma- D
iorũ ostendens, nunc subiiciens fana & loca sacra quæ Romulus, Numa, aliive reges sacrauerant, atque ipsis reliquerant. Inter prima sacra recens caput proposuit, quod in moliendo Capitolij fundamento inuentum, locum illum portendit caput Italiæ fore. Ad hæc si Vestæ ignes à virginibus post bellum accensos obruerent iterum atque extinguerent relicta vrbe, cessurum ipsis ignominiæ: siue ab aliis habitatam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Romam aduenis vel alienigenis, siue desolatã aspiciãt
ac desertam. Hæc apud ciues priuatim & publicè sæpe
quiritantes, rursus à plebe commouebantur præsen-
tem lamentante inopiam, precantéque ne se tanquam
ex naufragio nudos & omnium rerum indigos in vr-
num cogerent, vt vrbis reliquias euersæ, quum para-
ta esset præ manibus altera, compingerent. Visum igi-
tur Camillo est sententias senatus perquirere. Quum
autem multis ipse differuisset pro patria, multis etiam
alii, quibuscúque esset visum: postremò L. Lucretium,
B qui princeps dicere solebat primo loco sententiam,
deinde ordine reliquos rogauit. Silentio facto quum
iam dicturus sententiam Lucretius esset, fortè centu-
rio cohortem stationis diurnæ reducens illac, locum
264 concilii transibat. Is ad primipilum exclamauit vt ibi
maneret, signúmque statueret, Optimè enim, inquit,
hic manebimus. Huic voci tã opportunè auditæ, eique
omini & ænigmati Lucretius adoratis diis est assensus,
omnésque alii pedibus in eam sententiam discesserunt.
Mirifica etiam in plebe consequuta volũtatis mutatio
C est, excitantibus se mutuò & incumbentibus ad ædi-
ficandum. Promiscuè cœperunt & sine discrimine,
prout paratus quisque fuit, aut qua cuique libuit, in
vacuo ædificare. Vnde festinatio & acceleratio curam
exemit vicos dirigendi in ædificanda vrbe, distinguen-
dique ædificia. nam intra annum asseuerant nouam
tum mœnibus tum priuatis tectis stetisse vrbem. Pon-
tifices qui à Camillo loca sacra requirere & terminare
erant iussi, omnibus mistis, vt ad Martis curiam Pala-
tium lustrantes peruenerunt, offendunt eam sicut reli-
D quas prostratã à barbaris atque exustam. In moliendo
& purgando loco reperiunt sub magno cumulo ci-
neris Romuli baculũ, quo vti ad auspicia solitus erat.
Is ab altera extremitate inflexus est, Lituum vocant.
Huius in cæli regionibus describendis vsus est auspi-
cantibus, ad quod ille augurãdi peritissimus illum ha-
buerat. Romulo deinde ex cõspectu hominum ablato,
hunc baculum sacerdotes à contactu hominum serua-
uerunt, vt rem sacram. Eo tunc amissis cæteris in-

tegro inuento, læti spem conceperunt Romam hoc o- A
mine æternã significari fore. Hauddum his defunctos
ærumnis repentè occupat bellum. Æqui simulque
Volsci & Latini fines Romanos populabãtur. Thusci
Sutrium obsidebãt, socium populi Romani oppidum. 265
Quum autem tribuni militum, qui exercitui præerãt,
ad Martium montem, vbi castra habebant, obsiderentur à Latinis, significassẽntque Romam quanto in pe-
riculo castra, ne expugnarentur à Latinis, versarentur,
Camillus tertiùm dictator dicitur. Fama de hoc bello
est duplex: fabulas primùm percensebo. Latinos aiũt,
siue in speciem, siue reipsa, instituisse de integro con- B
trahere inter vtranque gentem affinitatem, ac legatos
misisse, qui ingenuarum puellarum à Romanis posce-
rent connubia. Fluctuantibus quid consilii caperent
Romanis (quippe & bellum, qui nondum respirauerant neque collegerant se, horrebant, & postulatione
connubii obsides suspicabantur peti, quod specioso ti-
tulo vocarent connubium) ancillam Tutolam nomi-
ne, vt alii dicunt, Philotidem, principibus subiecisse,
secum vt mitterent ancillas, quæ ætate florente & li- C
berali essent formã, in virginum ingenuarum morem
excultas, reliqua sibi curæ fore. Principes probato cõ-
silio delegisse ex ancillis quas ad eam rem illa probas-
set, eásque veste ornatas & mundo Latinis, qui statiua
non procul habebant ab vrbe, tradidisse. Nocte exte-
ras gladios hostibus subtraxisse, Tutolam vel Philoti-
dem conscensa edita caprificõ, & stola aduersus castra
obtensa, facem Romam versus sustulisse, quod ei cum
magistratibus signum aliis insciis ciuibus conuenerat.
Quapropter tumultuariè à militibus excursum fuisse, D
quum instarent duces, sese mutuò appellantibus, vix
vt instrui possent in aciem. Vallum nec opinantibus
hostibus sopitisque adortos cepisse castra, atque maxi-
ma ex parte hostes obtruncasse, idque gestum Nonis 266
Quintilibus, quas nunc appellant Iulias. In huius rei
memoriam festum agi, quo primùm agmine erum-
pentes vrbe nomina plurima patria & vulgaria cient,
Caiũ, Marcum, Lucium, & his similia, referentes mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tuam illam in properando appellationem. Deinde splendidè comptæ vrbem circumeunt ancillæ, dicteria in obuium quenque iacientes. Pugnam quoque inter se conserunt, vt quæ etiam tum in prælio cum Latinis inito operam nauauerint suam. Ad epulum considentficulneis inumbratæ ramis. Eum diem Nonas Capratinas à caprificO, vt arbitrantur, ex qua facem edidisse ferunt puellam illam, nominant. Alii pleraque, quæ hic aguntur & dicuntur, referunt ad Romuli casum. Illo enim die ex oculis hominum extra portam abisse Romulum, caligine subitò cum procella coorta, vt autem nonnulli arbitrantur, sole deficiente. Atque hinc diem illum Nonas Capratinas à capra dictum. Nam Romulus (vt in vita eius retulimus) quum ad paludem capræ appellatam haberet concionem, ex conspectu hominum ablatus est. Cæterùm plerique scriptores historiam alteram magis probant, quam hoc modo narrant: Dictator tertium Camillus dictus nuntiato legiones cum tribunis militum à Latinis & Volscis obsideri, delectum habere non iuniorum solùm, sed maiorum natu quoque coactus est, ac longo flexu Martium montem exercitu circunducto, castra
C à tergo hostium clàm est metatus. Multis inde accensis ignibus significauit aduentum suum. Ea re confirmati qui obsidebantur, inuadere hostem & manus conserere adoriuntur. Latini & Volsci recipiunt se intra vallum, eum multa materia sepiunt, castráque
267 vndique muniunt ancipiti ab hostibus trepidatione, certi alteras copias ab domo expectare, simúlque auxilia respiciétes Hetruscorum. Hoc Camillus animaduerso, veritus ne, quod ipse fecerat, qui hostes cinxerat, in se verteret, præripere maturat occasionem. Erat
D sepes, qua se munierant, lignea &, vis magna venti deferebatur à montibus simulatque diluceseeret. Igitur multo igne parato, copias summo mane eductas distribuit, vt alii in hostem missilia iacularentur, & magnum clamorem ex altera parte tollerent: alios, qui flammam iecturi erant, qua potissimùm incumbere in vallum hostium solebat ventus, ducens horam operiebatur. Vbi iam commissa pugna, sol exortus est, & A increbruit ventus, signo aggrediendi dato, grandinem telorum ignitorum ingessit vallo. Hamma vt materiâ contextam, & vallum ilicò amplexa ligneum, in proxima se vndique dissipauit: Latini, qui nihil haberent ad manum quo arcerent restinguerentque incendiũ, quũ tota castra iam depasceretur ignis, angusto cõglobati loco, in armatos & instructos pro vallo hostes cõpulsi sunt effundere se. Pauci horum euasere. Qui in castris restit erunt, flamma omnes absumpti, dum igni restincto prædam Romani diripuerunt. His actis Ca- B
B millus, ad prædam captiuósque seruandos præfecto castris Lucio filio, profectus est ad fines hostium depopulandos, captóque Æquorum oppido, & Volscis ad deditionem redactis, confestim Sutrium mouit, magnisque itineribus, vt in periculo constitutis & obsessis ab Hetrusco subueniret, (nondum enim clades ad eum perlata Sutrinorum fuerat) contendit. At illi dediderant iam hostibus vrbem, omnibúsque rebus exuti, 268
atque eum singulis emissi vestimentis, in agmen Camilli cum liberis coniugibúsque inciderunt, suámque C
lamentabãtur sortem. Miserabili cõmotus specie ipse Camillus, quum Romanos cerneret obtestantibus eos Sutrinis, non tenentes lacrymas, ac molestè casum eorum ferentes, decreuit instare vltioni, eóque ipso die Sutrio admouere exercitum, reputãs se hostes, copiosa modò capta & opulenta vrbe, in qua nullus reliquus hostis esset, neque aliunde timerent, solutos prorsus ac sine stationibus deprehensurum. Nec eum fefellit opinio, non solùm iter eius per fines inexploratum hostibus fuit, verùm etiam antequam animaduerterent ad portas accessit, murósque tenuit. neglecta enim inuenit omnia. Effuderant sese omnes intra tecta in D
vinum & epulas. Vbi senserunt hostes iam in vrbe esse, adeo demersi epulis erant & crapula, vt plerique ne fugam quidẽ tentarẽt, sed intra tecta cum summa turpitudine, vel cæderentur vel in potestatẽ se darent hostium. Ita Sutrium bis eodem die captum est, euenitq; vt qui oppidũ ceperant, id amitterent, & qui amiserãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A opera id recuperarẽt Camilli. Ductus hinc triumphus, non secus gratus clarúsque ac duo priores fuit. Nam ciues præcipuè in ẽum maleuolos, quique omnia eius præclara facta fortunæ potius accepta quàm virtuti eius referebant, tum res gestę consilio eius atque virtuti adegerunt omnem adscribere gloriam. Inter aduersarios & æmulos eius princeps erat M. Manlius, is qui ex arce depulerat primus Gallos, quum Capitolium essent nocte adorti: vnde nomen illi inditum Capitolino. Hic primatum affectans in ciuitate, quum bonis
269 B artibus superare laudes Camilli non valeret, viam ad tyrannidem affectauit communem illam & vulgatam, subeunda plebe, maximè obæratis. Itaque dum hos aduersus fœneratores defendit patrocinatúrque, illos vi eripit ac duci lege prohibet, breui magna manus sibi parat cum egenorum, quorum audacia & tumultus in foro in ingentem optimates adduxit metum. Dictator Q. Capitolinus ob hanc causam dictus, in vincula quũ duci Manlium imperasset, plebs, quod fieri nisi in grauibus calamitatibus & publicis non solet, vestem
C mutauit. Ita senatus seditionis timore dimitti iussit Manlium. Ille ob id nihilo factus melior, insolentius factionibus & seditionibus ciuitatem implet. Camillo igitur rursus creato tribuno militum, quum esset Mãlio dies dicta, accusatores impediebat magnopere loci conspectus. Nam locus, vnde nocte reiecerat Manlius Gallos, erat ex Capitolio in foro cõspicuus, mouebátque præsentes, quum eò manus tenderet, & lacrymabundus illius decoris renouaret memoriã. Vnde perplexi iudices diem sæpius diffuderunt: qui neque libe-
D rare cum manifestis conuictum indiciis crimine poterant in animum inducere, neque, quum locus tantum subiiceret oculis factum, lege agere valebant. Quod vbi considerauit Camillus, extra portam in Petelinum lucum, vnde conspectus non esset in Capitolium, iudicium traduxit. Ibi accusator crimen intendit, iudicésque, facinoribus eius ob oculos positis, dignas præsentibus sceleribus pœnas ei irrogauerunt. Manlius, vbi damnatus est, in Capitolium ductus, ac de saxo præ-

cipitatus, locum eundem habuit & eximiæ gloriæ & A
tristissimi exitus monumentum. Populus Romanus 270
domum eius demolitus, in area ædem deæ, quam Monetam vocant, ædificauerunt, latúmque ad populum est, nequis posthac patricius in arce habitaret. Porrò Camillus sextum tribunatum sibi oblatum deprecatur. Nam præterquam quòd exacta iam esset ætate, etiam inuidiam habebat vicissitudinémque fortunæ ex tanta gloria & felicitate suspectam. Apertissimè autem excusauit ob corporis valetudinem: siquidem iisdem fortè diebus morbo detinebatur. Enimuero non con- B
cedere ei vacationem populus, sed clamare, non equitis ab eo, non peditis in prœlijs munus, consilium duntaxat & ductum requirere. Itaque suscipere magistratum, & vno adiuncto ex collegis L. Furio, compulerũt eum in hostes ducere. Prænestini & Volsci hi erant, qui ingentibus copijs vastabant sociorum populi Romani fines. Ab vrbe profectus castra hostium castris contulit, eo animo vt bellum traheret: quòd si dimicandum planè esset, confirmato corpore v. pugnaret. Quum verò collega eius Lucius gloriæ cupidine po- C
stularet ferociter conflictum, incenderétque simul centuriones ac manipulares, veritus ne inuidia videretur iunioribus victoriam & decus è manibus eripere, quũ inuitus educere illi in aciem permisisset legiones, ob valetudinem & imbecillitatem cum paucis subsitit in castris. Postquam inconsultè Lucius in certamen prouectus tirubauit, animaduerso Camillus Romanos terga dare, non continuit se, sed exiliens ex lectulo, occurrit cum comitatu suo ad portas castrorum, & per medios fugientes intulit se in instãtem victis hostem. D
Ergo Romani partim extemplo pugnam repetentes sequuntur Camillum, partim qui adhuc se ex fuga recipiebãt, obiiciunt se pro duce conglobántque cohortantes inter se, ne desererent ducem. Hoc modo tum 271
hostes ab infectando repressi. Postero die educit copias Camillus, hostésque signis collatis fundit, atque, in castra vnà cum effusis in fugam illatis, ingentem stragem edit. Inde quum expugnatum Sutrium in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tellexisset à Thuscis,& colonos fœdè trucidatos, pleroſque milites & grauem armaturā remisit Romam. Trahens autem secum ex delecta iuuentute impigerrimos quoſque,eos qui oppidū tenebant adortus Thuſcos est. Fusos partim expulit vrbe, partim interfecit. Regressus cum ingenti præda Romam, demonſtrauit prudentiſſimos esse,qui non deterriti valetudine & ætate ducis,vſu & animo præditum vegeto tergiuersantem designauerant, affectúmque præ florentibus ætate & ambitioſis. Quare quum defectio Tuſculanorum
B nuntiaretur,mādant id bellum Camillo, vnum tantùm ex quinque collegis allegeret ſibi. Ille cæteris,quanuis peterent & cuperent omnes,præteritis,cōtra expectationem omniū optauit L.Furium. Is ille erat, qui modò inuito Camillo conflictus autor,in præcipitem casum remp.adduxerat. At hic, vt ſcilicet obrueret eam calamitatem, ac collegæ infamiam leuaret, præpoſuit eum cæteris. At Tuſculani errorem callidè auertentes, quum eſſet iam in expeditione aduerſus ipſos Camillus, aratoribus paſtoribúſque agros vt in alta pace compleuerant, patebant portæ, pueri in ludis operam literis dabant, ex vulgo opifices ſuo quiſque operi intenti conſpiciebantur,ſpectatiores in foro obuerſabantur togati, magiſtratus ſedulò circūibant ad de-
C ſignādum Romanis hoſpitia, tanquā remoti ab omni
272 ſuſpicione eſſent mali,nec cuiuſquam ſibi cōmiſſi conſcii. Hæc res non exemit quidem eos apud Camillum proditionis opinione,ſed illorū pœnitētia ex proditione flexit eum ad miſericordiā, ſenatum adire iuſſit iis pœnā deprecatum. Deprecantibus adfuit Camillus,vt & crimine liberarentur,& ciuitatem impetrarēt. Hæc
D Camilli præclariſſima in ſexto tribunatu geſta fuere. Poſt hæc Licinio Stolone ingentem in vrbe concitante tumultum (nam plebs inſurgebat aduerſus patres, vt duorum conſulum, qui quotannis designarentur, alter ex ſuo corpore crearetur,non patricii ambo) tribuni militum creati ſunt, comitia conſularia impedimit plebs. Quum res,magiſtratibus non creatis,ad grauiorem ſpectaret motum, Camillus quartùm dictator à ſenatu plebe inuita creatus eſt, haud ſanè etiā A
ipſe volens, vt qui committi nollet cum hominibus, quibus licebat ex multis & ancipitibus præliis liberè & vere dicere plura ſecum ipſis militiæ, quàm domi geſſiſſe cum patriciis: nunc verò eorum odio eſſet lectus,vt aut ipſe, ſi ſuperior foret, multitudinem opprimeret,aut opprimeretur victus. Attamen quo mederetur huic malo,quum diem præſciret qua ferre rogationem deſtinauerant tribuni plebis, in eam delectum edicit,populúmque euocat ex concione in campum, magnam mulctam denuntians ei qui ad nomen
non reſpondiſſet. Contrà tribuni certare minis at- B
que deierare, ſi pergeret, quominus ſuffragia inire de lege valeret populus, obſtare, quingenūm millium æris ei mulctam dicturos. Igitur,ſiue alterum exilium & damnationem veritus,vt ætate iam grau & tantis rebus geſtis indignam, ſiue tantæ plebis procellæ & pertinaciæ impar,tunc quidem domum ſe recepit: inſe- 273
quentibus diebus cauſatus valetudinem, abdicauit ſe dictatura. Senatus alium dictatorem creauit. Qui magiſtro equitum dicto ipſo ſeditionis duce Stolone, le- C
gem maximè aduerſam nobilitati (qua cautum eſt ne quis plus quingenta iugera agri poſſideret) permiſit perrogari. In præſentia quidem Stolon plebiſcito victor magnificus, paulo pòſt conuictus tenere modum agri quem cæteris interdixerat, ſua ipſe lege mulctatus eſt. Quum ſupereſſet iam, quod acerrimum erat, & fuerat primùm motum, quódque plurimum torquebat ſenatum cum plebe certantem, de comitiis conſularibus contentio, nuntii repentè pro certo adferunt,iterum Gallos à mari ſupero ingentibus copiis D
Romam contendere, & vnà cum fama aderat belli moles, vaſtabantur agri, homines, quibus receptus Romam erat clauſus, per montes vagi ſpargebantur. Hic timor ſeditionem compreſſit, conſentientéſque cum plebe & eius conſilio patres, vno animo quintam dictaturam deferunt Camillo. Erat is tum exacta ætate, & propè annum octogeſimum attingebat. Verùm perſpectis reipublicæ temporibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & periculis, nihil jam mulcta, vt antè, deterritus; omnique abiecta causa delectum extemplo suscepto imperio habuit. Sciebat vim barbarorum Camillus maximam esse in gladiis, quibus grauiter barbarorum more, sed nulla arte, ferientes, humeros maximè & capita detruncabant. Ad id galeas plerisque ferreas parauit politas extrà, vt labentes gladii vanum ictum efficerent, vel frangerentur. Scuta laminis ferreis induxit, quia lignum per se non resistebat plagæ. Suos autem
274 milites docuerat cominus tractare pila oblonga, quiB bus subiectis ensum hostium exciperent ictum. Quū Galli haud procul vrbe consedissent ad fluuium Anienem, & essent castra grauia ac referta omnis generis præda, metatus est castra in molli tumulo multisque partibus cauo, vt maxima pars exercitus extra conspectum esset: qui autem conspiciebantur, ex trepidatione viderentur in locum arduum se contraxisse. Eam Gallorum opinionem vt confirmaret Camillus, quum sub oculis suis agros vastarent, non arcebat, sed castris munitis continebat se, dum Gallos partim ad populandum effusos, partim qui in castris remanserant,
C epulis vinóque largo diem noctibus cōtinuantes, cernit. Ibi ante lucem præmissa leui armatura, quæ, vt ne instrui posset acies, impediret perturbarétque, subito impetu in eos facto: grauiorem armaturam deduxit summo mane, ac planis campis instruxit. Quorum numerus & alacritas vbi barbaris, qui esse paucos putabant & trepidos, præter expectationem conspecta est, conciderunt animis ex eo primùm quòd contemni se, quum inuaderentur, existimarent. Incursus deinde leuis armaturæ, quæ prius quàm consueto ordine consisterent, vel essent per cohortes digesti, turbans illos
D impellénsque, temere atque incōditè eos pugnam inire coegit. Postremò vt grauem armaturam Camillus induxit, illi partim sublatis gladiis properauerunt conferre manus. Romani pilis obiectis, quorum ferro excipiebant ictus hostium, ferrum illorum molli tenuique procusum lamina retudere. Vnde inflectebant se ilicò gladii atque plicabantur, scuta trāsfigebantur, grauabatúrque dependentibus pilis. Ergo suis abiectis A
armis, ad hostium se conuertebant, ac prehensa manibus pila moliebantur traiicere. Romani iā nudos cōspicientes, aggrediuntur eos gladiis. Ita ædes multa 275
ante signa edita, alii effusa fuga per cāpos delati, quum colles & loca edita præcepisset Camillus. Nam castra quidem ob ferociam immunita, facilè sciebant hostem expugnaturum. Pugnatū tredecim annis à Roma capta ferūt, atque hinc animum Romanis planè confirmatum aduersus Gallos, quos supramodum timuerant, vt morbo nuper & æco casu, non virtute existi- B
marent ab se superatos. Tantus verò erat eorum terror vt lege esset cautum, vacationem belli sacerdotibus, præterquam Gallico tumultu, esse. Hoc obiit nouissimum Camillus militare certamen. Nam Veiitis, hoc confecto bello, obiter est potitus, quum venirent nullo tentato certamine in ditionem. At contentio superarat atrocior ciuilis aduersus plebem. Nam victoria ferox, magna vi instabat vt alter consul præter consuetum modum crearetur ex plebe. Et opponebat
C senatus se, neque permittebat vt dictatura abdicaret se Camillus, quo ius nobilitatis autoritate & summo eius imperio tutaretur cōmodius. Sedenti pro rostris Camillo & ius dicenti missus à tribunoplebis viator, sequi se iussit ei, manúsque iniecit quasi eum ductu-
rus. Ibi clamor & strepitus occupauit, vt nunquam aliàs, forum aliis, qui cingebant Camillum, viatorem à tribunali repellentibus, vulgo, ex inferiore loco, vt detraheretur, vociferante. Ille in tali tumultu fluctuans animo, summum imperium tamen non proiecit, sed
D abducto senatu, contulit se in curiam. Quò priusquam ingrederetur, ad Capitolium respiciens, deos precatus 276
est vt præsentem motum in bonum exitum verterent, ædémque Concordiæ, si esset tumultus sedatus, vouit. In senatu quū magnam altercationem excitassent pugnantes sententiæ, vicit tamen lenior, quæ concedebat plebi permittebátque alterum consulem ex populariibus creare. Hoc senatusco̅sultum quum dictator pro concione pronūtiasset, ilico plebs haud immeritò

A læta est senatui reconciliata, Camillúmque ingenti plausu & fauore deduxit domum. Insequenti die coacto populi concilio, sciscitur vt ædes Cõcordiæ, quam vouerat Camillus, quæ foro & concioni immineret, ob sedatum extrueretur tumultum. Adiectus insuper Latinis dies vnus, vt quaternis diebus agerentur, vtque populus Romanus omnis in præsentia sacrificaret coronatus. Camillus, comitijs habitis, cõsules creauit ex patricijs M. Æmilium, & L. Sextium, de plebe primum. Hic exitus fuit rerũ à Camillo gestarum. Pro-
B ximo anno pestilentia Romæ vulgata infinitam multitudinem de plebe absũpsit, plurimos etiã eorum qui in magistratu erant. Obijt & Camillus, cuius mors vel ætate eius vel vita omnibus honoribus consummata, haudquaquam immatura, acerbior fuit tamen populo Romano quàm aliorum cunctorum qui lue eo anno periere.

ILLVSTRISSIMO ET EX- A
cellentiss. principi ac domino, D. Gulielmo duci Iuliacensi, Cliuensi & Bergensi, comiti Marchiæ & Rauenspurgi, domino in Rauenstain, &c. principi indulgentissimo suo,

S. P. D. B

VT aliquid hoc tempore ad excellentissimam tuam humanitatem, illustrissime atque optime princeps, & multa posthac statuerem scribere, delegi ex Vitis illustrium Virorum Plutarchi duas, Pericles Athenensis & Fabij Maximi Romani, qui omnibus virtutibus & artibus ciuilibus ornatissimi, optimè præfuerunt reipublicæ suis. Has à me in sermonẽ traductas Romanum ideo sacrare nomini clarissimo tuo volui, quod eadem præcipuæ virtutes in te, quæ in illis, elucẽat, humanitas & iniuriarum illatarum C tolerantia. Ad has dotes etsi natura tua optima te ducat, multum eam tamen institutio in literis & assidua lectio optimorum historicorum iuuat. Siquidem hæc sicut frugiferum aruum ingenium tuum excoluit: vt, quum natio horrida nostra, incomptáque & fera, atque a comitate præ aliis gentibus sit alienior, ad torui tatem autem prona & ebrietatem, tu extirpatis his vitijs, quibus alij non minore indole præditi, sed inculti, manicipauerunt se, fulgeas inter nostrates principes. Quare etiam atque etiam in voluendas & terendas historias, est designato principi, at- D que etiam iam regnanti incumbendum. Hæ enim, quia ob oculos ponunt splendorem virtutum atque improbitatum maculas, instruunt atque expoliunt lectorem, recte vt præesse queat populo. Quo magis improbanda sententia est Lodoici XI, Francorum regis, hominis alioquin versutissimi, qui literis imbui filium suum & successorem Carolũ noluit. Dicebat enim, quia eas ipse attigisset in consilijs capiũdis fuisse se pertinaciorẽ. Næ ille stipitem præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuere regno Voluit, apud quē regni proceres expertē iudicii quomodo eram defuncti statua Alexādri in tentorio duces eius, quasi deliberationibus & rebus agēdis præfuturi, ineant cōsilia. Laudātius Verò atque perhibēdus Macedonū rex Philippus, qui nato Alexādro, illico ad Aristotelem, summum sapientiæ doctorem, gaudere scripsit se, non tam quòd natus filius sibi esset, quam quòd natus esset seculo illum à quo institui valeret ad virtutem. Memorabile etiam ipsius Alexandri dictum, plus se præceptori debere Aristoteli quàm Philippo patri ingenuè fassi. Ab hoc enim habere se quòd viueret, ab illo quòd honestè viuere & cum decore posset. Quare sunt plurimùm commendandi optimi & præstantissimi principes parentes tui, qui, vbi primùm literarum per ætatem capax fuisti, alendum te extra aulam, quæ ferè peruertere animos solet adolescentium, & formandum in literis tradiderunt præceptoris, & quod haud scio an vlli principi contigit Germaniæ, ad sobrietatem & continentiam edneauere. Ingens bonum nō tibi soli, qui tuo cōmodo præcipuè & hac laude frueris, verùm etiā omnibus tuis amplissimis ditionibus, quòd hydrā istam vinolentiæ ex aula ejecerit tua, & quòd nobilitas tua antè ad ebrietatē prolecta, nunc nō cōponere se ad imaginem tuam sibi ducat turpe. quod factū eo est mirandum magis & prædicandū, quo rarius & difficilius. Vnde, sicut à Traiano bonitatis veteres, & à Sylla felicitatis, ita posteri à te sobrietatis petent exempla. Quàm etiam præclara illa vox est tua, quam in confessu consiliariorum tuorum vsurpas frequenter, necui iniuriam tui causa inferant? Neque verò solum nullum premi iniustè permittis, sed sæpe etiam, ne in vllam suspicionē incurras cuiusquam grauandi, non leuem vis pati iacturam. Iam quanto tuo labore, quantáque impensa lites & controuersias populorum tuorum disceptas & discutis, vicinorúmque & amicorum componis & compescis dissidia & contentiones? Habent autem à te illi id gratis, imò tuo sumptu, quòd apud alios non comparent pecunia, iustam, æquam, candidam, simplicem & humanam causarum tractationem. Hæ ergo mouerunt me insignes virtutes tuæ, vt quū perlegerem vitas Periclis & Fabii Maximi, qui multis (vti di-

xi) eximiis ornati virtutibus sunt, & paucissimos habent vitiorum nævos, & quorum optes etiam quam inuenias multos similes alios, eas præcellenti nomini tuo dicarem. Merentur enim ornamenta tua vt has qui legat, simul cogiter de mansuetudine & patientia, deque aliis decoribus tuis, habeátque etiam de reliquis Plutarchi vitis in Latinam linguam à me translatis tibi gratiam. Hinc enim cepi huius suscipiendi immensi auspicium operis, ad quod perficiendum, multis distractus, tam publicis quam priuatis, occupationibus, sepositum tempus non habui: verùm quum feriæ mihi concessæ aulicæ fuerunt, & respirare aliquantisper licuit à rei familiaris procuratione, id sucessiuis horis peregi. Hæc meas vigilias & primitias eorum quæ, postquam aulæ me mancipaui, in lucem edidi, nemini debui, optime princeps, nisi tibi deferre, vel quòd in nexu & mancipio tuo sum, ac tua me tu insigni complexus gratia es: vel quòd horū virorum virtutes & mores, cum tua fide, humanitate, lenitate, & securitatis tuorum sint cautione consentientes. Præclara vox fuit Periclis, qui moribundus ad amicos qui assidebant, recensentes & mirantes insignia eius facta, omnium se dixit, quæ perpetrasset, ducere excellentissimum, quòd ex ciuibus suis per ipsum nullam vestem nemo sumpsisset. Maiores item tui præter cæteras eximias & bellicas & ciuiles virtutes, fide & lenitatis laude excelluerunt: quorum quum hæredstatem tu creueris supra pacis & quietis amatorem, nihil est in te, cum fide & comitate in omnes homines, tū facilitate & placabilitate vel in eos qui offenderunt & titubauerunt, admirabilium. Qua ego facilitate fretus, non dignitate vel splendore muneris, hunc meum fœtum nuncupare clarissimo nomini tuo ausus fui, quem satis magnam pro laboribus meis remunerationem accepero, si probaueris. Vale Princeps excellentissime.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A

PLVTARCHI

Vitæ comparatæ

PERICLIS ET FABII MAXIMI.

B *HERMANNO CRVSERIO I. C. interprete.*

PERICLES.

277 CAESAR, quum peregrinos forte quosdam vidisset Romæ diuites, qui canum catulos in gremio & simiarũ circumferebant, atque in deliciis habebant, An ne fœminæ, quæsiuit, apud eos non parerent pueros: sanè quam digna prin-
C cipe admonitione vsus apud eos, nariũ qui nobilsque insitam charitatem & indulgentiam effundunt in bestias, hominibus debitam, non bestiis. Igitur quando animo nostro auiditas inest naturalis quædõ discendi & contemplandi, meritò compellimur, siqui eam, honestis præteritis & vtilibus, ad vana accõmodent audienda & spectãda, eos culpare. Nam sensus quidẽ quum obiecta, ipsorum ictus occursu, patiendo apprehendat,
D cogimur fortasse quicquid sese offert, siue cõmodum sit siue incommodum, contemplari: at mente pro nutu quisque vti, verteréque se ipse semper ac traducere facilè quo libeat, valet. Debet itaque optima quæque persequi, quo non contempletur modò, sed alatur etiam contemplando. Vt enim oculo is demum gratus est color, qui floridus simul & amœnus recreat alitque visum, ita mens ad ea deducẽda spectacula est, quæ ob-
278 lectando ad propria eam alliciant bona. Ea sunt in virtutis posita operibus, quæ æmulationem & alacri-

tatem quandam excitant, & inflammant spectatores A
ad imitandum. Siquidem aliis in rebus non continuò qui admiratur factum aliquod, incitatur ad id efficiendum, imò sæpe contrà, quos opus delectauit, hi contemnunt opificem. Quod in vnguentis vsuenit & purpura: hæc nobis grata sunt, tinctores & vnguentarios, seruiles & sordidos ducimus. Præclarè itaq; Antisthenes, quũ insignem tibicinẽ esse audiuisset Ismeniam, At homo (inquit) prauus est: alioquin tibicen non tam sit insignis. Philippus filio, quum suauiter aliquãdo & scitè cecinisset, Non te pudet (inquit) tam B
bene canere? Sat est enim si vel audire vacet regi canentes, magnúmque musis honorem habet, si certantes in huiusmodi artibus spectet alios. Qui verò viles per se artes obit, hic suæ ad honesta studia socordiæ industriam in futilibus rebus profert contra semetipsum testem. Neque sane qui Pisæ spectauit Iouem, Phidias esse iuuenis ingeniosus cupiuit vllus: neque qui Iunonem Argis, Polycletus: neque Anacreon aut Philemon, aut Archilochus, horum qui ductus est poematibus. neque enim, si opus vt venustum oblectet, C
statim suspiciendus fuerit autor. Quare ea, quia non excitant ad æmulandum studium, neque stimulant rapiúntque ad imitandum, fructum suis ferunt spectatoribus nullum. At virtus profectò ipsis actionibus ita homines extemplo incendit, vt simul & opera eius in admiratione habeant, & imitari gestiãt effectores. Quippe fortunæ bonorum possessiones & fruitiones, virtutis verò amplectimur actiones, atque accipere illas ab aliis, has à nobis alios cupimus. Rapit enim 279
nos ad se vi agendi honestum, impetúmque subitò infundit actuosum: informans non imitatione spectatorem, sed ipso aspectu operis voluntatem imprimens D
imitandi. Nobis igitur visum est describendis immorari vitis. Est decimum hoc volumen, quod commentati sumus, Periclis vitam & Fabij Maximi, qui bellum cum Annibale gessit, complectens, virorum cum cæteris parium virtutibus, tum præcipuè mansuetudine & iustitia, quique patientia aduersus ciuium

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & collegarum suorum insolentiam, optimè fuerunt de patriis suis meriti. Id recténe atque ordine destinemus, existimes licet ex iis quæ tradimus.

Pericles tribu fuit Acamantides, curia Cholargensis, familia & genere ab vtroque parente clarissimo. Xanthippus enim, qui prælio Mycalensi regis duces fudit, vxorem duxit Agaristen, neptem Clisthenis, qui progeniem exegit Pisistrati, tyrannidémque fortiter sustulit: leges quoque tulit ac rempub. optimè composuit, & temperauit ad concordiam & salutem. Hæc visa sibi in somnis est parere leonem: & paucis diebus

B peperit Periclem forma reliqui corporis decenti, sed capite oblongo nec congruente. Vnde statuæ eius galeatæ sunt penè omnes, tegentibus (vti coniicio) artificibus hoc vitium. At poetæ Attici Schinocephalum eum vocauerunt: scillam enim nonnunquam schinon appellant. Inter comicos Cratinus in Chirosi,

Sedato, inquit, *mixta cum fœnis tempore*
Ex cœnobium genuit tyrannum maximum,
Cephalegeretem quem dii beati nuncupant.

C Rursus in Nemesi,

Hospitis præses & beate Iupiter,
Progredere.

Teleclides nunc præ multitudine negotiorum sedere consilii inopem ait eum in vrbe capite grauatum, nunc ex capite hendecaclino, *quasi diceret sesquipedali*, ingentem exoriri tumultum. Eupolis in Demis quærens de singulis concionatoribus, qui ab inferis ascende-
280 rant, vbi postremus nominatus Pericles est, rogat,

Producis ad quid Orci primeprem & caput?

D Præceptorem habuisse in musicis Damonem memorant plerique, cuius aiunt proferendum nomen prima breui syllaba: Aristoteles musica excultum apud Pythoclidem tradit. Apparet Damonem, quum insignis esset sophista, quo ad vulgus acrimoniâ suam inumbraret, nomen prætexuisse Musicæ. Adfuit Pericli hic velut athletæ in repub. aliptes & magister. Non fuit clàm tamen lyræ Damonem velaméto vti, verùm,

vt inquietus & tyrannidis fautor, exilio punitus decennali fuit, præbuitque scribendi poetis materiam: ac Plato induxit quendam, qui ita eum percunctaretur, A

Age, tyrannulum vos dicam omnium mihi,
Tuúne? Vt ferunt scelus euertisti Periclea?

Audiuit Pericles Zenonem quoque Eleatem, de natura Parmenidis more philosophantem: qui impugnãs quemlibet, vsum parauerat quendam refutandi, qui deduceret ad perplexitatem: quod Phliasius Timon quoque affirmat, his verbis,

B

Omnia perstringens Zeno disceptat, & vtraque
Ex parte inuictus, sed non fallax.

Plurimùm autem vsus est (qui maximum ei pondus & spiritus ad populum tractandum solidiores conciliatur, planéque maiestatem morum excitauit & extulit) Anaxagora Clazomenio, quem illius temporis æquales Mentem appellauere, vel quòd perspicaciam eius singularem in natura perscrutanda, excellẽtémque admirarentur, vel quòd vniuersitati, non fortunam neque fatum ordinatæ descriptionis principiũ, sed mentem princeps puram ac synceram præfecerit, cum omnibus confusis aliis secernentem particulas similes. C Hunc virum Pericles mirum quanti fecerit. Imbutus autem rerum scientia sublimium & cælestium, non solùm scilicet elato fuit animo, & sublimi vsus est dicen 281
di genere, puro à plebeia & accersita garrulitate: verùm etiam vultus ad risum immotus, incessus comis, modestus vestitus, animus in dicendo imperterritus, * modulatio sedata vocis, & reliqua eius generis omnes supra modum adduxerunt in stuporem. Hic, quum improbus & petulans homo quida contumelia ipsum D & maledictis totum diem insectaretur, in foro etiam seria tractantem, tulit patienter: vesperi comiter domum regressus est, assectante illo & omnibus contumeliis eum impetente: ingressurus ædes, quũ iam nox esset, iussit vni ex seruis, vt accenso lumine hominem comitaretur ac reduceret domum. Poeta Ion fuisse arrogantem in sermonibus & inflatum memorat Periclem, iactantiámque eius cum aliorum coniunctam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fastidio & contemptu: contrà celebrat ciuilitatem in
quotidiana consuetudine Cimonis, lenitatémque &
venustatem. Cæterùm Ionem, vt qui omnino virtu-
tem vult tanquam tragicam disciplinam redolere sa-
tyricum quiddam, relinquamus. Zeno eos qui gravi-
tatem Periclis iactantiam & fastum nominant, vt æ-
mulentur hortatus est eam iactantiam, quòd inducat
sensim ipsa simulatio rerum honestarum occultum a-
morem earum & assuetudinem. Nec verò hunc solùm
B fructum tulit Pericli Anaxagoræ vsus, verùm omni e-
tiam liberauit eum superstitione, quæ terrorem ex re-
bus æthereis imprimit ignorantibus earum causas, &
iis qui rerum diuinarum metu pauent, percelluntúr-
que rudes earum: quem eximens naturalis ratio, pro
terrifica & æstuáte superstitione, securam inserit cum
bona spe religionem. Ferunt aliquando arietis caput,
282 cum vnico cornu ad Periclem fuisse ex agro delatum,
ac varem Lamponē, vt cornu validum conspexit & fir-
mum media earum fronte, duarum dixisse, quæ tunc
in vrbe erant factionū, Thucydidis & Periclis, potē-
tiam ad vnum delatum iri, apud quem hoc prodigium
C euenisset: Anaxagoram verò, quum os capitis dissecu-
isset, monstrasse non compleße cerebrum sedem suam
sed oui modo acutum ex tota testa deuolutum eò lo-
ci vnde originē radix cornu duceret. Atque in præsen-
tia quidem habuerunt in admiratione, qui interera
Anaxagoram: breui pòst Lamponē, quum opibus fi-
ctis Thucydidis resp. vniuersa in Periclis manum re-
cidisset. Poterat verò rectè vterque cōiecisse, tam phy-
sicus quàm vates, alter qui causam, alter qui exitum
probè est assequutus: illius erat enim munus, vnde
D prouenisset & quemadmodum esset enatum contem-
plari: huius ad quid genitum esset, & quid portenderet
prænunciare. Qui autem causæ inuentionem abolitio-
nem autumant ostenti esse, hi non considerant se vti
cum cæl:stibus etiam artificialia irrita signa redderet
discorum crepitum, pharorum lumen, gnomonis um-
bram, quæ certa ex causa & opificio ad certam demō-
strandam rem sunt singula parata. Cæterùm hæc alte-

rius fortasse sint cōmentationis. At Pericles metuit in A
iuuentute populum: videbatur enim facile Pisistratū ty-
rannū referre. Quúmque vocis eius suauitatē gravio-
res ætate considerarent, linguámque in dicēdo rotun-
dā & volubilē, horrebāt eam affinitatē: huc accessit o-
pulētia, natalium claritas, & quorum maximæ opes erāt
amici. Quare timens ne in exilium pelleretur, abstī-
nuit se à republica. In bello fortis fuit & imperterri-
tus. Postquam verò defunctus Aristides est, & The-
mistocles eiectus, Cimō autem in expeditionibus ple- B
runque extra Græciam distringebatur, tunc demum 283
accessit ad remp. Pericles, prætulitque, contra suum i-
psius ingenium minimè populare, diuitibus & paucis
populi & inopum partes. Cæterùm (vt suspicor) quum
vitaret tyrannidis suspicionem, & Cimonem princi-
pum studiosum atque optimatibus esse videret mirifi-
cè charum, quo sibi securitatem & aduersus illum o-
pes compararet, aggregauit se ad plebem, simul & in-
stitutum vitæ commutauit. Vna via videres in vrbe ad
forum & ad curiam euntem. conuiuia, eámque comi-
tatē ac consuetudinem omnem abrupit, tantóque spa- C
tio quo in rep. est versatus, nemini amicorum cœnam
condixit, Euryptolemo excepto consobrino, cuius nu-
ptiis, dum libarum esset, interfuit, inde surrexit. De-
trahunt enim familiaritates illæ facilē fastum omnem,
& maiestas existimationis haud temerè in contuber-
nalis retinetur. Enimuero vera in virtute pulcherrima
illa videntur, quæ apparent maximè, neque est in bo-
nis viris perinde alienis admirabile quicquam, atque
vita quotidiana familiaribus. Hic verò etiam assidui-
tatem refugiens & fastidiū populi, quasi ex interuallis D
progrediebatur, neque omni de re dicebat, neque sem
per prodibat in concionē: verùm sicut Salaminiā tri-
remē dicit Critolaus, ad negotia se reseruabat gravio-
ra: cætera per amicos trāsigebat & oratores familiares
suos, quorum vnum referunt Ephialtem fuisse, qui
senatus Areopagi fregit potentiam, ciuibúsque affa-
tim (vt ait Plato) meram propinauit libertatem: qua
equi luxuriantis more comici dictitant postea desisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

A populum audire principes, & mordere Euboeam co-
284 pisse & in insulas insultare. Iam vitæ instituto, & tan-
tæ grauitati cõgruentem dicendi facultatem velut or-
ganum instruens, passim Anaxagoram explicabat, ra-
tiones physicas, velut tincturæ, facultati dicẽdi suffun-
dens. Quum enim altam illam mẽtem atque omnium
efficientem, vt diuinus Plato ait, ex naturali disciplina
ad præclaram indolem suam adiunxisset, & quod esset
ex vsu ad artificium dicendi accommodasset, longè
antecelluit omnes. Vnde cognomen eum memorant
B Olympii inuenisse: quanuis nonnulli à monumentis
quibus exornauit vrbem, alii à potentia, quam domi
militiæque habuit, eo nomine arbitrantur insignitum.
Nec verò quicquam prohibet, quin laus ea à multis,
quibus refulgebat idem ille, conflata virtutibus fuerit.
At comœdiæ, quòd qui ea tempestate docebant eas, &
serias & ridiculas voces in eum multas eiacularentur,
traxisse ex vi dicendi eum ostendunt hoc cognomen.
Tonare enim & fulminare concionantem, & vehemẽs
eum in lingua fulmen dicebant gerere. Quoddam e-
C tiam dictum memoriæ traditum est Thucydidis Mi-
lesii iocosum de Periclis in dicendo neruis. Fuit autem
ex optimatibus Thucydides, diúque Periclis in repub.
aduersarius: ex quo quum requireret Lacedæmonio-
rum rex Archidamus, ipse an Pericles melior luctæ
esset, Vbi ego, inquit, luctãdo eum prostraui, ille re-
fellens persuadet se non cecidisse, atque in eam traduci
spectatores opinionem. Verùm enimuero ipse erat,
quum dicturus esset, valde solicitus Pericles: vt quum
ad concionandum accederet, semper precaretur deos
D ne vllum verbum, quod ad rem præsentem non conue-
niret, inuito excideret sibi. Scripti præter plebiscita re-
liquit nihil. Dicta commemorantur planè pauca, vt
quum tanquam lernam Æginam iubet à Piræo auelli,
& bellum dicit iam exoriens se à Peloponneso pro-
spicere. Quum aliquando Sophocles, qui cum eo na-
uigabat in prætura collega, formam pueri cuiusdam
285 laudaret, Prætorem, Sophocles, inquit, decet nõ solùm
manus, sed & oculos abstinentes habere. Stesimbro-

eus eum refert, quum pro cõcione celebraret illos qui A
in Samo ceciderant, immortalitatem dixisse eos, sicut
deos, adeptos. Neque enim illos ipsos, inquit, conspi-
cimus, at ex honoribus quibus coluntur, & ex bonis,
quibus fruũtur, ducimus eos immortales esse: eadem
contingunt iis qui vitam pro patria profuderint. Quia
verò actiones in repub. Periclis principum describit
Thucydides spectasse ditionem, ac dictã quidem po-
pularẽ, sed reuera vnius fuisse sub primario viro prin-
cipatum: plerique autem alii populum ferunt prin ùm
ab eo ad agrarias diuisiones, ad sportulas theatrales, B
& mercenarias largitiones accipiendas deductum, eó-
que prauo more profusum luxúque solutum illis a-
ctionibus redditum, frugi quum fuisset antè & operis
toleratusset se suis, videamus causam ex rebus ipsis cõ-
uersionis. Initio (vt diximus) quum offerret gloriæ se
Cimonis aduersarium, prensauit populum. Sed quòd
superaret ipsum Cimon diuitiis & pecunia, quibus so
uebat inopes, ad cœnam quotidie egenos ciues inui-
tans, senes vestiens, sepes amouens prædiorum, quo
sumerent quibus liberet poma, hac popularitate infe-
rior, Demonidis consilio Iensis (vt tradit Aristoteles) C
conuertit se Pericles ad publica dilargienda, breuique
theatralibus & iudicialibus sportulis, atque aliis præ-
miationibus, largitionibúsque corrupta plebe, vsus est
aduersus Areopagi curiam, in qua ipse non erat, quòd
nec archon, nec thesmothetes, nec rex sacrorum, nec
polemarchus sorte cõoptatus fuisset. Hi enim magi-
stratus sortito antiquitus creabãtur, quíque in iis spe-
cimen dedissent sui, aspirabant ad curiam Areopagi.
Quare quum plus apud populum polleret Pericles, fa-
ctione sua oppressit hoc cõciliũ, eique opera Ephialtis D
pleraque ademit iudicia, ac Cimonem vt Lacedæmo-
niorum fautorem, infestúmque populo vrbe pepulit, 286
opibus & nobilitate nulli secundum: qui victorias de
barbaris pulcherrimas retulerat, opulentiáque grandi
ac manubiis expleuerat ciuitatem, vt in eius vita ex-
posuimus. tam validæ opes apud populum erant Pe-
riclis. Genere illo exilii (ostracismon vocabant) præfi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nitum exulibus erat spatium decennale. Interea Lacedæmonius in agrum Tanagraicum incursionẽ magna manu facientibus, quũ copias Athenienses contra eos eduxissent, reuersus ab exilio Cimon, quo factis dilueret studium in Lacedæmonios, discrimen cum ciuibus subeundo, quum in manipulo se tribulium suorum centuriauisset, necessarii Periclis eum vt exulem coitione facta abegerunt. Ideóque fortissimè eo in cõflictu dimicasse Pericles videtur, eiúsq; qui plurimum suo corpore exciperet periculi, enituisse supra cæteros
B virtus. Ceciderũt etiam Cimonis amici pariter omnes, quos æquè Pericles, tanquam cum Lacedæmonius facientes, insimulabat. Pœnituit autem maiorem in modum Athenienses, & desiderium tenuit eos Cimonis, quòd fusi fuissent in Atticæ finibus, maiorémque molem in æstatem belli expectabant. Quæ Pericles animaduertens, non detrectauit obsecundare plebi, ac plebiscitum, quo illum reuocauit, ipse scripsit. Reuersus Cimon pacem inter eas ciuitates iunxit. Erant enim studio Lacedæmonii in eum propensi, sicut oden-
C rant Periclem, & reliquos homines populares. Sunt qui non antè referant latum à Pericle ad populum de Cimonis reditu, quàm occulta pactio inter eos, Cimonis sorore interprete Elpinice, intercessisset, vt classi Cimon ducẽtarum nauium accepta, foris præesset exercitui, & prouincias regis deuastaret, Pericles imperium domi haberet. Fama fuit etiam antè Elpinicen
287 Cimoni, quum causam capitis diceret, Periclem reddidisse placatiorem. Fuerat enim inter accusatores Pericles vnus à populo delectus. Quum adisset autem cum
D supplex Elpinice, ridens, Atenim anus es, inquit, Elpinice: anus es nimiũ, quàm vt res tantas transigas. Attamen semel duntaxat surrexit ad dicendũ, atque crimen defunctoriè attigit, absceſsitque, quum moderatissimum se inter Cimonis accusatores præbuisset. Quî credas igitur insimulanti Periclem Idumeneo, oratorem ab eo Ephialtem, amicum & consiliorum in rep. socium, æmulatione & inuidia gloriæ eius, per dolum interemptum? Hoc ille, haud scio vnde collectum,

velut fel offudit illi, non omni fortasse carenti repre- A
hensione, sed animi viro celsi tamen & gloriæ cupidi, in quem facinus non competit adeo tetrum & atrox vllum. Ephialtem ergo, qui hostis acris erat eorũ qui paucorum potentiam fouebant, seuerúsque in detegẽdis & persequendis illis qui circumueniebant populũ, inimici implicatum insidiis Aristodici Tanagræi operæ, vt prodit Aristoteles, clàm sustulere. At Cimõ præfectus classis in Cypro diem suum obiit. Optimates autem, quanquam sentirent iamdudum validissimas in ciuitate euasisse opes Periclis, volebant cum eo aliquem tamen in ciuitate comparatum, qui potentiam B
eius, ne planè erumperet in tyrannidem, retunderet. Itaque aduersarium ei obiecerunt affinem Cimonis, moderatum virum, Alopecensem Thucydidem. Qui quum minus bellicis laudibus esset quàm Cimon celebris, sed fori artiúmque peritus ciuilium, vrbem colens atque in concionibus cum Pericle decertans, breui remp. ad æquilibrium reduxit. Neque enim eos qui optimates vocabantur immiscere & cõfundi permisit, vt antè, cum plebe, vbi multitudine offuscabatur C
dignitas eorum: sed secreuit eos, contractisque in vnũ omnium opibus, quæ hac ratione factæ sunt valentiores, fecit tanquam in lance momentum. Quippe prior 288
illa tecta distractio, sicut in ferro, discrimen indicabat aliquod plebis & principum factionis. At horum virorum contentio & ambitio, ingenti diuisit ciuitatem fissura, effecitque vt hæc pars Populares, altera appellaretur Pauci. Ibi itaque quammaximè laxatis plebi habenis, rempublicam ad eius libidinem D
tractabat, erátq; in eo semper vt celebre aliquod spectaculum, aut epulum, aut pompam in vrbe instrueret, ciuitatem non illepidis delintens voluptatibus. Iam sexaginta triremes quoque anno emittebat. Magnus numerus in his ciuium nauigabat, octo menses æra merens, meditánsque simul & discens nauale disciplinam. Ad hæc mille colonos Chersonesum misit, Naxum quingentos, Andrum eius dimidium. In Thraciam mille adscripsit Bisaltis, in Italiã alios, quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A instauraretur Sibaris, quos appellauere Thurios, eáque agebat, quo otiosa & ex otio importuna turba vrbem leuaret & populi subueniret difficultatibus, timorémque & præsidium, ne res nouas molirentur, adiungeret sociis. Maximam autem vrbi Athenarum venustatem ornatúmque conciliauit, cæteris verò mortalibus summum stupore, ac sola Græciæ testimonio est, haud esse vanum quod de illius ipsius prisca prædicatur potentia & opulentia, operum & ornamentorum vrbis molitio. Hanc actionem Periclis maximè mordebant inimici, traducebántque in concionibus, fœdũ vociferantes id populo esse & probrosum, quòd publi-
B cam Græciæ pecuniã ex Delo ad se transtulisset. Contrà id autẽ quo vti speciosissimo aduersus exprobrantes obtentu poterat, metu se id inde sustulisse barbarorum, vt rem communem tuto loco seruaret, hunc
289 Periclem præcidisse, neque vulgari videri Græciam affici iniuria, imò planè opprimi tyrannide, quum cernat quæ necessariò ipsa in bellum contribuit, his Athenienses vrbem deaurantes, & exornantes signis de-
C lubrisque sumptuosissimis, insolentis more mulieris quæ gemmis sese pretiosis excolat. Igitur demonstrauit Pericles populo, quum ipse defendat socios & barbaros arceat, non esse ipsum obstrictum vt referat rationes illis qui non equum, non nauem, non militem, sed pecuniam solùm præbeant, quæ non dantium sit sed accipientium, modò præstent id cuius gratia recipiant. Debere verò, quia abundè ciuitas necessariis instructa ad bellum sit, cõuertere eã copias suas in hęc, quæ perpetrata, sempiternam gloriam, dum in moli-
D mine sunt, quæstum pariant præsentem: quòd varia opificia instituerentur, varia etiã ministeria, quæ, quia omnes excitatura artes essent, & manus omnes moturа, ciuitatem facerent penè vniuersam mercenariam, dum semetipsam decorat & alit. Nam quorum probata ætas & robur erat, hi stipendium militantes accipiebant ex publico: multitudinem inconditam & ignobilem, quia nolebat à capturis secludere, neque tamen accipere inertem & otiosam, ingentibus molitionum

num cœptis & institutis operum, quæ varia requirebant artificia tractum habentia implicauit populum, vt non secus ac classici, præsidiarii, ac militantes, vrbana quoque plebs haberet ansam, quo compendium facere ex ærario, eiúsque fieri particeps valeret. Siquidem materia hic erat lapis, æs, ebur, aurum, ebenus, cupressus, hæc elaborabant & expoliebant artifices, fabri lignarii, plastæ, ærarii, scalptores, infectores, bractearii, eboris in laminas secandi periti, pictores, pœciltæ, torentæ. Aduehebant ea & apportabant mercatores, nautæ, gubernatores mari, terra fabri carpentarii, qui e- 290
quos alebant, aurigæ, restiones, lapicidæ, sutores, via- B
rũ munitores, metallici. Singulæ artes, sicut duces exercitum suum, infimam multitudinem & plebeiam habebant sub se centuriatam. Organum ea erat & corpus in obsequia destinatum. In omnem autem penè dixerim ætatem & conditionem hominum distribuebant & dispertiebantur ministeria emolumentum. Quum iam assurgerent opera insanis substructionibus venustate & gratia incomparabili, certantibus superare molitionem arte opificibus, erat præ cæteris celeri- C
tas incredibilis. Quæ enim arbitrabantur vix multis successionibus & ætatis singula iri absoluta, in vnius ea florescente administratione principis confecta fuere cuncta. Et quidem tunc memorant, quum gloriantem pictorem Agatarchem, quòd citò & facilè pingeret imagines, audiuisset Zeuxis, dixisse, Ego verò longo tempore. Dexteritas enim in faciendo & accelerato non addit pondus operi durabile, neque absolutum decorem: tempus verò ad producendum labori con- D
iunctum, robur addit ad operis conseruationem. Quo magis opera admiranda sunt Periclis, quæ ad diuturnitatem modico perpetrata tempore fuêre. Elegantia enim singula iam tum erant antiqua, flore in hanc vsque diem recentia sunt & nouitia, ita tyrocinii quoddam elucet in eis, integram ab iniuria temporis speciem retinẽs, quasi habeant opera illa perpetuò virentem spiritum, & animam admixtam non emarcescentem. Quanuis autem haberent insignes architectos &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A artifices opera, omnium tamen dispensator & arbiter erat illi Phidias. Siquidem hecatompedon parthenona excitauit cum Ictino Callicrates: telesterion Eleusine cœpit Coræbus ædificare. Hic columnas in pauimento posuit & epistyliis iunxit. quo defuncto, Xypetius Metagenes septum & superiores columnas adiecit. Fastigio adyti fenestram addidit Cholargensis
291 Xenocles. Longum murum, de quo ædificando refert se Socrates audiuisse suadentem Periclem, Callie-
B ratides faciendum redemit. Mordet hoc opus Cratinus, quòd segniter absolueretur,

Iam pridem enim, inquit, *haud cessat murum ædificare*
Verbis, at re ipsa nihil præstat. (*Pericles*

Odeum (cuius habet interior descriptio multa sedilia multáisque columnas, tectum est autem subuexum & accliue, in vnum assurgens fastigium) imaginem ferunt esse & simulacrum tabernaculi regis. instituit & hoc quoque Pericles. Vnde Cratinus iterum in Thressis ludit in eum,

Schinocephalus iam præsto adest nunc Iupiter:
Odeon ast habet Pericles vertice,
C *Liber quia est ab exili formidine.*

Tunc primùm ingenti studio Pericles tulit vt certamen musicorum Panathenæis celebraretur, digessitque id ipse creatus athlothetes, quemadmodum certantes tibia vel voce vel cithara canerent. Spectarunt & eo tempore & deinceps in odeo musica certamina. Arcis absoluta propylæa intra quinquẽnium fuerunt, architécto Mnesicle. Mirifica verò fortuna, quæ in hac ædificatione accidit, significauit non inuita dea, sed propitia & secunda, perpetratam. Promptissimus e-
D nim & maximè sedulus artifex, quum offendisset, delapsus ex alto: est itáque fuit afflictus, vt haberetur à medicis pro deplorato. Inopi consilij Minerua in somnio se Pericli offerẽs, præscripsit medicinã, qua vsus ille hominem citò & facilè curauit. Quamobrem Salutaris Mineruæ signum æreum, in arce posuit iuxta arma, quam antè memorant ibi fuisse. Phidias signum Mineruæ aureum fecit, eiúsque opifex est in basi in-

scriptus. Omnia ferè hic ob Periclis necessitudinem A
curabat, artificibúsque (vt diximus) præerat omnibus:
id quod huic conuitia, illi conflauit inuidiam, quasi 292
ingenuas matronas, ad spectanda opera commeantes,
in gratiam Phidiæ Periclis reciperet. Eos rumores
excipientes comici, insolentem lasciuiam ei impegere,
ac Menippi vxorem amici atque in bello legati im-
properauere, Pyrilampésque autũ viuaria, cui, quum
familiaris Periclis esset, infligebatur, ipsum mulieribus
quibus consuescerent Pericles subiicere pauones. Et
quidem quis miretur, petulãti homines lingua, si ma-
ledicta in principes inuidiæ multitudinis, tanquam B
malo dæmonio, assiduè consecrauerint, quum Stesim-
brotus quoque Thasius, atroci scelere & fabuloso Pe-
riclem asperserit in filij cõiugem admisso? Tantæ mo-
lis est & difficultatis assequi ex historia veritatem,
quum posteriores, antequam cognoscant res, præue-
niantur tempore: æqualis rerũ gestarum & hominum
historia partim inuidia & odio, partim gratia & adu-
latione opprimat & peruertat veritatem. Porrò ora-
tores, qui Thucydidis erant æmulæ, Periclem pecu-
niam dilapidare, & vectigalia euertere criminabãtur. C
ibi pro concione, an multum impensum esset, requi-
siuit ex populo, Permultum verò, quum respondissent:
Ne ergo vobis, (inquit) sed mihi referatur expensum,
metúmque ipsius nomen his monumentis inscribam.
Sub hoc Periclis dictum, vel viri magnitudine animi
obstupescentes, vel de operum cum eo certantes glo-
ria, sublata voce, ex ærario impenderet erogarétque
nullo sumptus respectu, iussere. Postremò de decen-
nali exilio cum Thucydide contracto certamine, de- D
pugnans illum exterminauit, factionémque dissoluit
aduersam. Ac tunc demum, postquam sublata iam o-
mni contentione, ciuitatéque ad concordiam & con-
sensum reducta, planè sui iuris fecit Athenas, cũctáque 293
ab Athenien sibus dependẽtia, vectigalia, exercitus, cla-
sses, insulas, mare, ingentes tam per Græcos quàm per
barbaros expensas opes, imperiúmq; subditis nationi-
bus & amicitia regũ, & societatib' septũ dynastarum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A non fuit deinceps idem, neque perinde tractabilis populo, aut pronus ad concedendum & obsecundandum, sicut ventis, libidini plebis: sed ex laxa illa & communente quadam indulgentia, quasi florido & molli concentu, aristocraticum & regalem intendens reip. statum, præstans seipsum ad optima quæque rectum & inculpatum, suadendo atque docendo spontaneum fere duxit populum: interim vrgendo perquam inuitum, cogendóque applicauit ad id quod ex vsu erat. In quo imitabatur haud dubiè medicum, in morbo incôstanti & longinquo, suo tẽpore grata modicè, suo tempore acria & medicamenta adhibens ad salutem. Nam quum varii nimirum morbi in turba existerent, tam ingentis domina imperii, solus scitè nouerat tractare singula: ac maximè spe metúque, tanquam claues, maturè eorum reprimens ferociam, languorem relaxans leniénsque, ostendit artem dicendi (vt Plato ait) flexanimá esse, cuíusque præcipuũ esse munus, rationem tractandi, motus & perturbationes, quasi tenores & sonos quosdam animi, qui scitè tangẽdi & pulsandi sint.

C In causa fuit non vis nuda dicendi, verùm (vt tradit Thucydides) vitæ commendatio fidésque eius vndequaque abstinentissimi, & pecuniæ contemptoris. Qui quum vrbem, quam magnam acceperat, maximá reddidisset atque opulentissimam, potentia verò multos reges & tyrannos superaret, quorum aliqui etiam liberis dominatus suos testamento reliquerunt, nec vno nummo fortunas suas, quas pater ei reliquerat, reddidit ampliores. Et quidem potentiam eius lucidè commemorat Thucydides, & comici eam inuidiosè obiter ostendunt, qui nouos Pisistratidas eius necessarios vocant, ipsumque iubent, vt cuius sint immodicæ opes & intolerabiles liberæ ciuitati, tyrannidem sibi vsurpaturum abiurare. Teleclides permisisse ei refert Athenienses vrbium tributa, ipsásque adeo vrbes has ligare, illas soluere, muros lapideos nunc extruere, nunc eosdem demoliri, fœderá, opes, vires, pacem, opulentiam fortunásque omnes, neque id occasione adductos, nec vigore & gratia breui momento florescen-

294

tis administrationis, sed obtinuit quadraginta spatio A annorum inter Ephialtes, Leocrates, Myronides, Cimones, Tolmides, Thucydides principatum, qui oppresso & expulso Thucydide, non minus quindecim annos durauit. Hic autem quum continuum in annuis magistratibus imperium & arbitrium obtinuisset, animum tamen præstitit à pecunia inuictum, non negligens alioquin rei familiaris, imo paternas & iustas facultates, vt nec inertia dilaberentur, nec multùm interpellarent vel distinerent occupatum, certa ratione, quam censebat expeditissimam & exactissimam, dis- B pensauit. Quippe annuos fructus simul omnes distrahebat, inde necessaria quæque mercabatur ex foro, atque ita vitæ victúmque quotidianũ procurabat. Vnde parum iucundus filiis erat iam adultis, nec splendidè mulieres habebat, quæ ægrè ferebant quòd ita viueret in diem, & sumptus ita ad vnguem circuncideret. Vbi (vt par erat) ampla in domo & opibus affluentibus nihil efflueret, verum omnes impensæ, omnia emolumenta certo essent numero & modo constituta. Hujus tam exquisitis rationibus vnus seruus C moderabatur Euangelus, præclaræ supra cæteros in- 295
dole præditus, aut à Pericle ad domesticam institutus disciplinam. Cæterùm hæc abhorrebant omma ab Anaxagoræ sapientia. Nempe hic numinis afflatu & animi ductus celsitudine, domum deseruit, & agrum reliquit incultum vastatúmque. Atqui non eadem est, meo iudicio, philosophi rebus deditis perspiciendis, atque in rep. versantis vita. Ille enim in rebus honestis mentem exercet, nullius indigã instrumenti vel rerum exterarum; hic, qui ad vsum hominum accommodat D virtutem, nonnunquam etiam honestè, nedum necessariò vtatur diuitiis. quod fecit Pericles, qui multis subuenit pauperibus. Et verò etiam ipsum perhibent Anaxagoram, ætate decrepita neglectum, occupato Pericle, iacuisse, atque obuoluto capite vitam finire inedia statuisse. Periclem ea re ad se delata perculsum, aduolasse confestim ad illum, & enixè orasse, lamentatúsque non illum, sed seipsum, qui talem in rep. geren-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A da consiliarium amitteret. Ibi Anaxagoram aperto capite ei dixisse, Etiam ij quibus lucerna, Pericles, opus est, infundunt oleum. Quum verò Lacedæmonij iam cœpissent vrbis Atheniensis incremento inuidere, ad maiorem gloriam excitans populum Pericles, & ad ingentia conanda, rogationem fert vt omnium vndique Græcorum, siue Europam siue Asiam colerent, indiceretur cœcilium, vtque ciuitates, tam magnæ quàm exiguæ, mitterẽt Athenas legatos ad conuentum: acturos de fanis Græcorum quæ barbari insiamauerant, & de sacris, quorum ex votis, quæ diis fecerant, quum
B dimicarent cum barbaris, damnati essent: & de mari, quo tutò omnes nauigarent, & in otio degerent. Cum his mãdatis legati viginti missi, qui quinquagesimum annum excesserant. Ex his quinque, Ionas, Dores Asi-
296 anos & insulares, ad Lesbum & Rhodum vsq; conuocarunt: quinque ad colentes oram Hellesponti & Thraciæ Byzátium vsq; progressi sunt: ad hæc quinque in Bœotiam, Phocidem, & Peloponnesum: hinc per Locros, ad continentem proximam, in Acarnaniam vsque & Ambraciam missi: reliqui per Euboeam ad Œtæos,
C & sinum Maliacum, Phthiotas, Achæos, & Thessalos profecti. Suaserunt hi vt ad concilium coirent ad consultandum in medium de pace & rebus Græciæ nouatis. Verùm id vanum fuit, neque conuenerũt ciuitates, aduersantibus (vti fama est) Lacedæmoniis, probatúsque conatus irritus primùm in Peloponneso fuit. Hæc attexui quò spiritus & excelsum animum declararem Periclis. In expeditionibus suis ex securitate summã est laudem consequutus. Ne-
D que enim prælio, cuius valde dubia alea & periculum esset, decreuit libenter, neq; eos qui cœptis ex præceptis præclaros successus habuerant, & celebrabantur, vt claros duces duxit sequendos aut imitandos: semperque vox hæc eius audita ad ciues est, quatenus facere ipse posset, manseros ipsos in perpetuum immortales. Quum cerneret Tolmidem Tolmæi, ob superiores victorias & laudẽ ex rebus bello gestis insignem, suam incursionem alieno tempore moliri in Bœotiam,

atque induxisse fortissimos quosque ex iuuentute & A animosissimos, vt volũtarij ad mille, præter reliquum delectum, nomina darent, retinere tentauit eum, & pro concione orauit, illud tritum dictum referens, Si non crederet Pericli, at non erraturum tamen, si prudentissimum consiliarium, operiretur tempus. Atque in præsentia quidem laudem ex hoc dicto consequutus est mediocrem: paucis pòst diebus, quum cecidisse nuntiatum est Tolmidem ipsum apud Coroneam acie fusum, multósque & fortes ciues occubuisse, tunc verò magnam prudentiæ & amoris in ciues ex ea re cum benevolentia retulit laudem. Inter expeditiones eius B commendata in primis illa in Chersonesum fuit, quæ 297 Græcis illius incolis loci fuit in primis salutaris. Non solùm enim mille robore colonorum Atheniensium, quos eò vexit, confirmauit ciuitates, verùm etiam ceruicem amplexus propugnaculis & munitionibus ex vno mari in alterum, incursiones prohibuit circumfusorum Chersonesо Thracum, bellúmque perpetuum & graue exclusit, quo ea regio barbaris commixta accolis, & plena latrociniorum, tam finitimorum quàm C intestinorum semper erat infesta. Et verò etiam ex ea expeditione, qua centũ triremium classe ex Pegis Megaricæ soluens Peloponnesum circumuectus est, laudem nonénque retulit apud exteras nationes insigne. Neque enim maritima modò oppida, vt antè Tolmides, vastauit, sed & in continentem longè progressus nauali bus copiis, cæteros intra mœnia redegit, formidantes eius aduẽtum. Apud Nemeam verò excipientes ipsum Sicyonios & prælio decertantes fudit fugauitque, ac trophæum ibi excitauit. Ex Achaia, quæ fœ- D derata erat Atheniensibus, adscriptis in classem militibus, ad oppositam continentem delatus est: quúmque præterlegisset Acheloum, depopulatus est Acarnaniam, atque Œnead as intra muros compulit: quorum vastatis fœdatisque finibus, recepit se domum, quum terribilem hostibus se, cantum strenuimque ostẽdisset ciuibus. nulla enim offensio, ne fortuita quidem, oblata est militibus. Magna etiam & egregiè in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A structa classe petiuit Pontum. vbi cunctatibus Græcis, quæ postulassent, confecit, eâsque benignè habuit. Vicinis barbaris nationibus, earúmque regibus & dynastis, magnitudinem ostentauit virium populi Atheniensis, securitatémque & audaciam, quò vellet cunque, nauigantis, atque totius domini maris. Sinopen-
298 sibus naues cum Lamacho tredecim reliquit, & auxilium contra Timesilaum tyrannum. Quo cum amicis electo, tulit ad populum vt exercenti ciues Athenienses voluntarii mitterentur ad frequentandam Sinopen; &
B ad accipienda tecta, agrúmque, quem tenuerat antè factio tyranni. In reliquis non obsecundauit cupiditati ciuium, neque illorum impetu ablatus est, quum tantis viribus & secundis rebus clari Ægyptum gestirent de integro vendicare, & tẽtare oram maritimam regi parentem. Plerosque etiam Siciliæ infaustus & infelix tenebat æstus, quem postea, oratores ex Alcibiadis factione inflammauerunt. Aliqui Hetruriam & Carthaginem somniabant. Nec vana nitebantur spe propter imperii, quod obtinebant, molem & re-
C rum cursum secundarum. Cæterùm compressit hanc excursionem Pericles, & effrænatam rerum gerendarum præcidit auiditatem. Opes autem penè omnes conuertit ad tuenda & confirmanda ea quæ iam obtinebant, præclarè agi ratus, si reprimere Lacedæmonios valerent: his enim omnino erat infestus, quod cum aliis rebus multis, tum actis in bello sacro declarauit. Nam quum Lacedæmonii cum exercitu profecti Delphos restituissent ciuibus delubrum, quod re-
D tinebant Phocenses, confestim ab illorum discessu Pericles admoto exercitu reduxit eò Phocenses. Quum Lacedæmonii autem, quam eis Delphi dederant, in oraculis prærogatiuam insculpsissent in frontem æneî lupi, accepit ipse quoque Atheniensibus prærogatiuam, eámque in eiusdem lupi dextrum latus incidit. Rectè verò atque ordine Atheniensium eum copiis in Græcis detinuisse, quæ consequuta sunt, demõstrarunt. Siquidem primùm Euboei defecerunt, aduersus quos traiecit cum exercitu. Mox Megarenses ad ar-

ma nuntiatum est iuisse, & exercitum hostium, duce Lacedæmoniorum rege Plistonacte, fines Atticos in- A
festum. Itaque recepit se confestim ex Euboea ad bel- 299
lum domesticum, manum verò dubitauit cum multis & fortissimis militibus conserere lacessentibus. Sed quum videret Plistonactem admodum adolescentem esse, & consilio præcipuè vti Cleandridæ (quem custodem ephori & consultorem ei propter ætatem adiunxerant) solicitauit eum clàm, breuique delinitum muneribus induxit, ex Attica terra vt abduceret Peloponnesios. Exercitu reducto, & per oppida dilapso, offensi Lacedæmonii, regi mulctam pecuniariam dixerunt. B
cuius summæ quum soluendæ non esset, exilio solum vertit: Cleandridam, qui profugerat, rei capitalis damnauerunt. Pater hic fuit Gylippi, qui Athenienses in Sicilia contudit. Videtur autem morbus ei ex natura gentilitius auaritia fuisse, cuius impulsu hic quoque, fœdorum compertus facinorũ, eiectus Sparta est. Cæterùm hæc in rebus gestis sumus Lysandri persequuti. In rationes expeditionis huius sumptum decem talentorum retulit Pericles vtiliter expensum, quod popu- C
lus, nõ anxiè perscrutato vel excusso arcano, comprobauit. Sunt qui scriptum reliquerunt (inter quos est Theophrastus philosophus) dena talenta quotannis missitata à Pericle Spartam, quibus omnes qui in magistratu erant autorans, bellum amolitus est, haud redimens pacem, sed spatium quo præparatis per otium omnibus, bellum erat commodius gesturus. Mox cõuertit se in eos qui defecerant. Transmisit in Euboeã quinquaginta nauibus, & quinque millibus militum. Ibi oppida redegit in potestatem. Inter Chalcidenses, D
eos qui Hippobotæ appellabantur, opibus & autoritate primos expulit: Eftictses omnes exterminauit, eóque coloniam deduxit Atheniensium, hac vsus in eos 300
fœnitia, quòd illi naui quadã capta Attica, omnes qui in ea erãt cõtrucidassent. Exin pactis inter Athenienses & Lacedæmonios induciis in triginta annos, effecit vt populus expeditionem iuberet in Samios. Causam aduersus eos hanc prætendit, quòd bellum iussi cum Mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lesis dirimere,non obtemperarent. At quia ea quæ in Samios gessit in gratiam feciſſe Aſpaſiæ creditur,non ſit incongruum, hoc maximè loco, conſiderare, quæ ars,quæve vis in ea tanta fuerit, vt principes habuerit ciuitatis in poteſtate, & philoſophi præclaram celebrémque mentionem eius fecerint. Nam Mileto ortam fuiſſe,Axiochi filiam, in confeſſo eſt. Aiunt eam veſtigiis inſtitiſſe Thargeliæ cuiuſdam ex veteribus mulieribus Ionicis, & arrepſiſſe ad amicitiam eorum quorum ſummæ erant opes. Quippe Thargelia,quæ venuſta eſſet facie, cuique lepos cum acumine ineſſet,
B habuit cum plurimis Græcis conſuetudinem, omnésque quibus conſueuiſſet, conciliauit regi: quorum opera,virorum potentiſſimorum & primorum, ſparſit furtim in vrbibus Medorum ſectæ rudimenta. Ac Aſpaſiam aliqui, quòd prudens eſſet & tractandæ callèt reipub. cultam aiunt à Pericle. Et ipſe etiam frequentauit eam cum familiaribus Socrates, fœminásque ad audiendam eam duxerunt familiares: licet offenſam
C tractaret parum decoram & honeſtam,quæ puellas ad quæſtum corpore faciundum aleret. Æſchines Lyſiclem quoque refert,pecorum cauponem,qui conſuetudinem poſt obitum Pericles cum Aſpaſia habuit, ex homine natura inerti & abiecto, principem euaſiſſe Athenis. In Menexeno Platonis, quanuis principi non ſcriptum iocoſè ſit, tantum ineſt hiſtoriæ tamen, ſfœminam temuiſſe, ob dicendi artem multis vſam Athenienſibus mulierem. Atqui laſciuum fuiſſe amorem equidem citius dixerim in Aſpaſiam Pericli: ſiquidem
301 D vxorem habebat propinquam ſuam, quæ antè nupſerat Hipponico fuerat, & illi Calliam ediderat diuitem illum: genuit etiam in matrimonio Pericles, Xanthippum & Paralum. Id quum eſſet matrimonium vtrique odioſum, collocauit eam alteri non inuitam. Ipſe Aſpaſiam vxorem duxit,quam mirè dilexit,nam & quoties exiret,ſiue rediret à foro, ſalutabat ſemper eam oſculo. In comœdiis noua Omphale & Deianira, alia Iuno nominatur. Cratinus diſertè pellicem appellauit iſce verſibus,

Iunonem Aſpaſiam parit, A
Et impudicam & pellicem, inuerecundámque.

Nothum etiá genuiſſe ex ea opinio eſt, de quo in Demis Eupolis cum inducit ſic rogantem,

Equidá nothus ſupereſt mihi?

& Pyronidem reſpondentem,

Eſſet profectò vir dies vel ante plurimos,
Scorti niſi ſubtumuiſſet infortunium.

Adeo memorant autem celebrem Aſpaſiam & nobilem fuiſſe,vt, qui cum rege Perſarum de regno bellum B geſſit, Cyrus eam quam in pellicibus adamabat præcipuè vocauerit Aſpaſiam, cui fuerat antè Milto nomen. Ex Phocide orta filia fuit Hermotimi: occiſo in acie Cyro, deducta ad regem plurimùm potuit. Hæc mihi inter ſcribendum occurrerunt, quæ reticere & tranſire durum fortaſſis fuiſſet. Porrò bellum in Samios,Mileſiorum potiſſimùm gratia,queruntur precibus adductum Aſpaſiæ Periclem ſuaſiſſe, ſiquidem ciuitates hæ de Priene certabant armis. Victores autem Samii iubentibus arma deponere Athenienſibus,& apud ſe de controuerſia diſceptare, dicto non fuerunt audientes. Eò igitur cum claſſe profectus, paucorum C vim,qui dominabantur Sami, diſſoluit, obſides accepit quinquaginta ex primoribus, totidémque pueros, quos miſit Lemnum. Sunt autem qui tradant obſides omnes ſingula talenta in capita ei ad ſe redimendum obtuliſſe,multa inſuper eos qui à populari ditione abhorrebant. Ad hæc Piſſuthnes Perſa, Samio-
302 rum ſtudioſus, ad veniam his impetrãdam miſit ei decem millia aureorum: ex quibus ille tamen nihil accepit, D ſed rebus apud Samios pro arbitrio ſuo compoſitis,tranſlatáque ad populum ſumma poteſtate,Athenas retrò claſſe abiit. Mox illi rebellauerunt,quum opera Piſſuthnis obſides clàm profugiſſent, bellúmque ſumma ope pararunt. In quos iterum mouit Pericles. nec illi pacati fuerunt aut metu perculſi, ſed maximo animo inſtituerunt mare aſſerere. Atrox prælium nauale,apud inſulam quam Tragiam dicunt, fuit commiſſum, quo reportauit nobilem victoriam Pericles, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quatuor & quadraginta nauibus oppressit septuaginta, quarum erant armatæ viginti. Insequès victos occupauit portum, ac Samios obsedit: ne tum quidem fractos, sed eruptione pro muris prælium miscere planè ausos. Verùm altera superueniente ex Athenis maiore classe, quum Samii vndique clausi essent, classe nauium sexaginta in exterum pelagus nauigauit, hoc cõsilio (vt plerique autores sunt) quo nouo subsidio quod ex Phœnicia veniebat Samiis, occurreret, & quamremotissime dimicaret cum co, seu, vt Stesimbrotus, quo
B Cyprum peteret: quod non videtur consentaneum. Vtcunque fuerit eius deliberatio, videtur parum ei ex sententia ceessisse. Postquam enim profectus cum classe est, Melissus Ithagenis philosophiæ deditus, qui id temporis prætor erat Samiorum, contempta paucitate nauium aut ducum imperitia, incitauit ciues vt Athenienses adorirentur. Ita Samii, certamine commisso, fuderunt Athenienses, quorũ permultis captis, multis etiam depressis nauibus, libero potiti sunt mari, atque necessaria ad bellum, quibus antè deficiebantur, importarunt. A Melisso ipsum etiam (ait Aristo-
C teles) Periclem fuisse prius nauali prælio superatum.
303 Captiuorum Athenensium Samii reddita contumelia, frontem inscripserunt noctuæ: vt ipsorum frontem antè Athenienses Samænæ. Est Samæna nauis prora demissa, concaua autem magis & ventricosa, vt ad mare commodior & agilior sit. Nomen hoc obtinuit, quòd in Samo primò visa sit, à tyranno parata Polycrate. Ad hæc stigmata aiunt Aristophanem obscurè allusisse,

Samii pertæsi literæ quamplurimùm.

D At Pericles, nũtiata exercitus clade, tulit properè subsidium, ac Melisso acie fuso fugatóque, hostes confestim muro circumuallauit, sumptu & diuturnitate portus quàm vulneribus & periculis ciuium vincere & subiugare studens oppidum. Verùm quum moræ Athenienses pertæsos & pugnandi cupidos non facile esset reprimere, in octo partes distributis copiis sortẽ duxit, cui obuenisset alba faba, huic epulari feriisque

dum pugnarent reliqui, permittebat. Vnde albã diem, A quo quis genio indulsit, aiunt ab alba faba nominari. Addit Ephorus & machinis vsum Periclem, quum captus esset nouæ rei admiratione, & habuisse secum Artemona mechanicum: quem, quòd claudus esset, &, siquando necessitas eum vocaret ad opera, lectica deferretur, Periphoretum dictum. Id confutat Ponticus Heraclides versibus Anacreontis, in quibus Artemonis Periphoreti multis ante bellum Samium & has res gestas ætatibus mentio fit. Hic Artemona refert fuisse mollem hominem, meticulosum & pauidũ, do- B mi ferè residem, supra cuius caput, nequid decideret super nè, duo serui clypeum æneum tenerent. Quum necesse haberet exire, circumferri solitum in lectulo pensili bumi penè: hunc mancupatum Periphoretum. No- 304 no mense Samii fecerant deditionem: quorum muros Pericles diruit, naues ademit, atque ingenti summa pecuniæ eos mulctauit, cuius partem repræsentauerunt Samii, reliquam pacti certa die soluere, obsides dederunt. Exaggerat hæc Duris Samius, magnámque arrogantiam in Athenienses & Periclem cõfert, de qua ni- C hil meminit nec Thucydides, nec Ephorus, nec Aristoteles. Sed mẽtiri illum reor, trierarchos classiariósque Samios in forum Milesiorum cum produxisse, & asseribus decem dies alligasse, demum semianimis iã iussisse fustibus cõcidi capita, atque ita eos interfici: inde insepulta proiici cadauera. Verùm enimuero videtur Duris, qui, vel vbi nullo primato rapitur affectu, veritatis in historia solitus est limites trãsire, quo inuidiam Athenensibus conflaret, atrocius patriæ miten disse calamitates. Subacta Samo, vt regressus Athenas Pericles est, exequias fecit splendidè eorum qui in bel D lo occubuerant, orationémque funebrem de more habuit luculentam. De suggestu descendentem cæteræ fœminæ complexæ sunt, coronisque & vittis, vt athletam, victorem ornarunt. Elpenice verò propius accedẽs, Præclara verò res, inquit, Pericles, & digna coronis, qui dum bellum facis non Phœnicibus aut Medis, sicut meus fecit frater Cimon, sed sociam & cognatam

A vrbem exscindis, multos nobis & fortes ciues amisisti. Sic fata Elpenice subrisit Pericles, & submisse hoc ei respondit Archilochi,

Quando amissa es, Sungi minus tibi conuenit.

Deuictis Samiis, mire scribit supráque modum eum Ion animum sustulisse, quòd, quum barbaram vrbem Agamemnon decem annis, mẽsibus nouem ipse principes Ionum & opulentissimos subiugasset. Neque ista iuuria gloriatus est, imò tam anceps sors & discrimen tam ingens fuit huiusce belli, vt, quod tradit Thucydides (si modò id verum sit) Samiorũ ciuitas penè imperio maris exuerit Athenienses. Secundum hæc, quum æstuaret tam bellum Peloponnesiacum, Corcyræis, quos persequebantur Corinthii bello, autor populo fuit vt mitteret suppetias, & ciuitatem mari pollentem adiungeret sibi, quòd Peloponnesii bellum in ipsos moturi propediem essent. Vt populus auxilium iussit ferri, Lacedæmonium misit eò Cimonis filium, cui in contumeliam tantùm decem naues attribuit. Siquidem magna intercedebat Cimonis familiæ cum Lacedæmoniis necessitudo & amicitia. Quo igitur maiorem ex gratia Lacedæmoniorum traheret Lacedæmonius inuidiam, si nihil insigne aut memorabile gestum esset ductu suo, exiguum numerum ei nauium dedit, extrusitque inuitum, omnibusque modis filiorum Cimonis incremento offecit, quasi ne nominibus quidem indigenarum, sed peregrinorum & hospitum: quòd vni Lacedæmonio, alteri Thessalo, filio tertio esset nomen, omnes autem vulgo ferrentur ex muliere progeniti Arcadica. Ergo quum esset ob decem has naues infamis Pericles, quòd exiguum auxilium indigentibus, magnam autem ansam præbuisset lacerandi sui inuidis, alias inde plures Coreyram misit, quę pugnam venere. Infensis Corinthiis, & Athenienses Lacedæmone criminantibus, associauere se Megarenses, incessentes præter ius gentium, & iusiurandum inter Græcos datum, omnibus emporiis, omnibus portubus, quos obtinerent Athenienses, prohiberi & arceri: Æginetæ, quorum miserabilis conditio & affli-

cta videbatur, quia accusare propalàm non audebant Athenienses, clàm apud Lacedæmonios quiritabantur. Dum hæc aguntur, Potidæa (quod oppidum formulæ erat Athenienſium, sed colonia Corinthiorum) quia desciuerat, circumsidebatur. Quæ res bellum maturauit magis. Veruntamen, quum mitterentur Athenas legati, & studeret rex Lacedæmoniorum pleraque crimina Archidamus pacare, sociósque mulceret, verisimile est non fuisse eos Atheniensibus illaturos cæteras ob causas arma, si adduci, vt plebiscitum Megaricum circunducerent, pacémque componerent cum illis, potuissent. Cui, quia præcipuè intercessit Pericles, & populo inflammato præfractè oppugnauit Megarenses, solus autor habitus est belli. De his ferunt legatos venisse à Lacedæmoniis Athenas, & quum legem Pericles cerram obtenderet, quæ tabulam interdiceret in quam plebiscitum esset relatum reuellere, dixisse vnum ex legatis Polyarcem, Tu verò ne reuulseris, sed conuerte tabulam intrò, quum non sit hoc quæ impediat lex vlla. Hoc dictum quanuis facetum videretur, nihilo fuit remissior tamen Pericles. Et sanè persequebatur priuato quodam odio (vti reor) Pericles Megarẽses: prætendens autem publicam & manifestam aduersus eos noxam, interuertisse eos agrum sacrum, scribit plebiscitum, vt caduceator ad eos mittatur, atque idem ad Lacedæmonios, qui Megarenses in crimen vocet. At ea rogatio Periclis æquam continet & lenem querelam: verùm quoniam caduceatori, qui missus fuerat, Anthemocrito quæsita mors dicebatur à Megarensibus, bellum iis ex Charini rogatione internecinum & implacabile indicitur. Siquis attingeret Megarensis finem Atticum, mors ei denuntiaretur. Prætores in solenni iureiurando adderent: vt bis quotannis agrum Megarensem popularẽtur, tumularetur Anthemocritus iuxta portam Thriasiam, quam nũc Dipylon nuncupant. Megarenses verò cædem inficiantes Anthemocriti, causam omnem in Aspasiam detorquent & Periclem, allegántque celebratos & vulgatos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hoſce verſus Ariſtophanis ex Acharnibus,

Iuuenes profecti Megaram e Ioui, auferunt
Simetham ex ſcortatione nobilem:
Megarenſis hinc populus dolore percitus,
Furatus Aſpaſiæ duo ſcorta hauſi impiger.

Ac origo quidē belli, vnde manarit, haud procliue eſt noſſe. Plebiſciti verò illius nō antiquati, iuxta omnes cauſam conferunt in Periclē. Verūm hi ex animi cō-ſtitudine ferunt coniuncta cum prudentia eum reſti-tiſſe, quum arbitraretur eo præcepto tentari an ceſſu-ri ipſis Athenienſes eſſent, & debilitatis eſſe conceſſio-

B nem confeſſionem: alii peruicacia potius & concerta-tione, ad oſtentandam potentiam ſuam, deſpexiſſe La-cedæmonios. Deterrima cauſa omnium (cui tamen ab-ſentiuntur plerique omnes) hæc perhibetur eſſe. Phi-dias plaſtes, ſignum (vt dictum eſt) Mineruæ cōduxe-rat faciendum. Familiaritate hic Pericles vſus eſt, pla-rimúmque apud eum potuit: quare inuidiam contra-xit, ac nonnullos habuit eius cauſa infeſtos. Alii, quo periculum in illo facerent qui populus in Periclem fu-turus iudex eſſet, Menonem quendam, cuius opera pu-tebatur Phidias, conſtituunt in foro ſupplicem, petē-

C tem fidem publicam dari ſibi; indicaturum ſe & dela-turum certa de Phidia. Quum populus illum admiſ-ſet, & quæſtio in foro haberetur, nulla prolata fuerūt. Aurū enim ſic à principio fuerat Pericli cō-ſilio ſimulacro illigatum & circunie ctum, vt detrahi vniuerſum & approbari valeret ad ſtateram: quod ſi facerent, prouocauit tunc Pericles accuſatores. Enim-uero premebat excellentia operum Phidiam, præcipuè quòd in pugna Amazonica, quem finxit in clypeo Mi-neruæ, effigiem ſuam expreſſiſſet, calui ſenis faciem

D ambabus manibus ſublatum tenentis, præclaram itē-inclusiſſet Pericli imaginem, manus cum Amazonis

308 conſerentis. Figura manus qua attollit haſtam, ita e-rat fabrefacta, vt prætenſa oculis Pericli, quaſi re-conetur vtrinque elucentem ſimilitudine m. Ac Phi-dias quidem in vincula ductus, morbo interiit. Alii veneno volunt ab inimicis, ad inuidiā Pericli mo-dam

dam, ſublatū. Indici Menoni, ferente ad populum Gly-A cone, immunitas data, commendauit inſuper prætori-bus ſecuritatem illius populus. Eadem tempeſtate A-ſpaſiæ violatæ religionis eſt rea facta, accuſatore co-mœdiarum ſcriptore Hermippo: obiecit præterea eam liberas feminas, quibus illudebat Pericles, recipere. Ad hæc rogationem tulit Diopithes, nomina vt defer-rentur eorum qui eſſe deos negarent, aut qui ſermo-nes de rebus æthereis ſererent, ea ſuſpicione perſtrin-gens Anaxagoræ cauſa Periclem. Quum præberet his aures populus, quæſtionéſque reciperet, tum demum B plebiſcitum ſit rogante Dracontide, vt rationes expen-ſæ pecuniæ Pericles apud Prytanas deponeret, iudicéſ-que ſententiam ex ara ferrent, atque in vrbe hanc co-gnitionē exercerent. Agnon hoc ex rogatione circun-duxit. Tulit autem, vt cauſa apud mille quingentos iu-dices ageretur, ſiue peculatus & repetundarum, ſiue iniuriæ vellet quis crimen appellare. Ac Aſpaſiam qui-dem eripuit Pericles precibus, pro qua vim lacryma-rum in cauſa dicenda (vt ſcribit Æſchines) profudit, C obſecrauitque iudices: Anaxagoram trepidans ablega-uit, atque ex vrbe deduxit. Quum verò Phidiæ cauſa offendiſſet populum, ideóque horreret iudicia, cūctan-ti & fumare incipienti ſubdidit faces bello, ſperans fo-re vt crimina diſcuteret, & leniret inuidiam, quum ar-duis in negotiis & diſcriminibus eſſet ad ipſum vſum propter autoritatem & opes ipſius ſe ciuitas collatura. Hæ eſſe cauſæ referuntur quamobrem non permiſerit 309 Lacedæmonis populum morem gerere, veritas in ob-ſcuro latet. At Lacedæmonii, pro certo habētes vnde-quaque remiſſiores ſe oppreſſo Pericle præbituros A-D thenienſes, ſuſtulerunt eis piaculum eiicere, quo erat (vt tradit Thucydides) ex genere materno contactus Pe-ricles. Verūm cœptum iis qui miſerant longè aliter cecidit. Quippe pro ſuſpicione & inuidia fidem & exi-ſtimationem Pericles ad populum multo accepit ma-iorem, hoſtem quum cernerent eum præcipuē & o-diſſe & metuere. Itaque antequam Atticam incurſa-ret cum Peloponneſiis Archidamus, denuntiauit Athe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nicensibus, si deuastatis cæteris, à suis prædiis Archidamus vim abstineret propter ius hospitij quod cum illo intercedebat sibi, aut quo maleuolis suis ansam eximendi præberet, agrum se & villas reipub. donare. Magnis igitur copijs Lacedæmonij cum sociis Atticam, regę duce Archidamo, ineunt, fœdandóque fines Acharnas vsque progressi sunt. Vbi castra communiere, rati non passuros id Athenienses, sed pro solo & gloria secum decertaturos. At Pericles anceps duxit cum sexaginta millibus Peloponnesiorum & Bœotiorum peditum (hic enim numerus fuit copiarum quæ primùm infuderunt se in Atticam) de ipsa dimicare vrbe. Eos qui pugnam poscebant, & angebantur vastatione agrorum, demulsit, dicens arbores cæsas & detectas mox renasci, virorum cæsorum iterum non promptam fore facultatem. Populi concionem non habuit, veritus ne inuitum de instituto depelleret suo: sed vt gubernator nauis, coorta in mari tempestate, vbi prospexit omnibus, & armamenta composuit, vtitur arte, lacrymas & obtestationes negligens nauseantium & trepidantium vectorum: ita ille obseratis portis, omnia firmauit præsidiis ad securitatem, suáque sequens consilia, contempsit obstrepentes & stomachantes, quamuis multi eum amici obtunderent precibus, multi minitarętur aduersarij insectarentúrque, multi carmina cancrent & dicteria probrosa, conuitiisque incesserent eius imperium vt molle & prodens hostibus rempub. Et verò etiam Cleon, incensum conspiciēs in illum ciuitatem, mordebat eum, auram popularem captans, ad quod hisce versibus declarauit Hermippus,

Cur ferre Satyrum rex recusat hastulam,
Mira interim loquens tamen de proelio?
Attondasti animum Veletu territum,
Ensisque tu stricto atque acuto aciem extimes,
Te punxerit liter Cleon stimulo acri?

Verùm istorum mouit Periclem nihil: sed comiter & tacite tulit ignominiam & inuidiam. Classem centum nauium misit in Peloponnesum. hanc tamen ille non

duxit, sed continuit domi se, vt ciuitatem in potestate retineret dum se recepissent Peloponnesij. Quo plebem placaret tamen ob bellum frementem, largitionibus eam lenuit, & leges tulit de coloniis deducendis. Æginetas enim omnes eiecit, quorum insulam diuisit sortitò ciuibus Atheniensibus. Aliqua etiam ex parte hostium calamitates leuabant dolorem eorum. Classe enim Peloponnesum circumuecti, latè vastarunt agrum, & vicos & modica oppida. Ipse, terrestri exercitu in fines Megaricos ducto, eos vndequaque conculcauit. Et profectò multis vltrò citróque, hinc illatis cladibus terra, illinc mari acceptis, in tam longum Peloponnesij non duxissent bellum, sed mox elanguissent, sicut à primordio prædixerat Pericles, ni vis quædam consiliis humanis diuina obstitisset. Nunc pestilens lues primùm inuasit vrbem, & florem depasta est & robur iuuentutis: inde corporum contractus affectus, animos omnino in Periclem efferauit. Vt autem morbo qui insaniunt in medicum vel patrem, ita violare hūc instituerunt ab inimicis inducti, agrestem turbam, quæ in vrbem confluxerat, morbum vulgare, quòd tēpore æstiuo multi vnà nullo discrimine, angustis in tectis & tabernaculis coacti æstuosis, in vmbra & otio marcescerēt, quum ante in aere libero & laxo consuessent agere: cuius esse autorem, qui bello plebē intra muros rusticanam contraxisset, neque vllam ad rem tam multos viros adhiberet, sed sineret inclusos, veluti pecora, mutua obrui cōtagione, nec loci commutationem vel refrigerium præberet vllum. His vt mederetur, simulque flagellaret ex parte hostes, naues instructas centum quinquaginta compleuit, multisque impositis & egregiis peditibus equitibúsque, soluturus in magnam spem exiit ciues, atque ostentando tantas copias, trepidationem iniecit non minorem hostibus. Ecce autē quum iam omnes conscendissent, & Pericles se in suam triremem contulisset, fortè defecit sol: quúmque obducta nox cælo esset, terror, vt prodigio oblato magno, incessit omnes. Gubernatorē verò Periclen trepidū & stupentē cernēs,

A chlamydem obiecit oculis eius, interrogauitque interrogauit numquid horrendi id esset, aut portenderet grauius? Abnuente eo, Quid autem, inquit, inter hoc & illud interest, nisi quatenus illud quod caliginem inuexit, chlamyde est grandius? Cæterùm hæc in philosophorũ scholis referuntur. Postquam vela fecit, cum in hac expeditione nihil sanè eo apparatu Pericles dignum gessit, tum obsidentem sacrum Epidaurũ, quam
312 capi sperabat posse, morbus distinuit. Hic enim non ipsos solùm, sed quoscunque etiã huius participes expeditionis affecit afflixitque. Commotũ inde in se po
B pulum Atheniensem quum demitigare studeret & erigere, non potuit iram eius prius frangere tamen neque placare, quàm in suffragia aduersus ipsum missi, pro arbitrio suo imperium ei abrogarũt, mulctámque dixerunt: cuius summam, qui minimam, quindecim talenta, qui quaginta, qui maximam, scribunt. Hoc iudicio accusatorẽ se professus est, vt tradit Idomeneus, Cleon, vt Theophrastus, Simmias: Pôticus Heraclides
C Lacratidam ferri. Cæterùm publica quidẽ, quia iram in eum plebs, vt aculeũ, vnà cum ictu depoſuerat, breui erant quieturae: res verò domestica eius exulcerata erat. Absumpserat enim nõ paucos eius familiares pestilentia, & domesticos turbauerat iampridem alienatio ab eo. Siquidem maximus iustæ stirpis Xanthippus filius, cum sua sponte erat prauus, tum vxorem iuuenem sumptuosámque duxerat, filiam Isandri filii Epilyci. Hunc patris offendit frugalitas, in suppeditãda minutatim pecunia restrictioris. Misit itaque ad amicum
D quendam, à quo patris nomine nummos accepit mutuo, quem, pòst quum repeteret suum, etiam in iudicium Pericles vocauit. Adolescẽs eó facto offensus Xanthippus, insectatus est parẽtem. Primùm ad ludibrium extulit domestica eius oblectamẽta & sermones quos habebat cum sophistis. Nam quũ quinquertio equum Epitimus Pharsalius ictu iaculi interemisset imprudẽs, totum diem cum Protagora patrem triuisse quærendo, iaculúmne an qui misisset, an verò agonotheta veriùs autores habendi eius casus essent. Infamiam

etiam à sua ipsius vxore Stesimbrotus per Xanthip- A
pum memoriæ prodidit vulgatam, atque omnino 313
simultate adolescentem ad mortem vsque atroci patrem persequutum fuisse. in pestilentia enim Xanthippum sustulit morbus. Eadem tempestate Pericles sororem amisit, præterea propinquos & amicos plerosque, quorum in rep. opera fuerat potissimùm vsus. Non elanguit tamen, neque submisit malis spiritus & animi magnitudinem, nec illacrymauit, neque iusta fecit, imò ne accessit quidem ad cuiusquam funus necessariorum, dum eũ qui vnus reliquus erat ex iustis fi- B
liis amisit Paralũ. Tunc verò fractus, quanuis tenderet grauitatem tueri, & retinere animi celsitudinem, quum coronam tamẽ ingereret mortuo, oppressus est quũ aspiceret eũ dolore, vt (quod reliqua in vita nunquam fecerat) erumperet in eiulatum, & magnam vim profunderet lacrymarum. Porrò ciuitatẽ, quæ per bellum periclitata erat cæteros duces & oratores, vbi neminem vllũ perspexit pari grauitate & autoritate quæ tanto esset imperio sustinendo, desiderium cepit Pericłis, inuitauitque eum ad suggestum & imperiũ susci- C
piendum. At illum, domi abiecto animo ex luctu tabescentem, Alcibiades & reliqui amici ad progrediẽdum excitauerunt. Ibi populo suam aduersus eum ingratitudinem purgante, suscepit rursus rempub. ac lectus prætor, ne orbitate nomẽ familiæ suæ & progenies semel interiret, legem de nothis, quam ipse tulerat antè, suasit antiquandam. Quod autem ad legem hanc pertinet, sic se habuit: Quum in repub. pridem floreret Pericles sucecinctus (vt diximus) legitimis filiis, legem rogauit vt soli ex duobus nati Athenienſibus ciues D
essent Athenienses. Quum autem rex Ægypti dono misisset populo x l millia medimnũm tritici, & id diuidendum ciuibus esset, nothis controuersiæ ex eo 314
plebiscito mulctæ, quæ hactenus fuerant tectæ atque neglectæ, motæ sunt, multi etiam calumniis circumuenti. Conuicti fuere paulo minus quinque millia, qui venditi sunt: eos qui ciuitatem retinuerunt, ac censiti inter ciues Athenienses sunt, inuenerũt quatuordecim

Universidad de Deusto
Biblioteca

A millia quadraginta numero. Quum esset igitur res indigna, vt quæ contra tam multos vim habuerat, ab eodem lex qui tulerat eam, rursus abrogaretur: præsens Periclis clades domestica (vt qui pœnam luisse iam fastus & arrogantiæ illius suæ videretur) insecuit populum Athenienſem, putauitque eum, deorum oppressum inuidia, esse humanitate allcuandum. quare indulsit ei vt in curia sua nothus conseretur nomine paterno. Hunc pòst, quum apud Arginusas Peloponnesios prælio nauali prætor fudisset, vnà cum collegis
B populus morte mulctauit. Per id tempus videtur corripuisse pestis Periclem, non perinde vt cæteros acris nec acuta, sed quæ lento morbo diuturnóque & sæpius alternante corpus eius sensim conficeret, & vim obtunderet mẽtis. Scriptum reliquit in Ethicis Theophrastus, vbi disputat an mutentur cum fortuna mores, & corporis agitati affectibus desciscant à virtute, ægrum Periclem amico cuipiam, qui ipsum inuisebat, amuletum ostendisse à mulieribus ex collo suo
C suspensum, quasi, quum eas etiam toleraret ineptias, grauiter admodum ægrotaret. Instante iam morte, assidentes præstantissimi ciues & amici eius, qui superarant, commemorabant quantis enituisset virtutibus & opibus, res gestas etiam recensebant, & numerum victoriarum: nouem enim trophæa ciuitati prætor & victor excitauerat. Hæc illi inter se, quasi illo non iam intelligente & omni orbato sensu, disserebant. At ille omnia attentè audierat, & in medium loquutus, Miror (inquit) hæc vos celebrare & in ore habere facta mea, quorum partem fortuna vendicat,
D & quæ multis iam obtigerunt ducibus, præteritis autem excellentissimum & maximum: nemo enim (in-
315 quit) ex omnibus ciuibus mea opera pullam vestem sumpsit. Præclarum virum non lenitate modò & mansuetudine, quam multis in negotiis & inimicitiis retinuit acerbis, sed grauitate etiam, qui in virtutibus suis præstantissimum existimauit quòd in tanta potentia nihil inuidiæ aut iræ indulsisset, aut vlli implacabilis inimico fuisset. Mihi quidem videtur insolentis & fastuosi cognominis, quòd Olympius appellaretur, vnum hoc tollere inuidiã; & proprie id ei verè conciliare placidi mores, & vita in summa potestate innocens & incruenta. Sicut dignam arbitramur deorum gentem, quæ per se est propitia & nullius autor mali, vt rebus præsit & moderetur, non, vt poetæ inepti nos opinionibus pereclitantes, suis ipsi arguunt fabulis, dum locum quem incolere deos aiunt, securas sedes vocant & tranquillas, non ventis, non imbribus obnoxias, sed serenitate molli & pura, perpetuò æquè circumfulgentes luce, quòd ea beatis & B immortalibus maximè cóueniat statio: ipsos verò deos dissentionum, offensionum, iræ atque aliarum plenos perturbationum, abhorrentiũ etiã ab hominibus cordatis introducant. verùm hæc alterius fortasse commentationis sint. Porrò Periclis citò Athenienſibus sensum & desiderium negotia præbuêre. Quippe qui vim offendebantur, quasi luminibus ipsorum officiente potentia, ilicò eo sublato, quum alios libarent oratores & duces multitudinis, palàm tulerunt moderatius in seueritate, vel grauius in mansuetudine nul- C lum visum ingenium atque inuidiosim illam potentiam, quæ regnum antè & tyrannis fuit appellata, tunc salutarem reip. apparuit arcé fuisse. Tanta tabes & vorago exitit in rep. improbitatis, quam ille debilitatam & prostratam tegebat, opprimebátque, ne licentia in insanabilem erumperet pestem.

PLVTARCHI

FABIVS MAXIMVS. D

PERICLIS memoratu digna facta, 316
quæ quidem ad nostram notitiam peruenere, ea sunt, nunc ad Fabij vitam describendam transeamus. Ex nympha memorant, alij ex muliere indigena, quæ cũ Hercule iuxta Tyberim amnẽ concubuerat, Fabium natum, virum qui numerosam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Romæ & claram propagauit gentem Fabiorum. Alij principes huius familiæ, quia foſſis feras capiebant, Fodios tradunt olim vocatos, qui deinde, duabus tempore commutatis literis, appellati Fabii ſint. Multos hæc domus præſtantes viros dedit. A Rutiliano autem, qui ex claritate Maximi cognomen inuenit, Fabius Maximus, de quo hic agimus, fuit quartus. Ei nota corporis cognomen Verrucoſo dedit, quòd verruca parua ei ex ſummo extuberauiſſet labio. Ouicula puer etiamnum dictus eſt, ex manſuetis & grauibus moribus. Quippe ſedatum ingenium eius & ta-
B citurnitas, magnâque in fruendis puerilibus oblectamentis cautio, tarditas ac labor in percipiendis literis, facilitas & obſequium aduerſus ſodales, ſtultitiæ opinionem ei apud ignotos & ignauiæ præbuit. Stabilem verò altámque eius indolem, & animi magnitudinem atque celſitudinem, pauci fuêre qui perſpicerent. At breui inde cum ætate republica gerenda excitatus, quam ſecuritatem alii rebantur, immotum oſtendit cuilibet animum eſſe, cautionem prudentiam,
C tarditatem & cunctationem conſtantiam & firmitu-
317 dinem animi. Qui quum videret, hinc reipub. molem, hinc bellorum frequentiam, corpus ad bella, vt arma ſubegit à natura data: orationem autem pro inſtrumento ad ducendum populum, quam præclarè ad vitæ compoſuit tenorem, alienam ab omni fuco & vana popularique iactatione, plenam autem ſolidæ prudentiæ cum ſingulari præſtantíque lumine & grauitate ſententiarum, quas cum Thucydidis ſententiis imprimis componunt. Extat oratio funebris eius, quam
D publicè in laudem filii habuit, qui obiit poſt conſulatum. Ex quinque conſulatibus quos geſſit, in primo triumphauit de Liguribus: qui ſignis collatis ab eo fuſi, intra Alpes ſunt multis amiſſis coacti, repreſſique à populanda & vexanda proxima Italiæ ora. Vt verò cum exercitu Annibal in Italiam irrupit, victórque primùm ad Trebiam flumen per Hetruriam populabundus agmen duxit, ſtupórque Romanos ingens & terror inceſſit, prodigia autem partim ſolita

Romanis fulgura, partim noua fœdáque admodũ ſunt A
nuntiata, (ſcuta enim ſanguinem ſua ſponte ferebant ſudaſſe, cruentas Antii ſpicas demeſſas, lapides ignitos ardẽtéſque cælo cecidiſſe, quum cælum ſupra Falerios fiſſum videretur, decidiſſe paſſimque diſiectas fuiſſe frequentes ſortes, in vna ſcriptũ ad verbũ apparuiſſe, MAVORS ARMA SVA CONCVTIT) nihil his cõſul commotus C. Flaminius eſt, vir, cui ſua ſponte feroci feruidóque ſecundæ res, quas antè præter expectationem inſignes geſſerat, quum, inhibente ſenatu & col- B
lega reluctante, acie Gallos fudit fugauitque, animos fecerant. Fabium verò, portenta, quum pleroſque moueren t (quia credebat temeraria) minus terrebant. Sed quum hoſtes intelligeret & paucos eſſe, & difficultate laborare ſtipendii, cunctandum cenſuit Romanis, nec 318
pugnandum cum homine qui exercitum haberet multis ad id ipſum duratum præliis, cæterùm ſubmittẽda ſociis auxilia, oppidáque in poteſtate tenẽda, dum vigor ille per ſe Annibalis, ſicut flamma exigua & leui excitata vi, mareeſceret. Non flexit Flaminium tamen. Enimuero ille non permiſſurum ſe dicebat, vrbi bel- C
lum vt admoueretur, neque, vt olim Camillus, vt intra mœnia de ea dimicaret. Itaque legiones educere tribunis iubet. In equum verò inſilientem equus nulla certa de cauſa repentè tremens perculſúſque lapſum ſuper caput effudit. Neque eum hæc res auertit tamen à propoſito. Quare vt initio occurrere ſtatuerat Annibali, ad lacum Hetruriæ, quem Traſimenum vocãt, aciem inſtruxit. Interea dum manus conſerunt milites, terræmotus multa oppida proſtrauit, auertítque curſu ſuo amnes. Dorſa montium ingenti lapſu pro- D
uuit: hanc tamen nemo præliantium tantam vim ſentit. Ipſe animoſiſſimè ac fortiſſimè dimicans cecidit Flaminius, & circa eum optimi quique. Reliquis in fugam conuerſis, ingens edita ſtrages, quindecim millia cæſa, alterum tantum captum. Flaminii corpus, vt funeraret id decorarétque virtutis cauſa, magna cum cura inter cadauera Annibal inquiſitum non inuenit, neque conſtitit quid eo eſſet factum. Aduerſam pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gnam ad Trebiam, nec dux aperte scripsit, nec reculit
nuntius, sed ancipiti ambiguoque diremptam mentitus est Marte. Ad huius primum nuntium cladis præ-
319 tor Pomponius, vocato ad concionem populo, aperte sine ambagibus aut circuitione, Pugna, inquit, Quirites magna victi sumus, exercitus deletus est, consul cecidit Flaminius, vos de vestra salute & incolumitate deliberate. His, sicut vento, in tantam multitudinem instar maris iactatis, ita perculit ciuitatem vt præ terrore consistere animi, & in gradu permanere nequirent.
B Conueniunt igitur in vnam sententiam, libero & soluto repub. opus esse imperio, quod vocant Dictaturam, & viro qui seuere eam & intrepide administret. Fabium eum esse, qui pares maiestati imperii eius animos grauitatemque habeat morũ, & id sit ætatis, qua mentis consiliis adhuc viuidæ corporis vires respondeant, & attemperatus ad prudentiam feruor sit. Vbi ea sententia placuit, dicitur Fabius dictator, qui, magistro equitũ M. Minutio dicto, primùm à senatu postulat vt sibi in bello vti equo liceat, quod fas non erat, sed lege quadã vetere interdixerant, vel quòd ma-
C ximum robur ponerent in pedite, & ob id duci censerent in acie apud eum permanendum, neque deserendum hunc, vel quia nimia alioqui & ingens eius imperii potestas foret, quòd hac re certè vellent vt populi esse indigens videretur. At Fabius ipse, vt dicò imperii sui populo vim speciémque ostentaret, quo magis obsequentibus vteretur, & dicto audientibus ciuibus, processit cum viginti quatuor fascibus. Quum autem alter consul ad ipsum progrederetur, misso apparitore dimittere iussit ei lictores, & insignibus depositis imperii, priuati more sibi occurrere. Mox rite à
D 320 diis immortalibus orsus, quum doceret populum negligentia & contemptu ceremoniarum à consule peccatum esse, non ignauia militum, admonuit vt ne hostes timerent, at deos placarent colerentque: non ille quidem quo superstitione animos implicaret, imò vt virtutem confirmaret pietate & spe diuinæ opis formidinem eximeret, & eleuaret hostilem. Eodem tem-

pore multos arcanos & vtiles ipsis libros consuluit, A
quos Sibyllinos appellant. Perlibent sortes nonnullas iis libris proditas, illius tempestatis fuisse casibus & gestis consonas. Quod cognitum fuerat ex illis libris, fari ad alios nefas erat. Itaque conuocato dictator populi concilio, vouit diis immortalibus, quod eo anno ver attulisset ex caprino, suillo, ouillo, bouillo grege, intra fines Italiæ, campos, flumina, prata natum, id omne se immolaturum. Simul ludi magni voti ccccxxxiiii millibus nummũm, & ccccxxxiii denariis triente. Hæc summa quadratcum ixxxviii B
millibus, dclxxxiii drachmis, & duobus obolis. Rationem huius summæ ita præcise definitæ & distributæ haud facilè sit inire, nisi ternarii numeri celebrare vim velis, quòd per se perfectus, & imparium sit primus, principiúmque multitudinis, primas intra se differentias, & coniugis numeri elementa simul confusa, copulatáque complectatur. Postquam igitur animos vulgi Fabius religione impletos, ad meliorem spem in futurum erexit, omnem victoriæ spem in se reponens, quòd secundas res dii tribuere virtuti & C
prudentiæ soleant, ad Annibalem conuertit se; certus non dimicare, sed temporis spatio vigorem eius, pecunia inopiam, paucitatem copia militum attriturus & accisurus. Itaque vt ab equitatu hostium tutus es-
321 set, semper locis montosis & altis castra munit, vnde hosti immineret, quietus, si castris ille se contineret, sin moueret, summis montibus circumuolans vndique, & ex tanto adhærens interuallo, ne pugnare inuitus cogeretur, & tamen terrorem hostibus ita cunctando tanquam pugnaturus præberet. Ita tempore extrahendo omnibus contemptui esse, à militibus lacerari maledictis, imbellis supra modum & ignauus D
hostibus, vnum præter Annibalem, videri. Solus ille consilium Fabii & rationem, qua bellum gerere in animo haberet, animaduertit. Statuit igitur omni arte & vi ad pugnam eum elicere, alioquin de Pœnis actum ratus esse qui, quibus præstent, non valeant armis vti, quibus verò impares sint, milites & pecuniam

A nequicquam consumant & impendant. Ergo in omnē
speciem se vertit astus & luctæ militaris, nihilnon mo
uens, vt eximius athleta, dum ansam quærit qua pre-
hendat Fabium, nunc instat, nunc terret, aliàs hac illac
trahit, vt à tutis eum suis auertat consiliis. Hunc tamen
sua sententia vtilitate nixo, immota constitit & incon-
cussa. Sed infestum magistrum equitum habebat Mi-
nutium: qui dum rapidus fertur ad dimicandum, fe-
rox concitat exercitum, furoréque eum ac spe implet
inani. Milites Fabium irridere, ac ludibrio magistrum
B appellare Annibalis, Minutiū ad cælum tollere, & di-
gnum Romanis ducem habere. Hinc spiritus Minu-
tio & audacia crescunt, dictatorémque, quòd in cacu-
minibus montium castra perpetuò habeat, tanquam
egregium spectaculum pararet vastitatem & incendiū
Italiæ visuris, insectatur. Amicos autem Fabii roga-
num in cælum, tanquam terra complorata, rapturus
322 sit exercitum, an verò nubes & nebulas, quò recipiat
se, hosti obiecturus. Quæ quum ad Fabium referrēt
amici, suaderéntque vt periculo subeundo liberaret se
C ignominia, Næ ego (inquit) quàm nunc videor, timi-
dior sim, si probri & contumeliæ metu à rationibus
abducar meis. Atqui pro patria haud turpe fuerit ti-
mere, at expauescere ad hominum opinionem, calu-
mnias & opprobria, non tanto digni imperio viri, sed
seruientis est illis quibus imperare ipsum & malè cō-
sultos deceat reprimere. Sub hæc incidit in errorem
Annibal. Nam à Fabio dum cupit longius exercitum
abducere, & petere campos vbi frumentari & popula-
ti valeat, imperat ducibus vt extēplo à cœna in agrum
D Casinatem ducant. Illi nomē propter Punicam à La-
tina lingua abhorrētem, non rectè assequuti, conicit
copias eius in oppidum Casilinum, ad extremā oram
situm Campaniæ, quod intermeat Vulturnus fluuius.
Regio est cætera cincta montibus, vallis autem ad
mare vsque porrigitur, vbi paludes effuso flumine e-
dit, habétque altos arenæ cumulos, demū littore clau-
ditur vndoso importuosóque. Eò vbi Annibal se de-
misit, viarum Fabius gnarus, circūducto exercitu, exi-

tum quatuor millium armatorum statione obsepit, re- A
liquas copias aliis iugis in tuto collocat, tum expe-
ditissimis promptissimisque quibusque immissis, ex-
tremum hostium agmen carpens totum cōturbat ex-
ercitum, occidit ad octingentos. Inde quum educere
Annibal copias pararet, & errorem loci periculúmque
aduertaret, in crucem sustulit duces. Sed quia resice-
re hostes & impugnare eos qui tenerent claustra mō-
tium, desperabat, totúmque exercitum torpor & pa-
uor occupauerat, putantium ex perplexitate vndique 323
circumuentos se, neque vllum patere receptum, struit
dolum hostibus. Itaque sic facit: Boum duo fermè B
millia de præda iubet comprehendi, ac singulis cor-
nibus faces præligari, aut virgultorum sarmentorúm-
ue aridorum fasces: inde vt sub noctem, quum datum
signum esset, accensis ad montes agerent, qua stationes
hostium saltus insidebant. Dum hæc parant quibus id
negotii datum erat, castra ipse primis tenebris silentio
mouet. Boues, dum modicus fuit ignis & materiam
adurebat, sedato gradu ad vertices montium acti suc-
cedunt. Flammæ ex summis micantes cornibus, quia C
exercitus vno ordine ad multas faces progredientis
speciem præbebant, ex cacuminibus montium despi-
cientes pastores & bubulcos obstupefecere. At vbi ac-
censis cornibus ad ima & ad viuum penetrauit sensus,
& dolore agitati discursu & capitum inquietatione se
inuicem multa respersérunt flamma, tum nullo itine-
ris seruato ordine consternati, stimulante dolore in
aduersos montes feruntur, relucentes extremis caudis
& frontibus, virgultáque qua fugiebant frequētia ac-
cendentes. Tetrum spectaculum erat claustra montiū D
seruantibus Romanis: præbebant enim hominū eum
facibus discurrentium flammæ imaginem, oppidóque
pauidi & perculsi, vndique inuadi se atque cingi ab ho
stibus arbitrabantur. Itaque faucibus relictis, concitāt
se in fugam, & maiora petunt castra. Ibi leuis arma-
tura Annibalis incurrit ac claustra occupat, hinc reli-
quæ copiæ trahentes multam & grauem prædam sine
metu sequuntur. Dolum hunc etiam nocte senserat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Fabius. boues enim aliquot palantes inciderunt in eũ
324 sed quia nocturnas insidias timebat, tenuit in castris
suos instructos. Luce prima in persequẽdo extremum
agmen carpebat, & leuia prælia in saltu fiebant, atque
ingens ciebatur tumultus, donec à primo agmine co-
hortem Hispanorum Annibal assurriorem montibus
immisit. Ea leuior & ad concursandum habilior, in
grauem armis Romanum statariumque incurrit, ac
non paucis oppressis, Fabium repulit: quæ Fabium res
tum suggillauit & contemptum reddidit grauissimè.
Nam quum dimicandi audacia concederet Annibali,
B quasi consilio & prouidentia cum debellaturus, tunc
victum his artibus ipsum ac circumuentum vidêre.
Annibal vt cumularet inuidiam apud ciues dictatoris,
quum ad agrum eius veniisset, omnibus circa exustis
solóque æquatis, ab vno eo vim omnem abstineri iu-
sslit, atque apposuit custodes qui inuiolatum & inte-
grum seruarent. Et cum hæc crimini ei Romam
nuntiata dabantur, tum tribuniplebis multifariam
eum ad populum accusabant; cuius rei autor & fau-
Metellus præcipua fuit, non ille quidem odio Fabii
adductus, sed amicitia magistri equitũ Minutii, qui
C quòd de Fabii laude detrahebatur, ad gloriam & no-
men accedere ducebat illius. Offendit etiam senatum
qui pactiones de captiuis cum Annibale vehementer
improbabat. Conuenerat inter eos de permutandis
captiuis, & quæ pars plures recepisset, ea vt argenti
pondo bina & selibras in militem præstaret. Vt fa-
cta commutatione in capita reliqui apud Annibalem
Romani CCXL fuerunt, argentum pro his debitum
negauit senatus mittere. Insuper castigauit Fabium
quòd non rectè nec ordine neque è republica, homi-
D nes, qui ignauia sua hosti prædæ fuissent, liberaret.
325 His Fabius auditis, moderatè tulit iram ciuium: verùm
quum pecunia deficeretur, neque fallere Annibalem,
nec ciues sustineret negligere, misit Romam filium, a-
grum vt venderet, & argentum ad se in castra confe-
stim ferret. Adolescens, prædiis distractis, propere re-
diit. Tum pretium ille Annibali mittit, & recipit capti-

uos: idque postea restituere quum multi vellent, à ne- A
mine accepit, sed condonauit omnibus. Inde à sa-
cerdotibus sacrorum causa Romam reuocatus, præ-
ficit Minutium castris, non pro imperio tantùm, sed
consilio etiam & precibus eum eo agens vt pugna &
dimicatione abstineret. Quibus ille planè contemptis
ilicò instituit hostibus. Et quum Annibalem quadam
die aduertisset magnam exercitus partem frumenta-
tum missse, adortus relictos, cædendo redegit eos in
castra, multisque interfectis, conterruit omnes velut
eos circunsessurus, ac, dum copias Annibal in castra i-
terum cogit, nemine instante recepit se. Qui ex re in- B
gêtes spiritus ille tulit, & ferocia implenit exercitum.
Mox huius rei, maiore etiam quàm factum esset, fama
Romam perlata, Fabius quum resciuisset, Minutii ait
se successum etiam atque etiã formidare. Populus ve-
ro arrectus & lætus in forum concurrit. Tribunus ple
bis Metellus pro concione Minutium extollere, Fabiũ
appellare non iam mollem aut timidum, sed prodito-
rem. Addit nobilitatem & principes bellum initio in
Italiam accersisse ad opprimendam plebem, & ciuita- C
tem ilicò imperio effrenato subiecisse vnius, qui duce-
do bello liberum otium Annibali & spatiũ largiatur, 326
dum aliæ ei ex Africa copiæ, vt Italiæ domitori, sum-
mittantur. Horum Fabius nihil purgauit, sed denun-
tiauit insuper sacra, quantum fieri posset, maturanda,
quo rediret ad castra, ad sumendum de Minutio, quòd
contra edictum suum cum hoste pugnasset, supplí-
cium. Ad ea ingenti concitatus tumultu populus est.
Metuit Minutio, quia in vincula dare dictatori &
punire indicti causa ius est, & lenissimum Fabii inge- D
nium existimauit irritatum, efferatũ esse neque placa-
ri facilè posse. Itaque metu plerique attoniti sisêt. Me-
tilius pro iure tribunatus liberior (nam hæc dictato-
re dicto potestas, quum cæteræ redigantur omnes in
ordinem, auctoritatem suam retinet vna integram) in-
stigat quantum potest populum, obsecrátque ne dicta-
tori prodant Minutiũ, vt quod in filiũ Manlius Tor-
quatus exemplum ediderat, qui victorem & laurea

Universidad de Deusto
Biblioteca

A insignem securi percussit, perpetretur in Minutium? detrahant Fabio tyrannidem, eique qui & possit & velit seruare, credant rempublicâ. Hac oratione commota concio, Fabio (quanuis aduerso rumore foret) non sustinuit abrogare dictaturam, sed æquato magistri equitum & dictatoris iure, sciuit vt paribus auspiciis gererent bellum: id quod sine vllo exemplo hic Romæ vsurpatum est, paulo tamen post cladem Cannensem repetitum, quo tempore ad exercitum M. Iunius dictator fuit. Quum autem supplendus in vrbe senatus esset, multis in acie cæsis senatoribus, alterum dictatorem creauere Fabium Buteonem. Cæterùm hic eodem quo in publicum progressus senatum legit die, dimissis lictoribus, & persequentium reiecta
327 turba, mediæ plebi se iniecit atque immiscuit, suâsque res agens & curans in foro priuati more versatus est. Minutu comparato cum dictatore imperio, rebantur illum animo planè fracto & abiecto redditum: cæterùm non satis nouerant eum, neque enim calamitosam sibi insaniam eorum ducebat, verùm, sicut Diogenes ille sapiens, quum ei quidam diceret, Isti deridente, Ego enimuero, inquit, non derideor: illos deriderí solos existimans, quos obstupefacerent & terrerent ista. Ita moderatè Fabius illam iniuriam lenitérque, quantum ad se attineret, tulit, comprobauitque philosophorum placitum, qui virum bonum & sapientem negant contumelia affici vel probro. Sed angebat eum reip. tamen gratia vulgi temeritas, quòd hominis efferatæ ad bellum ferociæ tantâ fenestrâ aperuisset. Quare veritus ne insania hominê ex vana gloria & arrogantia nimium citò ad mali quid designandum auferretur, clàm omnibus profectus est. In castra vt venit, offendit Minutium nihil iam modicè præ se ferentê, sed tumidum & inflatum, imperiúmque postulantem alternis diebus. Id haudquaquam placuit ei, sed diuisit cum illo copias: præstare enim vt parti solus præesset quàm vicissim vniuersis. Primam & quartam legionem sibi sumit, secundam & tertiam attribuit Minutio, sociúmque auxilia pari numero partiti sunt. Enimuero gloriari

riari Minutius & exultare, quòd summi imperii ma- A
ximique maiestas in ordinem coacta propter ipsum atque suggillata esset. Ibi admonet eum Fabius, non cum Fabio ipsi, sed certamen esse, si sapiat, cum Annibale. Quòd si cum collega quoque contendendum sibi putet, videndum etiã atque etiam ei, vt deiecto & contempto apud ciues honoratus & victor non videatur in seruandis tuendisque illis solutior. Ille hac cauillatione 328
pro senili contempta, & copiis quæ ei sorte euenerant acceptis, separatim castra cepit. Nihil horum Annibalem, qui in omnem imminebat occasionem, fefellit. Tumulus erat in medio, qui & occupari facilè poterat, & occupatus tutam castris stationem commodamque erat ad omnia præbiturus. Ager circũiectus à longè contemplanti æquabilis & nudus, habebat tamen interiectas fossas non magnas, & cauernas quasdam alias. Hunc tumulũ quum tenere ex facili clam posset Annibal, nolebat, sed causam in medio relinquebat certaminis. Vbi iam à Fabio seiunctum videt Minutium, nocte in hos specus & latebras certũ numerum militum condit, & quo alliciat ad certamen de loco eo con C
trahendum Minutium, paucos prima luce ad tumulum aperte capiendum mittit. itáque euenit. Primùm dimittit ille leuem armaturam, deinde equites: postremò quum ad tumulum auxilia cernit Annibalem, quoque submittentem, instructis omnibus copiis procedit, & aeri pugna adoritur eos qui castra in tumulo ponebãt. Mars erat anceps, donec satis circumuentum conspiciens Annibal, & terga insidiantibus nuda patere, signum dat. Tum exorti vndique cum D
clamore incurrant, postremóque cædunt. Romanos planè perculit tumultus & clamor, ipsius concidit ferocia Minutii, & nunc ad hunc, nunc ad illum legatum circumtulit oculos. At nemo, pugnæ memor, in fugam pestiferam inclinabat: quippe Numidæ tam victores vndique campos obequitabant, interficiebántque effusos. His obrutorum malis Romanorum non latuit discrimen Fabium, sed quum imminentem 329
cladem haud dubiè animo prospexisset, tenebat le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gionet ſub ſignis inſtructas, euentúmque cognoſcere pugnæ ſtudebat, non per nuntios ſed pro vallo ſpeculabatur ipſe ex edito. Vt ergo circumueniri turbarique conſpexit aciem, & clamor ad aures eius accidit, non iam pugnantium, ſed trepidantium & fugientium, tum percuſſo femore atque ingenti edito ſuſpirio ad circumſtantes, O dii immortales, (inquit) quanto celerius quàm timui, ſerius tamen quàm cupiuit, perdidit ſemetipſe Minutius! Et quum efferri raptim ſigna & ſequi iuſſiſſet legiones, exclamauit, B Nunc milites, ſiquis memoriam habet M. Minutii, properet egregius eſt enim vir & amans patriæ. quòd ſiquid, dum feſtinat elicere hoſtem, offenſauit, aliud erit ſuccenſendi tempus. Primus Fabii conſpectus fugat ac diſſipat in campo circumuagantes Numidas. Tum in eos qui in acie ſtabant & terga Romanorum cædebant, infert ſigna. Siqui ſe offerunt, hos interficit, reliqui, priuſquam à ſuis intercluderentur, ne quod intulerant Romanis, mali id in ſe verteret, terga dantes capeſſunt fugam. Cernens pugnam inclinatam Annibal, Fabiúmq; præter ætatem valida per infeſtos C hoſtes impreſſione facta aduerſo tumulo contendere ad Minutium, remiſit prælium, ſignóque receptui dato Pœnos in caſtra reduxit. Receperunt ſe Romani quoque haud inuiti. Fertur, quum ſe reciperet, de Fabio Annibal ita ad amicos dixiſſe iocans, Nónne ſæpius vobis prædixi ego, hanc in iugis montium ſedentem nubem cũ turbine aliquando & procella imbrem effuſuram? Secundum prælium Fabius, lectis cæſorum ſpoliis, in caſtra regreſſus eſt, nec vllum ei ſuperbum aduerſus collegam vel iratum excidit dictum. At Mi- D nutius conuocata ſuorum concione, In arduis rebus, 330 inquit, cõmilitones, nihil offendere, ſupra ſortem humanam eſt: vt verò peccata pro exemplo proponas in futurum, id boni viri ſit & prudentis. Fateor ego eſſe nonnihil quod incuſem fortunam, ſed maiores me tamẽ ei gratias agere. Nam hactenus quæ me fefellêre, didici paucis horis: doctus ſum enim non cum eſſe me imperare qui valeam aliis, ſed opus habeam altero qui

mihi imperet, nec eſſe contẽdendum vincere eos, qui- A bus cedere præſtet. Veſter quidem ad cætera imperator eſt dictator, gratitudinis verò aduerſus illũ dux ego ero, me primum obedientem ac dicto ei audientem præſtãdo. Hæc fatus, quum ſigna tolli imperaſſet & omnes ſequi, agmine ad dictatoris caſtra proficiſcitur. In caſtris, vbi ad prætorium recta contendit, conuertit omnes in admirationem & ſtuporem. Antè progreſſum Fabiũ conſtitutis ſignis, parentẽ ipſe cum alta voce, exercitus milites eius patronos appellauit. Silentio facto Minutius, Geminã victoriã, inquit, obtinuiſti, dictator, hodierno die, virtute de hoſtibus, conſilio B & humanitate de collega: illa nos ſeruaſti, hac erudituiſti: nóſq;, quum turpiter eſſemus ab Annibale ſuperati, honeſtè ſumus abs te & ſalubriter victi. Quare, quandoquidem nomen venerabilius non habeo, patrem te appello parentem, quum tamen beneficium mihi abs te hoc quàm à parente maius extiterit: illi enim vitam ſolus, tibi cum meam vitam tum omnium horum debeo. Secũdum hæc amplexus Fabium & oſculatus eſt. Idem erat cernere per totum exercitum. C nam complexu ſeſe mutuò & oſculo exceperunt. vnde in lætitiam tota caſtra effuſa, vt præ gaudio omnibus lacrymæ manarent. Secũdum hæc dictaturam depoſuit Fabius, & creari cõſules. Quorum primi Fabij ar- 331 tibus bellum adminiſtrauerũt, vt conferre cum Annibale vitarẽt ſigna, ſed ſociis ſuppetias ferrẽt, & prohiberent defectiones. Poſtquam verò Terentius Varro natalium humilitate & popularibus artibus & ferocia nobili ad conſulatum adſpirauit, ilicò præ ſe tulit imperitia & præcipitantia de ſumma ſe rerum iactu- D rum aleam. Vociferabatur enim in cõcionibus, donec Fabiis ciuitas ducibus vteretur, núquam debellatum iri: ſe, quo die hoſtem vidiſſet, bellum profligaturum. ſimúlque cum dictis tãtum delectum habuit, tantáſque conſcripſit copias, quantis nullo vnquam bello vſi antè Romani fuerant. Octoginta octo millia militum ſub ſignis habuit. Quæ res in magnũ terrorẽ Fabium

Universidad de Deusto
Biblioteca

A exteróſque prudentiores coniecit. neque enim ſiquid in tanto iuuentutis flore ſit titubatum, vllum videbant receptum. Itaque collegam Varronis Paulum Æmilium, virũ rebus bellicis exercitatũ, ſed inuiſum populo & pauentem plebis, eo quòd iudicio publico damnato lis æſtimata fuerat, excitauit Fabius adhortatúſque eſt vt reprimeret hominis inſaniã, admonuitque non plus ei contra Annibalem quàm contra collegam pro aris & focis certaminis propoſitum eſſe. quippe ad pugnam properaturum, hunc, quòd vires ſuas non in-
B telligat, illum, quòd intelligat ſuam imbecillitatem. Equidem de rebus Annibalis, Paule Æmili, inquit, maiorem quàm Varroni habendã fidem merito mihi cenſeam, confirmanti, niſi pugnæ hoc anno copiam ei faciat, aut actũ de eo fuerit ſi hæreat hic, aut fuga ſe ſubduxerit, quando nũc, vel quum vincere & ſuperior videtur eſſe, nemo ad eum deſecit hoſtis, & copiarum, quas in Italiam traduxit, ne tertia quidem pars ſuper-
332 ſit. Ad ea fertur reſpondiſſe Paulus, Quod ad me, Q. Fabi, attinet, hoſtium me telis potius quàm ſuffragiis
C ciuium iterum obiicere caput certum eſt. Quòd ſi in eo eſt ſtatu reſpub. enitar vt bonus dux tibi potius videar eſſe quàm omnibus aliis in diuerſum trahentibus. Ita animatus ad bellũ eſt Paulus profectus. Varro, quum extorſiſſet ei alternis vt imperarent, caſtra caſtris Annibalis coniungit ad vicum Cannas, qua Aufidius fluit amnis, & ſimulatque diluxit, propoſuit ſignum pugnæ. Sagum eſt coccinum, quod ſupra prætorium expanditur. Pœnos initio, conſulis audaciam & multitudinem contemplates hoſtium, quum dimi-
D dio eſſent ipſi pauciores, inuaſit pauor. Annibal, quam edixiſſet vt arma caperent milites, cum paucis ipſe equo vectus hoſtes ex molli clino iam in ordines euntes ſpeculatur. Ibi quum ex comitibus quidã qui pari erat dignitate (Giſconem appellabant) admirari ſe diceret tantas hoſtium copias, fronte Annibal contracta, Aliud Giſco, inquit, fugit te, eo magis mirandum. Quidnam illud eſſet requirente Giſcone, Quòd nimirum tanto in numero, inquit, ne vnus quidem ſit qui

Giſco vocetur. Hoc dictũ necopinantibus oblatum, o- A
mnibus riſum mouit. Itaque de clino digredientes, vt quiſque occurrebat, illũ narrarunt iocum, tantúſque per multos motus riſus eſt, vt qui Annibalẽ comitarẽtur, continere ſe nõ valerent. Quod Pœnis cernẽtibus animum confirmauit, ex magno & inſigni contemptu motũ arbitrantibus eum riſum, vt etiam ipſe inſtante dux diſcrimine iocos cieret. Aſtuta cõſilia adhibuit ad pugnam. Primũ ex loco, vt à tergo ventũ haberet, molitus eſt. Procelloſo enim vrẽtique ſimilis coortus, & aſperum ex arenoſis atque patentibus cãpis impellens B
puluerẽ ſupra Pœnorum aciem in ipſa voluit ora Ro- 333
manorũ, proſpectúmque ademit faciem auertentibus, & conturbauit eos. Alterum ex inſtruenda acie: Quod roboris in exercitu eſſet ac fortiſſimos quoſque in cornibus locat, mediã aciẽ turba replet ignauiſſimorum. eo vſus eſt longè ante reliquã aciẽ prominente cuneo. Edictum præſtantiſſimis erat, vbi hos impuliſſent Romani, ac pedẽ referentibus inſtantes vacuo medio & ſignum dãte in mediam aciẽ irruiſſent, vt properè reductis alis tranſuerſos inuaderent, & circumfuſi claude- C
rent à tergo. Id quod potiſſimũ tantæ fuit ſtragis cauſa. Vt enim media acies pedem retulit atque incurrentes excepit Romanos, & figuram Annibalis acies ad modum lunæ commutauit, delectorúmq; ductores aliis circumductis adorti auerſos ſunt cũctos, qui antequam coirent hoſtiũ cornua non receperunt ſe, circũuentos exẽdunt contrucidãntque. Ad hæc error equitibus eſt mirus oblatus. Paulum equus vulneratus, vt coniicio, excuſſerat. Tum ex cohorte eius alius poſt alium omiſſis equis, vt conſulem protegerẽt, ad pedes D
deſcenderunt. Id quum reliqui equites conſpexiſſent, tanquã ſigno dato, ex equis omnes deuolantes cõgrediuntur cum hoſtibus. Quo viſo Annibal, Hoc, inquit, malim quàm ſi vincti mihi traderentur. Verùm hæc, qui hiſtorias fuſius prodiderunt proſequuti ſunt. Conſul Varro cum paucis equitibus profugit Venuſiam, Paulus illo in æſtu & fluctu fugientium magni telorum vi, toto corpore in vulneribus hærentium, con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fixus, doloréque ex tanto oppressus luctu sedebat
334 in saxo, aliquem operiens ex hostibus qui interficeret
se. Quia verò caput eius erat & facies cruore oppleta, omnibus ferè incognitum & necessarii & clientes
praeteruehebant. Vnus ex pube patricia, conspecto & agnito, Cornelius Lentulus equo delapsus, admotum
eũ capere iubet, & se seruare ciuib', qui tum vt quum
maximè bono consule haberent opus. Ille huic refragatus petitioni, coegit adolescentem equum repetere
lacrymans. Tũ data ei dextera quũ se erexisset, Nuntia (inquit) Fabio Maximo, & ipse esto testis, praec-
B ptorum eius Paulum Æmilium memorem vsque ad
mortem extitisse: neque pacta cum eo vlla ex parte rupisse, sed victum esse primùm à Varrone, deinde ab
Annibale. Cum his mãdatis dimittit Lentulum. Mox
quum in mediam stragem se inuexisset, oppressus est.
Dicuntur in hac pugna quinquaginta millia cæsa, quatuor millia capta, & sub pugna in vtrisque castris
non minus decem millia. Annibalem à tanta victoria
quum amici, vt insisteret fortunæ vnóque agmine
cum fugientibus hostibus irrumperet in vrbem, incitarent: (die quinto enim victorem in Capitolio epula-
C turum) haud facilè quæ auerterit incas rationem,
quin potius fortuna vel deus quispiam, qui illi obstaret, eum ei iniecisse cunctationẽ & dubitationem videatur. Quare Barcam Pœnum ferunt indignatum ei dixisse, Vincere scis Annibal, victoria vti nescis. Acqui
tantam ea victoria conuersionem fecit Annibalis rerum, vt qui ante hoc prælium non vrbem, non forum,
non portum haberet in Italia, sed difficulter & ægre
335 necessaria suppediteret suis rapiendo, nullo firmo ad
bellum gerendum parato subsidio, sed palans castra in
D modum ingentis latronum cateruæ huc illuc circumferret, totam tunc penè Italiam ditionis fecerit suæ.
Quippe ad eum cum plurimæ & maximæ gentes vltrò defecerunt, tum cuius plurimum secundum Romam pollebant opes, Capuam suarum fecit partium.
Nempe est non solùm, quum amicorum faciendum
est periculum, (vt ait Euripides) non leue malum, sed

etiam quum prudentium imperatorum. Siquidem A
infamis ante hanc pugnam timiditas Fabij & segnities,
mox post conflictum humana maior sapientia habita
est, & diuini præstantisque miraculum consilij tanto
antè prospicientis insequentia, quæ animo concipere
vix valebant ij quibus euenerant. Itaque mox in illo
ciuitas reliquam opem ponens, & ad eius mentem
tanquam ad sacram confugiens anchoram, salutem
suam, & quòd non vndequaque dissiparetur, sicut vrbe
à Gallis oppressa factum erat, vnius acceptum ferebat
consiliis Fabii. Ille enim qui, quum res apparerent se-
curæ, timidus habebatur & pusillanimis; tunc omni- B
bus immẽso luctu inanique oppressis trepidatione solus per vrbem placido incedebat gradu, vultúque intrepido & benigno alloquio planctus muliebres sedabat, cœtus arcebat eorũ qui in cõploratu familiarum
in publicum prorumpebant. Autor etiam fuit senatui
conueniendi: magistratus, quorum in vno eo positum
erat robur & opes, quémq; respiciebant omnes, confirmauit: ad portas posuit custodes, qui prohiberent
profugiẽtem multitudinem egredi vrbe: luctus lo- C
cum & spatium definiuit, domi lugere triginta dies quenque iubens, iis terminari omnem luctum & defungi
ciuitatem. Quum sacrũ Cereris in eos dies incideret,
placuit omnino intermitti sacra pompámq; ne cladis
magnitudinem paucitas & mœror argueret celebran- 336
tium festum. Etenim fortuna vtentium secunda gratiorem diis cultum esse. Quæ ad deos placandos & ad
procuranda prodigia iusserant aruspices, sedulò exequuti sũt. Et Fabius Pictor, Maximi propinquus, Del-
phos legatus est ad oraculũ: duæ vestales stupri com- D
pertæ, altera sub terrã viua de more defossa, altera sibimet ipsa mortẽ conscíuit. Operæpretium est ante omnia admirari ciuitatis magnitudinem animi & lenitatem, quòd consuli Varroni ex fuga redeunti, vt qui
fœdissimè & infelicissimè reb' gestis reuerteretur, humilí & abiecto obuiã itũ ad portã honoris causa à senatu & vniuerso populo sit. Magistratus & principes senatus, in quibus erat Fabius, silentio facto laudarũt eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quòd de rep. à clade tanta non desperauisset, sed adesset ad tractãda gubernacula eius, & ad vrendum legibus cunibúsque vt nondum deploratis. Annibalem vt nuntiatum est ad alias Italiæ partes à pugna diuertisse, resumptis animis duces cũ legionibus dimittunt. Clarissimi horum Fabius Maximus & Claudius Marcellus ex contrariis propemodum institutis in pari erant laude. In hoc enim (vt in vita eius demonstrauimus) strenuitas eminebat & alacritas, quum & manus fortis, & ingenio esset talis quales Homerus *φοινικολόμους & ἀιχμητὰς, id est bellaces & feroces*, vocat. Itaque
B intrepidè & ferociter, & aduersus hominem proiecta audacia Annibalem, parem ad bellum adferens audaciam prima certamina aggressus est. Fabius, pristinis suis insistens consiliis, spem conceperat, si nemo illi instaret vel irritaret, fore vt semetipse attereret & elan-
337 gueſceret bello, sicut athleticum corpus, vbi vires nimium confectæ sunt & fatiscunt, ocyssimè amissurus vigorem. Quamobrem refert Posidonius, scitum hùc à Romanis, Marcellum ensem vocatum, temperatámque cum Marcelli moribus stabilitatem & maturitatem Fabii, fuisse populo Romano salutarẽ. Itaque huic se Annibal, sicut rapido amni, sæpe obiiciens propellebatur, atterebátque copias suas, ab altero vel languidè & paulatim subterfluente & interlabente assiduè imprudens abluebatur, carpebatúrque. Hinc in eã adductis perplexitatem est, cum Marcello vt fatisceret colluctans, Fabium verò horreret sedentẽ. Atque cum his ferè, vel prætoribus, vel consulibus, vel proconsulibus bellum gessit, fuit enim vterque horum quinquies con-
D sul. Verùm Marcellum in quinto consulatu circumuẽtum insidiis occidit: Fabio lusit operã sæpius dolum & technas machinatus, semel dũtaxat eũ in leuem induxit errorem. Misit ad Fabium cum literis fictis nobilium & principum Metapontinorũ, si accessisset, vrbẽ prodituros, eósque qui hoc consilii cepissent, dum ille mouisset propius, expectaturos. His motus literis cum parte copiarum cõstituit Fabius nocte illuc proficisci: verùm auspicanti quum aues nõ addixissent, mutauit sententiã: nec multo pòst intellexit scriptas ad se A
fraude Annibalis literas, locatásque ab eo prope illum vrbem insidias. Verùm hæc deũm benignitati adscribas fortasse. Defectiones ciuitatum, nouásque res socios molientes, blandè agendo censebat & comitate prohibendos atque flectendos, non quauis excutienda suspicione, neque sæuitia aduersus suspectos exercenda. Dicitur Fabius, quum militem quendam Marsum 338
animaduertisset, acrem virum & nobilẽ inter primos sociorum, milites nonnullos ad transeundum solicitaB
sse, non exacerbauisse eum, sed neglectum immeritò fassus, Nunc quidem, dixisse, duces incuſo, qui magis pro suo studio honores habẽt quam pro virtutis merito. Posthac siqua tibi re erit opus, nisi me appelles, te insimulabo. Sub his dictis, equum eximium donat & aliis eum decorat præmiis. Hinc fidelissimum eum & promptissimum habuit. Turpe enim ducebat, si qui equitii & venandi studiosi, cura & assuetudine & educatione malint quàm flagellis & cathenis sæuitiam bestiarum ferociámque & contumaciam domare, hominibus qui præsit, iis non studeat benevolentia & leniC
tate potissimùm eos corrigere, sed asperius tractet & durius quàm caprificos, piros sylvestres, oleastros agricolæ, quos in ficus, piros, oleas cicurant mansuefaciúntque. Alium natione Lucanum manipulares detulerunt, extra castra pernoctare & signa sæpe relinquere. Fabius, qualisnam aliàs esset rogauit. Quum omnes confirmarent nemini militum secundum esse, simúlque eximia quædam eius decora atque facta commemorarent: causam vbi eius absentiæ perquisiuit, a-
D more mulierculæ inuenit captum, & illius fruendæ gratia longum quotidie iter & periculorum plenum à castris commeare. Mittit igitur certos eàm milite, à quibus attractam puellam in tentorio suo occuluit. Lucano inde, remotis arbitris, accersito, Non me fefellit, inquit, contra disciplinam militarem te & contra leges Romanas crebrò extra castra pernoctasse, nec verò etiam virtutes ignorani tuas. Factis tuis strenuis 339
quam commisisti, condonabo fraudem: posthac alteri

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mandabo tui custodiam. Stupente milite producit mulierem, atque ei tradit, additque, Hæc spondet te in castris nobiscum mansurum, tu re ostendes, num quod aliud ob facinus castra deseruerit, cuius causæ amorem & hanc prætexuerit. Ad hunc modum prodnum de his memoriæ est. Tarento hac ratione potitus est, quæ capta vrbs proditione fuit. In exercitu eius adolescens merebat Tarentinus, in quem sororis, quæ commorabatur Tarenti, summa fides & pietas extabat. Eius amore Brutius quidam, præsidii quod Tarento Annibal imposuerat, præfectus deperibat, vnde spe concepit Tarentinus rei conficiendæ. Itaque re cum Fabio communicata, in vrbem ad sororem contulit se pro transfuga. Primùm Brutius, quòd ignorare de se fratrem illa existimaret, continuit se à muliere. Pòst initio apud eam iuuenis sermonem, Enimuero ferebatur, inquit, vulgo consuetudine te frui potentis viri & magni. quisnam ille est? Si enim præstans virtute (vt fertur) & insignis vir est, nihil moratur, qui vniuersa miscuit, Mars cuias sit. Nihil in necessitudine probrosum: imò felicitas est quædam, si quo tempore parum in iure præsidii est, ex vi trahere queas lenitatem. inde Brutium accersit mulier, eique fratrem conciliat. Mox adiutor hic in amore, quum magis quàm antè facilem illi & obnoxiam videretur præstare sororem, ita eum deuinxit sibi, vt non difficulter satellitis mulierculam amantis animum magnorum spe præmiorum, quæ Fabium ostendit donaturum, perpelleret ad proditionem. Ita ferè tradunt hæc historici. Alii mulierem, à qua fuit ad proditionem tractus Brutius, non Tarento, sed ex Brutiis tradunt oriundam. Eam, quum Fabii concubina esset, vbi popularem esse & familiarem resciuit Bruttiorum præfectum, re ad Fabium relata, congressam sub mœnibus induxisse hominem & corrupisse. Dum hæc parantur, Annibalem distinere Fabius moliens mandat per literas militibus, qui Rhegii in præsidio erant, vt Brutiorum agrum depopularētur, & Ctuloniam obsiderent, summáque vi oppugnarent. Erant octo millia hominum, perfugæ ma-

gna ex parte, & eorum qui deportati ex Sicilia à Marcello fuerant ignominiosa militia notati, ignauissimi, quorum iactura minimè luctuosa vel damnosa reipub. foret. Existimauit enim hanc obiectam sicut escam à Tarento Annibalem (id quod euenit) abstracturam. Quippe statim captis eam Annibal, mouit eò cum copiis. Sexto die quàm obsidere Tarentum Fabius cœpit, iuuenis qui antè cum Brutio rem, adhibita sorore, composuerat, venit ad eum noctu, diligenter considerato & explorato loco, vbi in statione Brutius positus locum daturus aggredientibus, ac recepturus eos erat. Non in totum tamen fretus consul proditione hac est rem aggressus, sed ipse eò profectus silentio continuit suos. Reliquæ copiæ pariter terra marique adortæ mœnia sunt: simul clamor ingens cum tumultu sublatus, quoad plerisque Tarentinis ad subsidium ferendum eò concurrentibus, manúsque cum iis, qui vrbem oppugnabant, conferentibus, quum signum accepisset à Brutio aggrediendi, cepit scalis vrbem. Cæterùm non videtur hic crimine vacasse ambitionis: nam ad famam extinguendam, ne proditione captum Tarentum videretur, ante omnes trucidari Brutios imperauit. Cæterùm cum cum hæc frustrata est gloria, tum perfidiæ nota & crudelitatis insuper aspersus est. Multi preterea cæsi sunt Tarentini, sub hasta vendita triginta millia. Vrbem exercitus diripuit: in æratium relata talenta tria millia. Quò agerentur omnia ferrentúrque, traditur interroganti scribæ, quid fieri de diis vellet, tabulas & signa significanti, respondisse Fabius, Deos iratos Tarentinis relinquamus. Herculis tamen signum ingentis magnitudinis Tarento huc- tum posuit in Capitolio, iuxtáque statuam equestrē suam ex ære. Atque in his quidem longè videtur duriore animo fuisse quàm Marcellus, imò verò effecit vt præstare ille facilitate & humanitate visus sit, vt in eius vita ostendimus. Annibalem ferunt raptim agmine facto quinque millia tum à Tarento abfuisse, ac propalam dixisse, Et Romani suum Annibalem habēt eadem quæ ceperamus arte, Tarētum amisimus. Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fieri verò priuatim apud amicos tum primùm sustinuit, iampridem graue ipsis fore se animaduertisse, nec verò impossibile, vt præsentibus subsidiis floment Italiam. Fabius iterũ triumphauit, sed maiore quàm antè gloria: quòd cum Annibale vt strenuus athleta decertaret, eiúsque facilè eluderet conatus vt prehensiones & petitiones minus tam firmas. Partim enim remissius vigor exercitus eius luxu & opulentia fuerat, partim assiduis prælijs quasi retusus attritúsque. M. Liuius, quo præfecto Tarẽtum Annibali proditum fue-
B rat, quum in arcem recepisset se, non fuit inde depulsus, sed, dum Romani recepissent, tutatus est eam. Hic anxius honoribus Fabii in senatu aliquando præ inuidia & ambitione erupit, vt iactaret non Fabii sed sua opera Tarentum receptum. Ridens hic Fabius, Rectè inquit, ais: nam nisi tu amisisses, ego non recepissem. Fabio populus Romanus cum alios habuit eximios
342 honores, tum filium eius consulem designauit. Quum iniisset ille magistratum, & in negotio quopiam ad bellum pertinente esset intẽtus, pater vel præsenio & im-
C becillitate, vel tentandi gratia filii, equo per appellantes & circumstantes consulem aduehebatur. Quod iuuenis vt vidit, non tulit, sed misso lictore vt descenderet ex equo pater iussit, & siquid consulem vellet, pedibus accederet. Mouit alios imperium, tacitique oculos in Fabium tanquam præter dignitatem violatæ eius maiestate coniecerunt. At ille confestim desiliens, citato gradu properauit ad filium, complexúsque eum & data salute, Macte consilio, inquit, & virtute fili esse sentis quibus imperas, & quàm ingentem susceperis
D magistratũ. his artibus nos quoque & maiores rempp. auximus, dum parentibus liberisque priorem reipub. dignitatem habemus. Et sanè tradunt Fabii proauum, qui sine controuersia maxima gloria Romæ atque auctoritate floruit, quinquies fuit consul, clarissimos triumphos ex grauissimis bellis duxit, cum filio consule in prouinciam profectum legatum: in cuius triumpho quum curru ille quadriugo inueheretur, equo ipse incedens cum reliquis sequutus est, glorians quòd qui

in potestate filium haberet, atque inter ciues maximus A
& esset & diceretur, subiiceret legibus se & magistratui. Caterùm illius laudes non intra hæc tantùm stetere. Fabius quum hunc filium amisisset, dolorem, vt vir prudens & pius pater, tulit moderatissimè. Orationem, quam habent in clarorum virorũ funere propinqui, ipse in foro egit, quam pòst edidit scriptis mandatam. Postquam P. Cornelius Scipio proconsul in Hispaniã missus, Pœnos multis profligatos prælijs ex ea prouincia expulit, complurib̃usque nationibus & vrbibus subactis ingentibus, ac repub. præclarè 343
gesta, gratissimus ciuibus & summo cum honore re- B
uersus est, mox consul designatus, quum populum intelligeret non vulgarem postulare à se & ipsis spondere consulatum, vt in Italia congrederetur cum Annibale, tenuum id animũ & segne arbitratus esse, ipsam Carthaginem statuit & Africam statim implere armis legionib̃usque, atque eam oppugnare, & ex Italia omnem vim illuc conuertere belli. Ad hanc rem omnibus neruis annisus est vt populum impelleret. Hic varium metum Fabius ciuitati proposuit, præcipitẽ clamitans ab amente iuuene in extremum & summum C
periculum ferri: néque oratione pepercit vel facto, quo deterrere se ab isto cõsilio ciues putabat posse. Et senatum quidem in suam traduxit sententiam, populo inuidia videbatur adductus, Scipionis felicitati obtrectare, vererique, siquid præclari gessisset ille, & bellum aut finiuisset aut summouisset ex Italia, segnis ipse molliúsque, bellum qui tam duxisset diu, videretur. Equidem à primo quidem Fabium putem ad impediendum Scipionem, studio securitatis & prouidẽtiæ adductum, quòd discrimen tam grande horreret: ambi- D
tione verò quadam & æmulatione, vt crescentem Scipionem detraheret, incubuisse in id acrius. Nam & collegæ Scipionis suasit Crasso, prouinciam ne permitteret ei cederétve, & Carthaginem ipse, si ei videretur, exercitum transportaret. Obstitit etiam ne pecunia attribueretur in bellum Scipioni: quare pecuniã sibi ipse parare habuit necesse. Hanc Hetruriæ ciuita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tes, eius priuatim studiosæ atque in eum propensæ contulerunt. Crassum cum sua natura alienum a contentionibus & moderatum virum, tum sacerorum cura, quòd esset pontifex maximus in Italia retinuit.
344 Quare Fabius Scipioni alia obsistens via, impediuit & intercessit ne delectum iuuentutis, quæ voluntaria nomina dare volebat, posset habere. In curia & ad populum fremebat illum non solùm fugere Annibalem, verùm etiam, quod reliquum in Italia virium esset, ex portantem ab scedere, spe lactare iuuentutem, & in-
B ducere vt parentes, coniuges, patriam, cuius in finibus potens & inuictus sedeat hostis, deserant. Hæc quum diceret, pauorem iniecit ciuibus. Solas itaque decernunt ei ad bellum legiones quæ in Sicilia erant, & reducere secum ex iis quos reportauerat ex Hispania trecentos, posset, quorum vsus fideli opera est. Atque his quidem agendis sequi visus est ingenium suum. Vt verò traiecit in Africam Scipio, & eximia eius gesta victoriæque incredibiles & clarissimæ nunciatæ Romã sunt, consentanea quoque famæ spolia mul-
C ta consequuta, rex captus Numidarum, bina sub idem tempus incensa castra, strages ingens hominum, armorum & equorum vis magna in castris flamma hostia: Carthaginenses etiam per legatos Annibalem reuocarunt, orarentúntque spem illam relinqueret inanem, & ferret opem patriæ. Omnibus ciuibus Scipionem laudibus tantas ob res gestas ad cælum ferentibus, Fabius mittendum Scipioni censebat successorem, nullam causam proferens aliam, nisi quòd illud iactaret triuiale, Anceps esse tantam rerum molem credere
D vnius fortunæ viri, non temere eidem semper respondere fortunam. Quare offendit populum, habitúsque est morosus & malignus, aut præ senio exanguis animino & deploratæ spei, qui præter modum ab Annibale trepidaret, imò verò quum Italia Annibal excitu nauibus impositio excessisset, obstrepuit lætitiæ publicæ & bonæ spei, neque eam esse illibatam permisit, imò tum vel maximè quum supplicationem populus
345 decreuisset, in summo periculo versari & in lubrico

dictitabat rempublicam. Quippe grauiorem in Afri- A
ca Annibalem sub Carthaginis mœnibus incubiturum hostem, occursurum exercitum Scipioni multorum etiamnum calentem imperatorum sanguine, dictatorúmque & consulum. His sermonibus trepidatio Romæ renouata, vt quum bellum translatum in Africam esset, hoc magis admorum vrbi periculum putarent. At Scipio tum Annibalem signis collatis vicit, tum detracto conculcatóque oppressæ Carthaginis fastu, populum maiore impleuit quàm caperet animis lætitia, imperiúmque planè multis iactatum fluctibus B iterum erexit. Fabius Maximus non attigit viuus exitum belli, neque Annibalem victum audiuit, neque insignem illam & synceram oculis cepit patriæ prosperitatem, sed sub idem tempus quo reliquit Italiam Annibal, ex morbo defunctus est. Epaminondã Thebani propter inopiam in qua decessit, publico funere extulerunt, quòd præter verutum minutum ferreum, vt fama est, nihil ab eius excessu fuerit domi inuentum. Populus Romanus non fecit Fabio publicè funus, sed assibus viritim collatis, non vt tanquam inopi sufficerent impensas, verùm populo vt parentem sepeliente, C
mors viri, vt dignum vita erat, honorata fuit & celebrata.

Habes vitæ historiam illorum duorum, quorum quia vterque multa exempla & præclara reliquit ciuilis & bellicæ virtutis, age, ex bellicis illud primo loco tractemus. Pericles quum reipublicæ præesset, populus in prospero vt quum maximè successu rerum & per se pollentissimus erat, opibúsque florentissimus, vt publica eum fortuna atque potentia in securo & stabili gradu tenuisse videatur. Acta Fabii, D
qui fœdissimis & asperrimis temporibus reipublicam suscepit, non rebus florentibus stantem conseruauerunt, sed excitauerunt abiectã. Præterea Pericli Cimonis victoriæ, Myronidísque & Leocratis laureæ, 346
multa etiam Tolmidis præclara facta facultatem peperere domi remp. procuranti festos dies agendi, ludósque celebrãdi potius quàm bello rẽ augẽdi vel tuẽdi.

A Fabius verò, quum ante oculos haberet multos fusos fugatósque exercitus, multas strages & cædes imperatorum atque ducum, lacus, campos, saltus cæsorum exercituum coopertos, cruore & tabe manantia vsque ad mare flumina, suis propriis institutis & firmis consiliis, quasi subiectis humeris, fulciens rempublicam obstitit ne illorum peccatis labascens ex toto præcipitaretur. Et quidem tractare fractam calamitatibus ciuitatem, & necessitate obtemperare coactum prudenti, non perinde videatur arduum atque populi rebus elati fecundis luxuriantisque refrenare lasciuiam

B atque ferociã. Qua maximè ratione videtur Pericles Athenienses continuisse. Atqui malorum, quibus oppressus id temporis populus Romanus fuit, moles & cumulus, quem ea non perculerunt, nec de gradu dimouerunt, eum verò magnum virum & inuictæ animi ostenderunt fuisse. Quum Samo capta à Pericle, Tarentum receptum componamus licet, & verò etiam cum Eubœa, Campaniæ oppida. Nam ipsam quidem Capuam Fuluius & Appius consules subinguauerunt.

C Signis collatis haud comperio Fabium hostes fudisse, nisi vnde priorem duxit triumphum. Pericles hostibus terra marique cæsis trophæa nouem statuit. Nullum factum tamen memoratur Periclis tale quale fuit Fabii, quum Minutium eripuit Annibali, & iustum exercitum seruauit Romanum. Memorabile facinus, & quod virtutem, prudẽtiam, humanitatem simul complectitur. Vicissim nec error refertur is Periclis qui Fabii, cui per boues illusit Annibal: ceperat temere

347 fortuitò fauces ingressum hostem, amisit è manibus noctu fallentem & postero die vrgentem, præuertentem dum cunctatur, & dum manus conserit, superantem. Quòd si boni imperatoris est non tantùm consulere rebus instantibus, sed & diuinare de venientibus recte, belli Athenienses exitum, qualem præuiderat & antè denuntiauerat Pericles, sortiti sunt. Dum enim nimium multa ambiunt moliuntúrque, amiserũt [illegible] opes: Romani, qui contra Fabii sentẽtiam Scipionem cum imperio in Africam miserunt, rerum potiti [illegible]

non casu, sed ducis qui hostes deuicit consiliis ac virtute. Illum itaque rectè sensisse patriæ casus testantur, hunc resp. præclarè gesta arguit longè latéque erasse. Et sanè cladem accipere necopinãtem, & rerũ prospere gerendarum corrumpere diffidentia occasionem, par ducis est delictum: quippe vna temeritatem gignit & eripit audaciam imperitia. Hactenus de rebus belli- A
cis. Domi magna suggillatio Periclis bellũ fuit, cuius ille, dũ reluctatur nimiùm Lacedæmoniis, dicitur autor fuisse. Equidem nec Fabiũ Max. censẽã fasces submissurum Pœnis fuisse, imò fortiter se pro imperio in B
discrimen demissurum. Fabii tamen erga Minutium moderatio & lenitas, factionem aduersus Cimonem & Thucydidem Periclis coarguit, egregios viros & ab optimatibus stãtes, quos in exilium egit. At certè opes & potentia maior Periclis: quare nemini vlli permisit imperatori malis consiliis remp. labefactare. solus illi elapsus Tolmides vi eum reiecit. Cæterùm hic in Beroticos incurrit, reliqui summæ eius potentiæ cessere, & ad arbitriũ se eius accommodauerunt omnes. Fabius fuit ipse quidẽ prouidus, nec vsquam incurrit, sed co- C
hibendorum cæterorum potestate apparet eum fuisse imparem. neque enim Romani, si tantum Fabius apud ipsos, quãtum Athenis Pericles, polluisset, in tãtas incidissent miserias. Iam inuictum à pecunia animũ, hic 348
ab offerentibus nihil capiendo, ille multa largiendo egentibus, dum redemit suis nummis captiuos, demonstrauit. Non fuit hæc ingens summa tamen, sed ad sex talenta. Pericles, difficile dictu, quantũ quæstus & munerum consequi à socijs & regibus occasione potentiæ suæ quum potuisset, præstitit se abstinentissimum. D
Opificiorum quidem certè mole, templorũmque atque ædificiorũ substructionibus, quibus Athenas exornauit Pericles, cuncta quæcunque ante Cæsares Roma habuit ornamenta haudquaquam sunt conferenda, sed longè latéque, sine vlla comparatione, magnificentia & nobilitate præ his obtinent illa primas.

NOBILI AC GENEROSO domino, D. Carolo à Brimeu, comiti à Megen, domino Hombrecuriæ & Vuestmaliæ, gubernatori Gelriæ, Hermannus Cruserius S. P. D.

QVVM res duæ sint quæ hominem ad honores & opes prouehãt, virtus res militares, & eruditio, longè mihi maioris dignitatis videtur, quæ clarissime comes, virtus res militares præstantiorque esse videtur. Nam quicunque hac præcelluerunt, si non solum opes suas tenuit, verumetiam adcreuit alienas. Hac arte primi parauerunt imperium Babylonij, hac Cyrus regnum Persarum constituit & auexit, hac Alexander orientem ad Indum amnem vsque subiugauit, eadem populum Romanum dominum reddidit gentium, hac Camillus magnis ferocem Saxones fregit, indomitos Hungaros domuit & bellacem contudit Longobardos. Hac inquam præditi ipsa fuerunt, æternam gloriam peperit, cæteroquin diu amnis eruditionis laus & industria latent in tuta & præsidio bellicæ virtutis. Simulatque concrepuit suspitio tumultus, artes illico reliquæ conticescunt. Iam summa dignitas est in qua militaris laude antecellunt: omnia enim quæ sunt in regno vel diuine aliqua, vel in rep. atque ciuitate, ab ijs defenduntur & firmantur. Summa etiam vtilitas, siquidem eorum consilio & periculo cum republ. tum etiam nostris rebus perfrui possumus. Ab his belli pericula repelluntur. Hi non se modo, sed & cæteros protegunt, eripiunt discriminibus & seruant. Quam quidem quandiu gens Olla coluit, tam diu & sua retinuit & fines ampliauit. Vbi eam de manibus deposuit, statimque & socordiam est secuta, illico imperium amisit & libertatem. Ita deuicti dominatu à Persis sunt Chaldæi, à

Persis à Macedonibus exuti, ita spoliati ab Romanis Macedones. Ipsa denique terror gentium Roma, vbi luxui cepit se mancipare & ponere arma, est à Gothis oppressa. Reliquæ sunt quidem scientiæ pacis ornamenta: at artes militares ipsam pacem, ipsam etiam protegit pacem. Ea si deficiantur, illico detrahuntur. Steterit quidem hac vna perdita vrbe Roma, multasque nationes sibi subiecit antequam artem nosset singularem vllam aliam. Verum vbi hanc amisit, amisit vna imperium omniaque quæ quæsierat decora. Quo magis hæc est colenda virtus, hac arte meditãda, nõ tantũ vtilitatis gratia, verum etiã necessitatis: quo honeste in securitate degamus, neq; præda esse cogamur insidiantium vicinorum. Ea arte præcelluerunt Alcibiades & C. Marcius Coriolanus, qui res magnificas gesserunt, neque vsquam, vbi ipsi interfuerunt, cessitauere. Eorum illustrium virorum vitas, quas modo in Græcia in Latium traduxi, tuo nomini, clarissime comes, existimaui consecrãdas. Siquidem quæ in te est sciẽtia rei militaris & magnanimitas, & res bello gestæ postulabant vt vir bellicosissimi ad te ducem bellicosissimum diuerterent. Iam suscitant me vt hoc par vitarum tibi dicarem, Gelria, summe de origine ex vna parte trahor, quæ semper bello habita insignis est, cui nunc præes & moderaris: ad hæc amicitia quæ tibi intercedit cum illustrissimo principe meo, Vicinitasque cum eodem, & cum ea vrbe vbi domicilium habeo, Campensi. Hunc meum laborem & voluntatem humanitas tua spondet mihi non fore tibi ingratam. Vale clarissime comes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLVTARCHI

Vitæ comparatæ

ALCIBIADIS ET C. MARCII CORIOLANI,

HERMANNO CRVSERIO I. C. interprete.

ALCIBIADES.

A 349 ALCIBIADIS origo ex alto ducta autorem habere Eurysacem Aiacis filium putatur. Materna stirpe Alcmæonides fuit ex Dinomache Megacl filia genitus. Pater eius Clinias, triremi suo instructa impendio, ad Artemisium magna laude depugnauit, post ad Coroneam cecidit in prælio aduersus Bœotios. Tutores Alcibiadis fuerunt Pericles & Ariphron, Xanthippi filii pro pinqui eius. Ferunt non immeritò Socratis beneu- B lentiam & amicitiam haud parum ei momenti attulisse ad gloriam, siquidem Niciæ, vel Demosthenis, vel Lamachi, vel Phormionis, vel Thrasybuli, vel Thrasymenis, illustriú illius ætatis virorum, horum inquam nullius ne mater quidem vllius est scriptis nominata. Alcibiadis verò etiam nutricem Lacænam nationo nomine Amyclam, & Zopyrum nouimus pædagogum quorú huius Plato, illius Antisthenes meminit. De re nustate Alcibiadis formæ nihil fortasse refert dicere nisi quòd & puerú & adolescentem & virú cum omn effloresceus ætate corporis & articulis amabilem red didit & iucundum. Neque enim (vt Euripides dixit) C 350 mniú pulchrorum etiam pulcher autumnus est: veru Alcibiadi id inter raros alios ex corporis indole &

peratura suppeditauit. Voci eius vel balbutiem decorem addidisse ferunt, & loquentiæ blandam cõciliasse gratiam. Meminit eius balbutiei Aristophanes hisce verbis, quibus cauillum iacit in Theorum, A

Mox Alcibiades ait ad me balbutiens,
Celsi Theolum, capite eolumo ille adest.
Rectè Alcibiades id quidem balbutiit.

Et Archippus filium Alcibiadis perstringens,

Gradatur, inquit, nitens, & vix pallium laxu trahens:
Ne non patri sit similis ipse filius:
Inflectit & collum simul balbutiens.

Mores eius multas postea, nimirum magnis in rebus & fortunis multifariis, varietates vicissitudinesq; contrarias edidere. Quum autem natura grãdes animi motus inessent ei, pertinacia laborauit potissimùm & primatus ambitione, vt liquet ex eius dictis, quæ commemorãtur, puerilibus. Nam in luctа quú deprimeretur, ne caderet, manus illius qui ipsum deprimebat sibi iniectas ori admouit, & mordere cœpit. Qui nexu laxato, quum diceret, Mordes Alcibiades more mulierum? Minimè verò, inquit, sed more leonum. Pusio etiamnum lusitabat in vico talis. Quú iactus vices rediB rent ad ipsum, superuenit plaustrũ onustũ. Ibi primùm aurigam sustinere iussit: nã incidebat iactus in viã qua transibat plaustrum. Quo nõ parente ob rusticitatem, sed pergente, alii pueri dimouerunt se: Alcibiades pro vehiculo abiecit se in faciem, expandénsque se, eo modo dixit, si vellet, vt transiret. Ita metu homo percitus vehiculum inhibuit, & qui id spectabãt, conclamauerunt pauidi, accurreruntque ad eũ. Postquam dedit se 351 ad discendum, cæteros magistros attendit sedulò, at tiD bia canere, vt rẽ sordidã & illiberalem, refugit. Nã plectri quidem & lyræ vsum nihil dicebat gestum vel formã deprauare libero homini conuenienté, tibiam verò inflantis hominis ore vel intima familiaritate coniunctos vix agnoscere vultũ: præterea lyrã nõ adimere pulsanti quin simul loqui & accinere valeat, tibiã obturare & obstruere cuiusque vocẽ & incidere sermonẽ. Ergo, inquit, canãt tibia Thebanorũ filii: nã dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nescíunt. nobis Athenienſibus(vt à maioribus accepimus)dire Minerua & præſes Apollo eſt,quorú ſuperior tibiã proiecit,alter excoriauit fiſtulatorem. Ita iuxtà ioco ac ſerio ſeipſe Alcibiades & cæteros ab eo ſtudio abduxit. Statim enim dilata eſt inter pueros fama, meritò Alcibiadem faſtidire fiſtulam, & eius ſtudioſos deridere: vnde ex oblectamẽtis liberalibus planè ſuit exploſa & prorſus irrita tibia. In maledictis Antiphontis relatum eſt,puerũ domo profugiſſe ad vnum ex amatoribus ſuis Democratem. Quum Ariphron
B proclamare eum cõſtituiſſet, Periclem id impediiſſe ac dixiſſe, Si fato functus eſt,vno die propter præconium inueniretur citius: ſin eſt ſoſpes,reliqua vita eius erit deplorata. Inſuper vnum ex aſſeclis eius ab eo interfectum,quem fuſte percuſſiſſet in Sibyrtii paleſtra. Verùm non eſt ſtandum fortaſſe iis quæ inimicus ex profeſſo proſcindendi eius cauſa iecit. Quum multi iam & præſtantes viri & aſſidui aſſectarentur eum,cæteros linquebat rapi & duci formæ eius venuſtate: at
C Socratis amor magna cõprobatio pueri virtutis fuit & indolis. Quam quum emicare & elucere animaduerteret in ſpecie,ſuſpectas autem haberet diuitias eius, dignitatem,& occupãtem eum aſſentationibus &
352 obſequiis cœtum,hinc ciuũ,hinc externorum atque ſociorum,inſtitit obuiam ire,eiuſque curam agere,ne fructum ſuum,ſicut plãta,vitiaret & abiiceret in flore. Nullum enim quenquam fortuna iis quæ dicuntur bona vſqueadeo circumſepſit cinxitque foris,ad præcludendum philoſophiæ aculeis & ſermonibus libertate atque ſtimulo conditis aditum,vt mox à tyrocinio delinitus Alcibiades & circumiectus fuit ab adulatoribus,ne audiret monentem & erudientem. Vt ea-
D men ingenii cognouit Socratem, eúmque, diutiſſime repulſis & elaris amatoribus,admiſit. Breui inde,vſu familiaritate eius,quũ differentem audiuiſſet eum,qui non effœminatã voluptatẽ venabatur amatorem,nec oſcula vel contrectationes affectabat,ſed ſirum animi nudabat,inanémq; ac ſtolidam retũdebat inſolentiam

Gallus Velut ſeruus premens alam hortatur;

ac Socratis arbitratus eſt conatum re vera deorum eſſe A
miniſterium ad curam & ſalutem adoleſcentium. Deſpiciens autem ſemetipſe,ſuſpiciens illum,exoſculans benecuolẽtiam eius,reuerens virtutis imprudens ſimulacrum amoris,vel (vt ait Plato) mutuũ imbibit amorem, vt mirarentur omnes,quũ cœnitare apud Socratem eum,eum illo ſe exercere,illius vti contubernio, reliquis amatoribus cernerent auſterum eſſe & difficilem, nonnullis etiam inſultantem ſuperbè,vt Anyto
Anthemionis filio. Hic amore deperibat Alcibiadis. Qui quum hoſpites nonnullos inuitaſſet,vocauit hunc B
quoque ad cœnã. At hic venire abnuit,ſed domi cum ſodalibus merſus vino,ad Anytum comeſſabũdus profectus eſt,foribuſque triclinii adſtãs,& contemplatus aureis & argenteis refertas poculis menſas,pueris ſuis iuſſit dimidium eius auferre ac domum ad ſe deferre: nec dignatus tamen eſt introire,verùm his actis digreſſus eſt. Stomachantibus hic hoſpitibus,indignámque rem eſſe frementibus & inſolentem,quam in Anytum deſignaſſet, Imò, inquit, benignam. Anytus: ſiquidem 353
quæ licebat ei tollere vniuerſa,horum nobis partem reliquit. Talis item aduerſus alios amatores erat, C
præter vnum hominem incolam:quem (vt aiunt) non admodum locupletem, quum omnia diſtraxiſſet, & quod inde erat redactum ad centum ſtateras, offerret Alcibiadi, vt acciperet orans, arridens lætúſque vocauit ad cœnam. Benignè accepto,aurum homini reddidit, iuſſitque vt redimentes poſtero die vectigalia publica licitatione ſuperaret. detrectanti,quòd multorum talentorum eſſet licitatio,denuntiauit, ni faceret,ſe verberibus eum mulctaturum. Erat nanque priuata quædam ei cum publicanis offenſio. Manè igi- D
tur ad forum profectus incola addidit licitationi talentum. Vbi collatis capitibus indignãtes publicani laudare eum iuſſerunt prædem, tanquam reperturus neminem eſſet. perculſo homine & iam recedente,procul ſtans Alcibiades archontibus,Me, inquit, ſcribite, meus eſt amicus:ego pro eo ſpõdeo. Quo audito,omne illorum abſciſſum conſilium fuit. Soliti enim ſecundis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A redempturis dissoluere priores nõ expediebãt rei difficultatem. Precibus igitur hominẽ aggressi sunt oblata pecunia, sed non permisit Alcibiades vt minus caperet talẽto. Quod vbi accepit, ea mercede iussit ei rem relinquere: atque ea ratione homini subuenit. Porrò Socrates in amore quũ multos haberet riuales, modò Alcibiadis ob ingenii eius præstantiam potens erat, quòd oratio sua manus huic iniiceret, & cor verteret excirẽtque lacrymas. Interim adulatoribus varias obiicientibus illecebras sese permittens, elabebatur Socrati: atque reuera hic vt fugitiuum venabatur eum,
B qui ipsum verebatur & formidabat vnum, reliquos
354 contemnebat. Ac Cleanthes eum quem amabat, ob se quidẽ teneri dicebat auribus, riualibus verò suis multis præbere ansas, quas apprehendere ipse nollet: ventrẽ significãs, penem & gulam. At Alcibiades erat haud dubiè ad voluptatem pronus. Nam illa quæ à Thucydide refertur incontinentia victus, quam adhibuit corpori suo, hãc præbet suspicionem. Verùm ambitionem eius tamen magis & gloriæ cupiditatẽ prehen-
C dentes corruptores, parum illum tempestiuè impulerunt ad magnas res suscipiẽdas, persuadentes ei, vt primùm remp. attigisset, non cæterorum modò ducum & concionatorum ilicò obstructurum ipsum luminibus, verùm potentiam etiam apud Græcos Periclis gloriámque superaturum. Itaque vt ferrum igne emollitum densatur denuò frigore, & partibus suis coit: ita illum Socrates iactabundum & arrogantem, quoties arripuisset, premens eum oratione & contrahens, infractum reddebat & demissum, quũ perciperet quàm
D multorum indigus & exors esset ad virtutem. Vbi ex pueris excessit, adit ludimagistrum, postulauitque volumen Homeri. Qui quũ nihil se diceret Homeri habere, inflicto colapho, reliquit eum. Quum alios habere diceret se Homerum, quem ipse emendasset, Et tu, inquit, literas doces, qui vales emendare Homerum? quin iuuenes instruis? Ad Periclis ianuam, vt eum conueniret, quum accessisset, & intelligeret occupatum, quòd quemadmodum referret rationes, secum

volueret, discedẽs Alcibiades, Atqui satius erat, inquit, A perpendere quemadmodum rationes Athenienſibus non referret. Fuit admodum adolescens in expeditione contra Potidæam susceptã, habuitque contubernalem & in certaminibus latus suum cingentem Socratem. Quum aliquando acris pugna esset, præ cæteris ambo dimicauerunt strenuè: faucium autem Alcibiadem protexit & defendit Socrates, & verò (quod con- 355
stitit omnibus) eum cum armis conseruauit. Debebatur ergo optimo iure præmium militare Socrati. Sed quum ob dignitatem apertè contenderent duces de- B
ferre Alcibiadi honorem, Socrates, quo eius in rebus præclaris intenderet ambitionem, primus testis fuit & autor vt donaretur ille corona & decoris armis. Iam pugna in Delio terga dantibus Athenienſibus, Alcibiades equo vectus Socratem pedibus se cum paucis recipientem, vt eum conspexit, non est præterlatus, sed stipauit texitque eum, quanuis instarẽt hostes & multos obtruncarent. Cæterùm hæc pòst consequuta sunt. Hipponico Calliæ patri, cui diuitiæ & nobilitas ingens nomen & opes conciliauerant, inflixit colaphum, nul- C
la ipse quidem incensus ira vel simultate, sed quum per lusum id constituisset cum sodalibus. Ea proteruia per ciuitatem diuulgata, quum omnes Hipponici iniuria meritò commoueret, lucis principio accessit ad Hipponici ædes, pulsatisque foribus adiit illum, positáque veste corpus ei flagellandum obtulit atque mulctandum, qui deposita ira ignouit ei, postmodum dedit ei nuptui filiam Hipparetẽ. Alii Hipponicum negant, sed filium eius Calliã despondisse Alcibiadi Hipparetẽ, addita dote decem talẽtorum. Deinde, quum peperisset, altera insuper decem Alcibiadem extorsisse, quasi ita conuenisset si nati essent liberi. Callias verò D
insidias metuens, hæredem eum coram populo ex asse, si ipse decessisset sine liberis, nuncupauit. At Hipparete, casta fœmina & viri amans, quum esset impatiens iniuriarum genialis tori, quòd consuetudinem ille haberet cum meretricibus peregrinis & vrbanis, diuertit ab eo, & contulit se ad fratrem. Non laborante id Al- 356

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cibiade, sed lætè agente, oportebat eam diuortii mone
menta apud archontem deponere, non per alios, sed ipsam præsentem. Quæ vbi adfuit, vt id ex lege ageret, irrumpēs Alcibiades rapuit eam, medióque foro domum ferens abiit, nec fuit quisquam qui obsistere vel eam auferre sustineret, atque illa mansit apud eum quoad vixit. Cæterùm non multo pòst, quum nauigasset Alcibiades Ephesum, vita excessit. Et quidem non fuit vis hæc visa prorsus detestanda vel inhumana: lex nanque ideo in publicū, meo iudicio, producit ipsam
B quæ diuortit, quo congrediendi cum ea viro & retinendi eius sit facultas. Canis quem habebat Alcibiades insitata magnitudine & specie septuaginta emptum minis, perquam elegantem caudam detruncauit. Obiurgantibus eum familiaribus, omnésque dicentibus, canis causa pungi & infectari ipsum, arridēs, Ergo fit, inquit, quod volo: volo enim de eo loqui populum Athenièsem, nequid de me dicat deterius. Primùm eius in concionem accessum largitionem ferunt habuisse pecuniæ, nō quidem ex compositō, sed quum
C præteriret strepente populo Atheniense causam requisiuisse motus. Intellecto donatiuum populo datum à quibusdam, accessisse atque largitum item de suo. Plaudente populo clamoréque tollente, oblitum ex gaudio fuisse coturnicis quam fortè in pallio ferebat. Quæ territa & suo inte intendisse populum clamorem, ac consurrexisse frequentes, vt præstò essent ei ad auem capiendam. Cepisse autem Antiochum gubernatorem auem, atque ei restituisse, inde charissimum fuisse Alcibiadi. Ad remp. quum magnis ei fenestras, natales, o-
D pulentia, strenuitas in prælus, frequentia amicorum & familiarium aperirent, ex nulla re malebat quàm ex dicendi lepore ad plebem valere. Nam eloquentem
357 eum fuisse cum comici testificantur, tum inter oratores disertissimus, qui in oratione contra Midiam Alcibiadem ostendit inter cætera eloquentissimū fuisse. Quòd si Theophrasto credimus, viro præ cæteris philosophis multæ inquisitionis & lectionis inuentō di ex quæ causæ conferrent atque excogitandi, omnia

fuit Alcibiades acerrimus. Quum verò inuestigaret A
non tantùm quæ dicenda essent, sed & quibus quæque nominibus & verbis, atque cum illa subinde præterirent, offendebat, & inter dicendum obmutescebat interquiescebátque, fugiente ipsum dictione, excutiens memoriam & rem reputans. Huius in equis alendis magnificentia etiam curruum numero fuit celebris. Solus enim hic, præterea nemō, ad Olympiæ ludicra neque priuatus neque rex septem misit. Palmam verò quòd retulerit primam & secundam & quartam, vt B
autor est Thucydides, vel, vt Euripides, tertiam, ea re excellit splendore & gloria omnibus qui in eo genere elaborauerunt. Sic enim canit Euripides,

Te Clima verò patris filii canam.
Nam pulcher es, & Gr. Gr. Gr. omnium
Pulcherrimus inter Pelasgos puluere
Olympico, primam lauisti palmam omnibus,
Et proximam cum terra tulisse te,
Cui sum fuisse liberum laboribus,
Ramis oliuæ bis coronatus, bis &
Et voce præconis celebratus palam.

Hanc eius gloriam fecit munificētia hostium illustrio- C
rem, siquidem tentorium ei Ephesi posuerunt eximiè adornatum, pabulum equis & copiam victimarum præbuit Chiorum ciuitas, Lesbii vinum & cæteras epulas largè multos inuitanti. Atenim calumnia quædam vel malignitas, quæ in illum incurrit honorem, præbuit plerisque sermonem. Fama nanque est fuisse Athenis Diomedem, hominem non malum, amicum Alcibiadis, qui palmam olympiacam auens obtinere, quum esse currum publicum accepisset apud Argiuos, D
magnam autem Alcibiadis autoritatem Argis sciret, multósque ibi habere hunc amicos, induxit eum ad emendum currum. Emptum Alcibiades suum proprium professus est: Diomedi verò frementi, ac deūm hominúmque fidem testanti, vale dixit. Videtur iu- 358
dicio quoque hac de re actum, atque orationem scripsit Isocrates De curru pro Alcibiade puero, in qua Tisias nominatur, nō Diomedes, qui iudiciū ei dictauit.

A Postquam ad rempublicam accessit admodum adolescens, ilicò reliquos populi duces depressit, aduersarios autem habuit Phæacem Erasistrati filium, & Niciam Niceratí, hunc ætate iam prouectum & optimum habitum ducem: superiorem, in limine tunc positum, vt ipse, incrementi, claris autem ortum maioribus, at cum aliis rebus tum dicendi facultate eo inferiorem. Priuatim enim affabilis & facundus potius esse, quàm puluerem ferre forensem videbatur. Siquidem habebat (vt refert Eupolis) loquentiæ multũ, nihil eloquentiæ. Versatur etiam in manibus quædam in Alcibia-
B dem & Phæacem scripta oratio, in qua inter cætera relatum est, vasa, quibus ciuitas abundabat aureis & argenteis, omnia Alcibiadem, vt propria, in quotidiano vsu habere. Erat Athenis Hyperbolus quidam Perithœdes (cuius Thucydides quoque vt hominis tetri meminit, & materiam comicis penè omnibus perpetuã dicteriorũ in theatris præbuit) homo autem perfrictæ frontis & gloriæ incuria probri contemptor. Quæ quũ impudentia sit & vecordia, audaciam eam nominant nonnulli & fortitudinem. Hic nemini quidem erat probatus, verùm ad suggillãdos perstringendósque principes vtebatur eo populus frequẽter. Hu-
C ius ergo impulsu decennale exilium (quod vocant ostracismon) erat populus irrogaturus. Eo ad leniẽdam inuidiam potius quàm timorem, vt quisque inter ciues honore & autoritate præcellebat, ita eum premebant semper & exagitabant. Quum esset nemini dubium quin ex tribus illis essent exilium vni inflicturi, consociauit factiones Alcibiades in vnum, ac re cum Nicia communicata damnationem in ipsum vertit Hyperbolum, vt alii volũt, non cum Nicia, sed colloquen-
D tus cum Phæace, illius adiuncta secta, Hyperbolum ei-
359 cit ciuitate nihil minus cogitantem. Vilis enim in eam mulctam vel obscurus nemo incidebat, vt ait Plato comicus, Hyperboli mentionem faciens,

Quamuis suis sit digna passis moribus,
Sese tamen non digna nec suis meritis:
Nam non reperiam istius est causa ostracum.

Verùm de his alio loco latius, quæ memoriæ prodita A
sunt, retulimus. At Alcibiadem non minus existimatio apud hostes Niciæ quàm apud ciues honores mordebant. Siquidem erat Alcibiades quidem hospes publicè Lacedæmoniorum, curámque habuerat eorum qui capti fuerant ad Pylon, cæterùm quia pacem illi opera Niciæ potissimùm obtinuerant, captiuósque receperant, aque ideo diligebant eum mirificè, erátque in ore Græcis à Pericle bellum conflatum, finitum ab Nicia fuisse, eámque pacem nominabãt plerique Niceam, haud mediocriter anxius Alcibiades inuidénsque ei, statuit conuellere fœdus. Ac primùm, quum B
suboleuisset ei quærere Argiuos, odio ac metu Lacedæmoniorum, perfugium, fecit iis clàm spem Atheniensium societatis, atque eos cum per nuntios tum ipse cum primoribus populi agens confirmauit, ne formidarent aut succumberent Lacedæmoniis, sed respicerent Athenienses, & spatium darent. Nam breui fore eos vt pœniteret pacémque turbarent. Vt verò societatem Lacedæmonii cum Bœotiis inière, neque Naupactum (vti debebant) tradiderunt integrum Athenien- C
sibus, sed dirutum, populum Athenienſem, quem acceperat frementem, magis magisque inflammauit, ac multitudinem in Niciam incitauit, eúmque exagitauit consentaneis criminibus, noluisse in prætura eum illos qui ab exercitu hostium relicti in Sphacteria fuerant, capere. captos autem ab aliis, in gratiam Lacede- 360
moniorum liberasse ac reddidisse: deinde qui amicus sit illorum, eos ne coniurarent cum Bœotiis & Corinthiis, non induxisse, prohibere verò ne Græci, qui cupiunt, societatem & amicitiam, ni videatur Lacedæ- D
moniis, copulent cum Athenienſibus. Quum inde Nicias aduerso rumore esset, aduenerunt fortè ab Lacedæmone legati cum æquis (vt statim ostendebant) mãdatis, docuerúntque cum libera potestate se ad omnes controuersias æquis legibus componendas missos. Quum id placeret curiæ, & esset populi concilium in posterum diẽ indictum, trepidus Alcibiades, perfecit vt colloquerentur secum legati. Vt congressi cum eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sunt, Quid hoc rei est, inquit, Spartiatæ? An fugit vos senatum semper erga legatos moderatè se gerere & humaniter, populum verò esse elatum & grandia affectare? Quòd si missos vos dixeritis cum mandatis liberis, imperandi & extundendi vobis nullum faciet modum. Quin mittitis hanc amentiam, si æqua à populo Atheniense impetrare, nec inuitis vultis vobis quid extorqueri: ita verò agite cum populo Atheniense, quasi potestatem non habeatis plenam, nos in Lacedæmoniorum gratiam erimus vobis præstò. Ita fatus, iusiurandum dedit iis, traduxitque eos ab Nicia
B fidem vt sibi haberent, mirantes eius, vt non vulgaris viri, & solertiam & prudẽtiam. Insequenti die conuenit populus, quò legati processerunt. Rogati sanè quæ comiter ab Alcibiade, quid venissent, negauerunt libera mandata habere. Mox Alcibiades initare cum clamore, quasi non eos iniuria afficeret, sed afficeretur ipse, perfidos & versipelles appellans, neque vt quicquã boni vel facerent vel dicerent, ostẽdens venisse: fremere etiam senatus, exardescere ira populus, Nicias, imposturæ & doli ignarus, stupore & pudore ex istorum
C hominum inconstantia defixus esse. Ita explosis Lacedæmoniis Alcibiades designatus prætor, Argiuos, Mantineos, & Eleos adiunxit extemplo populo Atheniensi
361 socios. Huius facti nemo rationem commendauit, ingens fuit tamen res ab eo perpetrata, qui penè vniuersam dissociauerit & concusserit Peloponnesum, atque vno die tot legiones in acie ad Mantineam Lacedæmoniis obiecerit, certamenque iis & periculum remotissimè ab Atheniensium finibus cõstauerit, in quo
D non multum operæpretii fecerunt ex victoria victores, &, si offendissent, vix esse Sparta poterat incolumis. Secundum pugnam mille viri Argis confestim populi imperium moliti sunt dissoluere, & ciuitatẽ in suam redigere ditionem. adfuerunt etiam Lacedæmonii, & ius populi sustulerunt. Hic, quũ plebs arma resumpsisset & esset victor, superueniens Alcibiades, victoriam præstitit populo solidam, & vt longos muros deducerent fuit autor, atque his mari iunctis vrbem penitus

populi Atheniensis viribus annecterent. Ille fabros & A
lapicidas ex Athenis adduxit, atque omne studium præstitit iisque re non minorem sibiipsi quàm ciuitati Atheniensi gratiam & opes quæsiuit. Suasit item Patrensibus vt murorum brachiis committerent vrbem mari. Hic quum admonerent quidam Patrenses, Athenienses vos deuorabunt, Alcibiades, Fortassis carptim, inquit, & à pedibus: Lacedæmonii verò à capite & semel. Enimuero consuluit etiam populo Atheniẽsi, vt terram quoque assereret, & obiecto iuuentuti semper illo quo adiguntur agrauli iureiurando, id vt præstarent re, admonuit. Iurant enim terminos se Atticæ B
habituros, triticum, hordeum, vineas, oleas, quo suggerebatur iis, omnem vt assererent terram cultam & frugiferam. His actionibus, orationibus, prudentiæ & eloquentiæ ingentem ex altera parte immiscebat vitæ luxum, comessationes, amores, proteruiã, mollitiem 362
vestium purpurearum, quas per forum trahebat, insolentem profusionem, incisuras in triremibus fororum quo mollius cubaret, quũ iniecta haberet fasciis non asseribus stragula, clypeum deauratum, in quo non assueta Atheniensibus insignia, sed Cupido fulmen tenẽs C
erat sculptus. Quæ principes quũ viderent, tum execrabantur ferebantque grauiter, tum extimescebant istam hominis dissolutionem & contemptum legum, velut tyrannica & mõstrifica. Animum aduersus eum populi exprimit hisce versibus Aristophanes,

Cupit quidem sed odit, ipsum vult tamen.

Alio loco grauans magis cum suspicione,

In ciuitate ne leonem nutrias,
Sin educaſti, obtempera eius moribus.

Largitiones enim ludorúmque exhibitiones & mu- D
nificentia in populum, quibus addi poterat *nihil*, claritas maiorum, dicendi vis, corporis decor, robúrque cum militaris rei coniunctum peritia & virtute efficiebant, in reliquis vt conniueret omnibus, eáque ferret populus Atheniensis moderatè, vtque vocabulis peccata eius lenissimis ludos appellaret atque humanitatem, vt quum Agatarchum pictorẽ vinxit, exinde

A quum pinxisset domum suam, muneribus dimisit honoratũ. Taureæ ex aduerso ludos edenti, quòd secum certaret pro victoria, colaphum infregit. Meliam mulierem ex captiuis sumpsit, cuius ex complexu puerum natum tulit. Eam enim vocabant humanitatem. Causam tamen, vt Melii puberes omnes interficerentur, quia scriptum in id decreuerat plebiscitũ, præcipuè dedit. Quum pinxisset Aristophon Nemeam, quæ sedentem in complexu suo Alcibiadem tenebat, spectauerũt tabulam, lætique eo concurrêre. At maioribus natu

B erant hæc quoque vt tyrannica & intoleranda offensæ: neque absurdè visus est Archestratus dicere, duos Græciam Alcibiades non potuisse ferre. Quum Ti-

363 mõ ab hominum odio μισάνθρωπον dictus, Alcibiadem, quem, quum in concione obtinuisset id quod agebat, prosequebatur populus magno honore, non præterire neq; defugere, sicut soleret alios, sed iret obuiam daráque dextra, Macte, inquit, incremento fili esto; magna enim omnes hos cumulabis calamitate: partim riserc, partim incessere cum conuitiis: nonnullos ma-

C gnopere id dictum permouit. adeo varia erat ob morum eius inconstantiam de eo opinio. Porrò Siciliæ, viuo etiam Pericle, adiecerat oculos populus Atheniẽsis, & defuncto, manus admouit, atque societatis specie auxilia & subsidia armorum mittebat assiduè iis qui ab Syracusanis infestabantur, gradum faciens ad maiorem expeditionem. At qui prorsus eum inflammauit ardorem, induxitque vt ne carptim neque minutim, sed ingenti classe expeditionem susciperent & subigerent eam insulam, Alcibiades fuit, qui spem po-

D puli instauit ad grandia, & grandioribus ipse inhiabat; siquidem exordiũ esse ad ea quæ complexus spe erat expeditionis, nõ terminum, sicut cæteri, cogitabat Siciliam. At Nicias quidem, quòd ardua forer res capere Syracusas, reuocabat populum ab eo consilio: Alcibiades verò Carthaginem sommãs & Africam, horum accessione Italiam & Peloponnesum iam amplexus, tantumnon pro promptuario belli ducebat Siciliam. Ac iuuentutem habuit statim sua sponte spe arrectam.

Senes

Senes hi audiebant mira de ea expeditione memoran- A
tes, vt multi in palæstris ac hemicyclis sedentes, figuram insulæ, situm Africæ & Carthaginis depingerent. Verum Socratem philosophum & astrologum Meto-
nem nihil ferunt ciuitati ex ea expeditione auguratos boni, superiorẽ ex præsensa & prædictione (vt arbitror) dæmoni sui familiaris: Meton, siue reputanda secum re metuens futuri, siue ratione aliqua diuinandi
insaniam simulauit, ac face arrepta ardente domum 364
suam instituit succendere. Quidam nullã dementiæ speciem à Metone aiunt adumbratam, sed nocte eum domum inflammasse, mox progressum manè ad concio- B
nem orasse supplicem populum, vt ad tantæ alleuationem calamitatis filium sibi ab ista expeditione relinquerent immunem. Ita ludificatus ille ciues, quod petebat, obtinuit. Nicias prætor fuit inuitus designatus, fugiens quantum poterat prouinciam hanc vel collegæ causa. Existimauerunt enim Athenienses bellum gestum iri rectius, si solutum non missent Alcibiadem, sed eius audaciam cum Niciæ temperassent cautione. Nam tertium prætorem Lamachum, etsi C
vergentem annis, nihilo apparebat esse ex certis prælii Alcibiade minus flagrãtem & temerarium. Quum deliberaretur de copiis & apparatus ratione, iterum obsistere Nicias cœpit & bellum compescere. Sed quum repugnaret Alcibiades, & esset in sententiam eius discessum, rogationem tulit orator Demostratus, de apparatu & tota belli ratione vt prætoribus permitteretur. Facto in id plebiscito, instructisque ad classis expeditionem omnibus, tetra prodigia D
maximè solennibus apparuere. Incurrentibus in dies illos Adoniis species passim mortuis, qui efferuntur, similes exponebant fœminæ, & exequias planctibus repræsentabant cantilenisque lugubribus. At verò truncati vna nocte Hermæ, quos vocant, qui maxima ex parte mutilati facie erant, multos perculerunt, etiam illos talia qui contemnebant. Manauit fama Syracusanorum causa colonorum suorum Corinthios, quo iis ostentis reprimeretur populus Athe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nientia, bellúmque deponeret: hæc patrasse. Nihil populum tamen vel hic rumor mouit vel portenta, haud quicquam fœdi ducentem accidisse, sed cuiusce modi designare iuuenes temulenti in lasciuiam ex lusu de-
365 lapsi solentiram verò simul & metum ei res, velut ex coniuratione ad magnos designata motus, excitauit. Itaque acriter quamuis suspicionem excussit tum senatus huius rei causa habitos, quàm concio vt paucis diebus sæpius aduocata. Interea seruos nonnullos &
B incolas produxit Androcles concionator, qui Alcibiadem eiúsq; amicos aliorú laceratorú signorú & effectorum per vinú mysteriorú insimulauerút. Hi Theodorum quendam ostenderunt egisse præconem, Polytionem tædiferum, Alcibiadem hierophantem, cæteros sodales adstitisse mysteriis initiatos appellatósque mystas. Quippe hæc cõtinebat Thessali Cimonis filii accusatio: qui Alcibiadis nomen de profanatis Cereris & Proserpinæ sacris detulit. Frendente ira populo atque in eum incenso, & Androcle (erat enim Alcibiadis hic, vt alius nullus, hostis) facem subdente, fuit Alcibiades initiò perturbatus. Verùm vbi nautas aduersus,
C quotquot nauigaturi in Siciliá erant, studiosos sui esse, simúlque milites Argiuósque & Mantineos, qui mille peditum erant, audiret diserte dicentes, Alcibiadis & gratia transmarinã & longinquã expeditionem fuscepisse, quẽ siquis læsisset, abscessuros iliccò domum, animum recepit atq; occurrit ad se defẽdendum. Ita fracti iterum sunt inimici eius, veriuq; ne populus, quòd eius opera indigeret, mollior foret in iudicando, fgrue quo huic rei occurrerent, hoc struxerunt vt oratores qui specie Alcibiadi non iniqui, odissent eum tamen
D non secus atque illi ex professo qui essent hostes, in concione dicerent, rem indignam esse tanti imperatorem exercitus cũ libera potestate creatum legionibus sociisque conscriptis, inter sorte ductos iudices &
366 aquam infundentes corrumpere tempora. Nunc verò, quod felix faustúmque sit, pergeret: bello confecto iisdem legibus præsens causam diceret. Verùm ea malitia prolationis non fefellit Alcibiadem, sed

pro concione dorum demonstrauit esse, vt relictis A
contra se criminibus & calumniis, timore suspensus iudiciali cum tanto exercitu mitteretur. Decere enim, nisi crimina purgaret, vt animadverteretur in se: sin purgasset se, & esset compertus insons, ad hostes vt se liberatum calumniatorum metu conferret. Cæterùm vbi non audiit eum populus, iussus soluere, vela fecit cum collegis. Triremes habebat non multum intra quadraginta & centum, pedites quinque millia
centum, sagittarios funditoréisque & leues milites ad B
mille trecentos, apparatúmq; alium ingentem. Inde vt appulit ad Italiam & tenuit Rhegium, proposuit ibi consilium suum, quemadmodum instituẽdum bellum foret. Cui repugnante Nicia, adstipulante verò Lamacho, in Siciliam vectus Catanam ad deditionem subegit. Nihil gessit præterea, quòd confestim esset reuocatus ad iudicium. Primùm nanque frigidis (vti dixi-
mus) suspicionibus Alcibiades & calumniis aspersus C
fuit per seruos & incolas: deinde, quia lacessiuerunt malenoli absentem acrius, & cum violatis simulacris mysteriorũ crimen, quasi ab eadem perpetratum coniuratione ad res nouandas, confuderunt, coniecerunt in carcerem eos qui quauis de causa fuerunt delati inauditos, pœnituitque eos quòd flagrantibus delictis tantis, in iudicium nõ rapuissent damnassẽtque Alcibiadem. Quisquis in conceptam aduersus illum flammam incurrit necessarius vel amicus vel familiaris, sæ- D
uioribus illis vsus est. Delatores omisit Thucydides appellare: alii tamẽ Dioclidem & Teucrum eduut, in quibus Phrynichus est comicus, cuius hi versus sunt,

O signum amabile, Hermes: ne cadas cauc, aut te affixeris vsquam,
Præbeas ne ansam alieni alteri Dioclidi prauis aliquid 367
facere volenti: Caueto.
Non Teucro enim dare iudices volo scelesto præmia hospiti.

Et quidem nihil certi vel firmi indices demonstrarunt. De quibus rogatus vnus quemadmodum vultus eorum, qui truncauerant simulacra, cognouisset: vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A respondit, Ad lunam, toto cælo errauit: nam fuerunt hæc interlunio admissa. Excitauit id quidem sanorum hominum strepitum, populum verò ne hoc quidem fecit ad calumnias remissiorem, sed eodem quo cœperat, perrexit impetu in vincula dare & coniicere quicunque esset delatus. Inter custodias & vinctos illorum criminum causa etiam orator erat Andocides, quem refert Hellanicus historiographus inter Vlyssis posteros. Habebatur minimè popularis, sed de factione paucorum potentium, Andocides: cui præcipuè suspicionem
B attulit mutilatorum signorum amplum signum propter domum eius locatum Ægeidis tribus monumentum. Nam inter admodum pauca simulacra nobilia inuiolatum remanserat propè solum. Qua de causa vocatur adhuc Andocidis, omnésque, licet reclamet inscriptio, ita id nominant. Accidit vt supra cæteros, qui ea eadem causa vincti erant, consuetudo Andocidi & amicitia cum quodam esset nō paris homine dignitatis, intelligētiæ autem & audaciæ singularis, Timæo nomine. Hic Andocidi consulit, semetipse cum paucis abiit vt deferat: confitenti enim cōcedi ex plebiscito impu-
C 368 nitatem, exitum incertum iudicii potentibus maximè terribile esse. Satius esse vt per mendacia incolumis, quàm codē ex crimine pereat ignominiosè. Qui si communi cōmodū publicū spectet, conducere vt paucis condonatis & dubiis multos & bonos viros eximat iræ populi. His Timæi verbis & monitionibus inductus Andocides, quū de semetipso & cæteris confessus esset, veniam habuit ex lege. Quos detulit, nisi qui profugissent, necati omnes sunt. Ac maioris fidei causa, adiecit iis Andocides proprios seruos. Neque hic tamē deposuit omnem
D iram populus, verùm postquam à violatoribus signorum discessit, acrius, quasi otiante bile, in Alcibiadem totus incubuit. Postremò misit ad eum triremem Salaminiam. Atque hoc quidem diserte dedit missis in mandatis, vim ei ne admouerent, neq; iniicerent manus, sed lenibus verbis vt aggrederentur eū, denuntiarentq; vt ad causam dicēdam sequeretur & purgaret se ad populum. Timebant enim tumultum in hostico exer-

& seditiones, quod Alcibiadi, si ei libuisset, facile erat A
factu. Quippe ob discessum eius animū abiicichāt, magnāque cunctatione expectabant ac inerti mora, velut exlcare rerum amoto, ducturum Niciam bellum. Nam bellator quidem erat Lamachus & vir fortis, sed auctoritate ob inopiam dignitatéque deficiebatur. Extēplo igitur in discessu suo Alcibiades Messanam adeuit Athenienſibus: erant enim parati certi ad dedendum oppidum. Quos ille quum optimè nosset, indicauit eos Syracusanorum amicis, rémque corrupit. Thurios progressus, quū ex naue descēdisset, abdidit se, elapsúsque B
est inuestigantibus ipsum. Cognitus à quodam, qui dixit, Nō fidis Alcibiades patriæ tuæ? Cætera, inquit, omnia, sed de capite meo ne matri quidem: ne forsè pro albo atrū calculum imprudens iniiciat. Pòst audito capitis se damnatū à ciuibus, At ego, inquit, illis ostēdam me viuere. Accusationē illam hisce verbis perscribunt: Thessalus Cimonis filius Laciades, Alcibiadem Clinix Scābonidē, quod aduersus ceremonias & instituta Eumolpidarū, præconū & sacerdotū Eleusinensium mysteria simulauit, & famdiatibus suis domi ea ostendit. C
veste indutus quali ostendit sacra hierophantes, seipse 369
hierophantē nominauit, Polytionem tædiferum, præconem Theodorū Phygeēsem, cæteros sodales mystas appellauit, & spectatores violatarum dearū Cereris & Proserpinæ, detulit. Damnauerunt eū indicta causa, publicauerunt bona eius, iosuper sciuerunt vt omnes sacerdotes caput eius sacrarent, quarum vnā aiunt Theano Menonis filiā, Agranlēsem, plebiscito interceſſisse, ac votorum se dixisse non execrationum esse sacerdotem. Tā multis iugulatus plebiscuis atque iudiciis Al- D
cibiades, vt primum Thurios profugus traiecit in Peloponnesum, Argis hæsit aliquādiu. Formidans autē inimicos, depositā recuperandæ spe patriæ, Spartam ad petendam fidem publicā misit, priores iniurias ostēdens, quibus se fuerat vltus, maioribus cōmodis & emolumentis pēsaturū. Quæ data, recipiētibúsque eū Spartiatis, alacris eò profectus, vnū ilico perfecit, vt, omissa cūctatione & procrastinatione, Syracusanis ferrēt supe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A petias, erexitque eos atque incitauit, vt duce misso Gylippo conuellerent vires in Sicilia Athenienſium, alterum etiam mouerent Athenienſibus ex Peloponneſo bellum: tertium & maximum, vt munirent Decelcam. quod vrbem Athenienſem æquè ac nihil aliud preſſit contriuitque. Alcibiades cum hinc publicè fuit probatus & ſuſpiciendus, tum priuatim auram popularem captauit, ac multitudinem dementauit, ad vitam Laconicam accommodando ſe, vt corpore quum viderent cute tenus raſum, frigida lauantem, oſſa victitantem, iure vtentem nigro, haud crederent, mirarentB túrque ſi coquum hic vir domi vnquam habuiſſet, vel aſpexiſſet vnguentarium, aut Mileſiam ſuſtinuiſſet attingere lænam. Nempe habebat (vt fama tenet) inter cæteras hanc vnam artem & ad capiẽdos homines fa-
370 bricam, vt aggregaret ſe & conuerteret ad ſtudia & mores aliorum, citioribus quam chamæleon varians mutationibus: veruntamen vnum ille (vt aiunt) neſcit repræſentare colorem album. Alcibiades verò iuxta inter bonos verſans & prauos, nihil non imitari, nihil non valebat exprimere: verùm Spartæ exercitationiC bus intentus, frugalis, auſterus eſſe: in Ionia voluptarius, lætus, ſegnis: in Thracia vino & equitationi indulgere: ſi cum Tiſſapherne ſatrapa ageret, pompa & luxu Perſicũ ſuperare ſplendorẽ. Non quo ſeſe tã expeditè in alios ex aliis ritus deflecteret, aut omnem recipiendi viciſſitudinẽ moribus, ſed quòd, ſi ingenium ſequeretur ſuũ, incurſurus eſſet in eos quibus vtebatur familiariter: figuram & ſpeciẽ ſemper arripiebat & induebat eam quæ illis eſſet apposita. Ac Lacedæmoni quidem foris ſi aſpiceres hominem, diceres, Non Achillis filius, ſed ipſe ſit quem inſtituit Lycurgus. Adv
D veros autem eius animi motus & facta exclames, Tiſſtina eſt mulier. Siquidem regis Agidis vxorem Timeam in caſtris agentis & abſentis ita peruertit, ex vt vterum geſſerit, neq; id iret inficias. Quæ quum ſimilem ſtirpẽ edidiſſet, foris appellabat eam Leotychidem, domi inſuſurratum auribus familiarium & proſequarum à matre nomẽ Alcibiadi erat. Ita iſta mu-

lier eius deperibat amore. Ille per inſolentiam iacta- A
bat non contumeliæ cauſa ſe id feciſſe nec libidine victum, ſed vt progenies apud Lacedæmonios regnaret ſua. Hæc ita agi multi detulẽrunt ad Agim, cui fecit potiſſimùm fidem tempus: quòd terræmotu exterritus fugiſſet ex thalamo ab vxore, nec decem menſibus pòſt conſuetudinem cum ea habuiſſet, poſt quos natum noluit agnoſcere Leotychidem. quod in cauſa fuit vt ab regno poſtmodum Leotychides decideret. Porro ſecundum cladem quam acceperant in Sicilia Athenienſes, Chiorum, Leſbiorum, & Cyzice- 371
norum legati vnà ad defectionẽ incundam venerunt B
Spartam. Hic pro Leſbiis quũ Bœotii facerent, Pharnabazus pro Cyzicenis, de cõſilio Alcibiadis ſtatuerũt ante cæteros Chiis opem ferre. Solvit etiam ipſe, atque vniuerſum ferè Ioniam impulit ad rebellandum, multaque detrimenta, adiũctus Lacedæmoniorum duCibus, populo Athenienſi inflixit. At Agis ob ſtupratæ iniuriã vxoris illi infeſtus, angebatur inſuper gloria ejus. Pleraque enim geri & ſuccedere fama erat Alcibiadis operâ: reliquorum quoque Spartiatarum potenti- C
ſſimi quique & ambitioſiſſimi invidia iam in Alcibiadem flagrabant. Itaque incubuerũt in hoc, idq; perfecerunt, vt magiſtratus vrbani ſcriberẽt in Ioniam eum vt de medio tollerẽt. Hic quũ id clàm reſciuiſſet, cauit ſibi, atq; in omnibus quidẽ quæ agenda eſſẽt, faciebat pro Lacedæmoniis ſed ſedulò declinabat ne in poteſtatem eorũ veniret. Ad Tiſſaphernem autẽ quũ ſecuritatis cauſa cõtuliſſet ſe, mox primus apud eum & maximus fuit. Nanq; verſutiam eius & inſignem calliditatem (quia integer non erat, ſed prauus & verſu- D
torum ſtudioſus) ſuſpiciebat barbarus. At quotidiana eius in familiari conſuetudine & conuictu vrbanitate, nulli mores non flectebãtur, nullum nõ capiebatur ingenium: ſed etiam timentibus ipſum æmuliſque erat vſus eius & aſpectus tamẽ iucundus & gratus. Igitur ferus aliàs atq; Græcorum, vt nullus alius Perſes, oſor Tiſſaphernes, adeo mãcipatus Alcibiadi erat, eius delinitus aſſentationibus, vt viciſſim ipſe blandiendo eum

A superaret. Siquidem hortos, quos præter cæteros habebat amœnissimos, fontium & pratorum salubrium gratia, in quibus prætoria erant & recessus regio exquisitóque exculti splendore, vocari Alcibiadem voluit, omnésque deinceps ita vocauerunt & appellauerunt. Repudiatis igitur Lacedæmoniorum partibus, vt
372 infidis, Agidéque suspecto obterebat eos & infectabatur apud Tissaphernem, obsistens ne sedulò illis auxiliaretur, neu opprimeret Athenienses, sed vt maligne suppeditando premeret eos & attereret sensim, reddé-
B résque vtrosque regi opportunos, vbi cladibus sese mutuis confecissent. Hic verò est assensus facilè, neque dissimulauit eum se ferre in oculis & magnificere. Vnde respiciebant vtrinque Græci Alcibiadem, & populum Atheniésem pœnitebat afflictum, quòd ita de illo consuluissent. Dolebat etiam ipse de fortunis eorum, metuebatque ne illa semel conuulsa ciuitate in arbitrium veniret infensorum sibi Lacedæmoniorũ. In Samo omnes penè fortunæ Athenienſiũ vertebantur, atque ex
C illo portu classe prouecti partim ea quæ desciuerant recipiebãt, partim tuebãtur sua, hostibus adhuc manentibus pares. Verùm metuebãt Tissapherné, & quæ mox adfuturæ dicebantur, naues Phœnissas centũ quinquaginta numero: quæ si venissent, spes nulla reliqua ciuitati erat saluris. Hæc quũ cerneret Alcibiades, mittit clàm ad primores Athenienſium, qui Sami erant, spem ostentans conciliaturũ seipsis Tissapherné, non in gratiam multitudinis, cui nihil sideret, sed optimatũ, si viri fortes esse, & repressa populi insolẽtia, capessere ipsi remp. & conseruare vellent vrbem. Ac cæteri quidem
D aures præbebãt Alcibiadi, vnus verò inter duces, Phrynichus Diradiotes, suspicatus id quod erat, nihil Alcibiadis referre, in populi esset an in paucorũ nutu rem ipsam, sed omnibus modis reditum eum in patriam quæreret, propterea ex insectatione populi principum animos sibi parare ipsique surrepere, reclamauit: cæterũ victus sententia, & iã ex professo Alcibiadis factus inimicus, clàm id classis hostiũ præfecto Astyocho significauit,
373 vt cauere et moneret, Alcibiadémque inconstantem at-

que vtrisque partibus sese venditantem comprehen- A
deret. Atqui imprudens proditor cum proditore agebat. Nam Tissaphernis Astyochus obseruãs, cernénsque quanta in gratia foret apud eum Alcibiades, detexit ei monita Phrynichi. Alcibiades ad Phrynichũ in crimen vocandum cõfestim misit certos Samum. Fremẽtibus omnibus & in Phrynichum coortis, quum non haberet aliud quemadmodum hinc se expediret, aggressus malum est maiore emendare malo. Iterum nuntiat ad Astyochum de iudicio expostulatũ, cum pollicitatione classem se & castra Athenienſium ei proditurum. Veruntamen nihil Athenienſibus Phrynichi B
proditio, ob proditionem alteram Astyochi, incommodauit. nam & hanc quoque aperuit Alcibiadi Phrynichi conditionem. At Phrynichus id prospiciens, & ab Alcibiade expectãs secundam insimulationem, occupauit ipse Athenienſibus classem hostium prædicere aduentaturam, monuitque vt à classe ne digrederẽtur, ac castra munirent. Quum his intenti Atheniẽses, accipierent iterum ab Alcibiade literas, monente vt asseruarent Phrynichum, qui tradendam in potestatem C
hostium classem susceperat, non habuerunt iis fidem, quòd Alcibiadem existimarent, cui planè nota erant hostium consilia & cœpta, illis ad circumueniendum Phrynichum abuti: verùm falsi fuêre. Postea tamen, Phrynichum quũ vnus excubitorum Hermon pugione in foro percussisset, Atheniẽses causa cognita Phrynichum proditionis mortuum damnauere, Hermonem ciúsque consortes donauerunt coronis. Ibi Alcibiadis amici Sami superiores Pisandrum mittunt Athenas ad mouendam rempublicã, & incitándos prin- D
cipes, vt summam rerum arriperent, populique cõcel- 374
lerent vim, Alcibiadem ea conditione ipsis Tissaphernis amicitiam & societatem adiuncturum. Hic color erat, hic prætextus res in paucorum redigentium ius. Vbi opes suas constituerunt, & rerum sunt potiti illi qui quinque millia dicebantur, quũ essent solum quadringenti, in minimis iam Alcibiadem ponebant, ac segnius prosequebãtur bellum: partim quòd nondum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fiderent ciuibus ab ea abhorrentibus conuersione, partim quòd Lacedæmonios semper paucorum potentiæ studiosos remissius secum arbitrarentur acturos. At plebs vrbana inuita per metum quiescebat. Non pauci enim, qui quadringentis repugnabát aperiè, obtrectabantur. Qui Sami erant, his nuntiatis indignantes, instituerunt Piræú abnauigare, Alcibiadémque accersere, cui delato imperio, in tyranos ducere eósque iusserũt opprimere. Enimuero hic non, vt forassis alius quispiam qui multitudinis euectus beneficio esset, egit vel acquieuit, omnia vt censeret indulgenda, nec quie-
B quam luctandum cum iis qui ex errone & exule tantæ classis, castrorũ & copiarum tantarum ducem atque prætorem creauerant: sed, quod magni erat ducis officium, vt resisteret ira præcipitibus. Itaque prohibẽdocos nequid secus admitterent, in præsentia quidem certè illi ciuitati citra controuersiam conseruauit imperium. Si enim domú inde essent profecti, hostes statim facultatẽ habuissent totius sine puluere occupãdæ Ioniæ, Hellesponti & insularum, dum cum Atheniensibus Athenienses bello ciuili decertarent intra vrbis
C mœnia. Quod ne fieret vnus potissimùm impediuit Alcibiades, nõ suadẽdo modò & docendo multitudinem, sed etiã singulos partim obsecrando partim corripiendo. Adiuuit eum Thrasybulus quoque Steirensis cum præsentia sua tũ clamoribus: erat enim (vt fe-
375 runt) Atheniensium hic vocalissimus. Iam alterũ Alcibiadis præclarũ factum est, quòd quá ostendisset classem Phœnissam se, quam ab rege expectabant, vel ad ipsos traducturum, vel præstaturum certè ne illis coniungerentur, properè conscendit. Has naues, quum eæ Aspendum essent cõspectæ, non adduxit Tissapher-
D nes, sed Lacedæmonios delusit. Causa auersæ classis apud vtrasque partes collata in Alcibiadem fuit, magis apud Lacedæmonios tamẽ, quòd barbaro suggessisset vt Græcos sineret sese mutuò obterere. Neque enim obscurum erat, vtris accessissent partibus tantæ vires, eas maris imperiũ extorturas alteris fuisse. Inde quadringenti illi oppressi sunt, quòd Alcibiadis necessitu-

prompte opitularẽtur factioni populari. Quum vellet A autem iuberétque plebs vrbana vt Alcibiades ab exilio reuerteretur, non existimauit ille inani sibi & inutili misericordia & beneficio plebis, sed glorioſe redeundum esse. Quare paucis nauibus primùm ex Samo Cnidiorum & Coorum pelagus obiuit. Ibi comperto Mindarum Spartiatem pergere cum tota classe in Hellespontum & insequi Atheniẽses, maturauit ducibus Atheniẽsibus suppetias ire. Ac fortè fortuna in eo articulo aduenit octodecim nauibus, quo vtrinque classes vniuersæ concurrerant circa Abydum, & confligentes altero cornu victrices, victæ altero in serum vsque a- B crem trahebant pugnam. Aduentu suo contrariam vtriusque expectationem præbuit, vt erigerentur hostes, Atheniẽses terrore percellerentur. Mox signo ex naue prætoria sublato amicum se esse, magno impetu in victores & insectãtes est Peloponẽsios inuectus. fugatos in terram expulit, &, tergis inhærens fugientium, naues eorum concidit, peremitque multos ex iis qui conabantur enatare, quamuis Pharnabazus iis terra subueniret, nauésque emineretur in littore seruare. Po- C stremò captis de hoste triginta nauibus, suis receptis, 376 trophæum excitauẽre. Tam nobili potitus victoria, quum affectaret ilicò ostẽtare se Tissapherni, cum muneribus donisque & comitatu imperatorio contendit ad eum. Verùm frustratus est spe sua: nam apud Lacedæmonios iam pridẽ malè audienti & metuenti ne crimen sibi pararetur apud regem, in tempore visus est Alcibiades adesse, & comprehẽsum coniecit Sardibus in vincula, illius calumniæ mutaturus ex hac iniuria purgationẽ. Triginta pòst diebus habita Alcibiades a- D licunde equi copia, elapsus custodibus profugit Clazomenas, Tissaphernem insuper calumniatus, emissum se ab illo fuisse. Profectus in castra Atheniensium, nuntiato Mindarum & Pharnabazum Cyzici conuenisse, cohortatus est milites, necessarium demonstrans esse vt nauali & terrestri prælio decernerent cum hostibus, & verò etiã muros oppugnarent. nam ni vndique victores essent, difficultatẽ fore stipendii. Mox quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omnes imposuisset nauibus, & Proconnesum decurrisset, edixit vt in medium reciperent minora nauigia, ac darent operam ne qua præsentisceret aduentũ suum hostis. Fortè imber repentinus & ingens cum tonitru effusus adiumento fuit, simulque cœpta texit. Neque enim hostes modò latuit, sed Atheniẽses quoque quòd quum præter eorum expectationem conscendere iussisset, soluerit. Paulo pòst & tempestas dissipauit est, & Peloponnesiorum in conspectu fuit classis, quæ
B in ancoris pro Cyzicenorum portu stabat in silo. Veritus igitur Alcibiades ne cõspecta nauium suarum multitudine refugerent in terram, ducibus iussit vt lentius nauigantes sequerentur à tergo, ostendit se cum
377 nauibus quadraginta, hostésque lacessiuit. Postquam ludificati contempta paucitate, quasi cum his solum futurum sibi certamen esset, atque ita infesti in Alcibiadem iuerunt, confestim coorti in pugnam manus conseruêre. At vt reliquæ in dimicantes iam intulerunt se, perculsi terga dederunt. Alcibiades autem, nauibus viginti præstantissimis mediam perrumpens aciem, ad terram successit, &, excensione facta, instituit
C fugientibus ex nauibus, multósque obtruncauit. Mindarum & Pharnabazum opem his ferentes fudit, ac Mindarum strenuè dimicantem interemit, Pharnabazus cõsuluit fugæ. Multis interfectis spoliatisque nauibus omnes ceperunt: Cyzico etiam, quũ id esset à Pharnabazo desertum & contrucidati Peloponnesii, captos non Hellespontum modò confirmauerunt sibi, verùm etiam mari vi expulêre Lacedæmonios. Interceperũt scriptas quoque Laconicè de hac clade ad ephoros literas. Effluxerunt præclaræ res, Mindarus interit, e-
D surirunt milites, hæremus quid faciendum sit. In tantum verò animos sustulere Alcibiadis milites, tantósque sumpserunt spiritus, vt dedignarentur aliis militibus se subinde victis inuictos vbique commiscere. Nam fortè nõ multo antè ad Ephesum re à Thrasyllo malè gesta, æreum trophæum Ephesii in opprobrium Atheniensium erexerant. Hæc improperabant Thrasylli militibus milites Alcibiadis, extollentes se & suos

imperatorem, nec eos ad eadem gymnasia vt tenderet A
apud se in castris dignabantur. Vt verò Pharnabazus magno equitatu & pedestribus copiis populantes Abydenorum fines est adortus, suppetias veniens Alcibiades fugauit eum, persequutúsque ad noctem vsque est
cum Thrasyllo: ac tunc se cum eo coniunxit, atque inter se congratulantes quantésque in castra redière. Postero die excitauit trophæum, & Pharnabazi prouinciam, nemine ire contrà auso, ferro & igni vastauit. 378
Sacerdotes ibi aliqui capti, sed sine pretio ab eo dimissi. In Chalcedonios, quòd defecuissent, præsidiúmque B
ac præfectum recepissent Lacedæmoniorum, mouit arma: sed omnem prædam vbi eos intellexit ex agris coactam apud amicos suos Bithynos deposuisse, eorum finibus exercitum admouit, & caduceatore præmisso incusauit Bithynos. Qui trepidantes prædam illi tradiderunt, amicitiámque iunxerũt cum eo. Dum Chalcedon ex mari in mare circunuallatur, accurrit Pharnabazus ad soluendam obsidionem, & præfectus Hippocrates, contractis copiis suis, eruptionem fecit ex vrbe in Atheniẽses. Alcibiades directa aduersus vtrunque acie, Pharnabazum in fœdam fugam auertit, Hip- C
pocratem cum magno militum numero profligatum oppressit. Inde ad conficiendam pecuniam prouectus est in Hellespontum. Selybriam: ibi cepit, vbi intempestiuè in periculum coniecit se magnum. Nam qui dedere receperant ei oppidum, signum face constituerant media nocte dare. Id maturius facere metu vnius ex coniuratis, qui mutabat consilium, subacti fuere. Igitur quum esset fax sublata exercitu nondum parato, raptis secum militibus ad triginta, & reliquis pro- D
perè sequi iussis, cursu contendit ad mœnia. Porta ei præfecta, adiunctisque ad x x x suos cetratis viginti simulatque vrbem irrupit, sensit Selybrianos ex diuerso armatos inuehere se. Quum verò subsistenti nulla appareret salus, & ad fugam capessendam, in imperiis suis semper ad eam diem inuictus, esset ambitiosior, tuba silentio indicto præcepit vni ex adstãtibus pronuntiare, ne Selybriani in Atheniẽses arma sumerẽt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hoc edictum partim segniores fecit ad certamen, ra-
379 tos omnes hostes intra mœnia esse, partim spe erecti
ad pacificationem fuere. Dum inter congressos vtro
citróque verba fiunt, superuenerunt copiæ Alcibiadis.
Coniiciens autem id quod erat, non abhorrere à pace
ciues, metuit ne vrbem Thraces diriperent: frequen-
tes enim erant qui Alcibiadis gratia & beneuolentia
adducti strenuam præstabant in bello operam. Quare
omnes eos emouit oppido, supplicésque nihil violauit
Selybrianos, sed exacto stipendio & præsidio imposito
B discessit. At prætores, qui Chalcedonem circumsidebant, pepigerunt cum Pharnabazo fœdus hisce legibus, vt stipẽdium præstaret, & Chalcedonii iterum in
ditionem cederent populi Atheniensis, ne fines Phar-
nabazi Athenienses incursarent, Pharnabazus Athe-
niensium legatis ad regem duces & fidem publicam da-
ret. Postquã igitur postulauit Pharnabazus, vt reuer-
sus Alcibiades etiam in fœdus iuraret, abnuit, ni prior
ille iurasset. Iureiurando vtrinque præstito, monit in
Byzantinos qui defecerant, vrbémque eorum circum-
uallauit. Quum verò Anaxilaus & Lycurgus adiunctis
C quibusdam aliis vrbem recepissent ei pacta incolumi-
tate tradere, sermonem dissipauit rebus nouis se circa
Ioniã exortis reuocari, ac de die omni cum classe dis-
cessit. Nocte reuersus, & cum militibus armatis egres-
sus in terram tenuit se silentio sub mœnibus. Naues
in portum inuectæ, & impressionem ingenti edito cla-
more, tumultu, & strepitu facientes, simul re inopina-
ta torpidos Byzantinos defixerunt, & sentientibus cum
Atheniensibus liberum spatium (quòd omnes essent in
D portum & classem intenti) Alcibiadem recipiendi de-
dere. Haud processit tamen res sine certamine, siqui-
dem qui Byzantii in præsidio erant, Peloponnesii, Bœ-
otii, & Megarenses, nauale manum auerterunt & re-
380 degerunt ad naues: cum Atheniensibus, quos in vrbe
senserant esse, infesta acie manus conseruerunt, atque
acri commissa pugna, Alcibiades in dextero cornu vi-
cit, Theramenes in sinistro. Hostes, quos mars reli-
quos fecit, viui ad trecentos in potestatem venere. By-

zantinorum post prælium nemo interfectus, neque pa A
tria pulsus. His enim conditionibus aperuerant illi
portas, atque hæc receperant, omnia sua vt ipsis salua
forent. Quapropter proditionis Anaxilaus Lacedæmo
ne postulatus, non deformauit factum suum oratione.
negauit enim ciuẽ se Lacedæmonium, sed Byzantinũ,
quum non Spartam cerneret, sed Byzantium in præ-
cipitem casum adductum, vrbe circumuallata, nemine
quicquam importante, commeatum, qui præ manibus
esset, Peloponnesiis & Bœotiis consumentibus, Byzan-
tinis verò cum liberis & coniugibus esurientibus, non B
prodidisse hostibus, sed bello & calamitatibus exemi-
sse patriam suam, æmulantem Lacedæmoniorum ex-
cellentissimos, quibus vnum tantùm esset honestum &
iustum quod ex re sit patriæ. Grata fuit Lacedæmoniis
oratio, illósque iudicio liberauere. At Alcibiades iam
visere cupiẽs penates, vel potius toties fusis fugatisque
hostibus, videri affectans à ciuibus, vela fecit. Naues
Atheniensium vt magna clypeorum & manubiorũ vn-
dique adornatæ erant, magnum agmen trahebat secũ
captiuarum, plura deportabat conciarum ab se & op- C
pressarum insignia, quæ ducentarum omnes explebãt
numerum. Quæ verò his Samius Duris (qui stirpem
se ferebat Alcibiadis attexit) ad tibiam eum remos cõ-
citasse, classicos modulante Chrysogono pythionice,
hortatorem Callipedẽ fuisse tragœdiarum histrionẽ,
statis, xistide, & reliquo cultu, quo prodire in scenã so-
litus erat, velatum, nauem prætoriam velo purpureo
in portum decurrisse, quasi vinosus comessabundúsque 381
aduentaret: ea neque Theopompus, neque Epho-
rus, neque Xenophon prodidit. Neque illum verisimi
le sit ab exilio & ærumnis tantis tam procaciter cum
Atheniensibus egisse in reditu. Imò etiam inuectus in D
portum timidè est, neque, quum in portu staret, prius
ex triremi excendit in terram, quàm in foris consi-
stens prætò videret consobrinum suum Euryptole-
mum amicósque atque necessarios frequẽtes, qui pro-
dirent ei obuiam & imitarent. Postquã descendit, re-
liquos duces ne aspicere quidẽ dignabantur homines

A qui obuiam processerant: sed concursu ad illum facto plaudebant, salutabant, prosequebantur eum, coronis redimebant qui adire poterant, qui non poterant, spectabant illum à longè, inuenibusque monstrabãt sese. Multum etiam lacrymarum permixtum publicæ erat lætitiæ; & recordatio cum suis lætis rebus cladium superiorum, reputantibus ut non futurum fuisse vnquam ab Sicilia vt decidissent, vel vlla ipsis alia elapsa spes fuisset, si ea tempestate imperiũ & exercitum reliquissent. Alcibiadi, quando tunc quum ciuitatem suscepit magis

B propè expulsam, terra vix suburbia tenentem, & domesticis distractam seditionibus, ex reliquiis excitatam exilibus atque debilibus, non in pristinum modò magnitudinis restituerit imperium, sed terra quoque hostium vbique victricem reddiderit. Ac lex antè de illius reditu perlata fuerat ex Critiæ Callæschri filii rogatione, vt ipse hisce elegiis commonens Alcibiadem beneficii ecinit,

In cœtu populi dixit hanc, sententia quæ te
Cum plausu latum restituit patriæ.

C *Hæc est ad plebem per me ipsa rogatio lata:*
Hoc tibi sit pignus quod mea lingua dedit.

Ibi aduocato ad concionem populo procedens Alcibiades, quũ suas defleuisset deplorassetque calamitates, populum parum & modicè castigasset, omnia autem mala

382 fortunæ suæ & inuido adscripsisset fato, plurimúmque de hostium spe disseruisset, & ad sumendum animum incitasset eos, coronis aureis donatus est, ac terra marique imperator cum libera potestate creatus. Scitumque etiam vt res familiaris ei restitueretur, ad hæc Eumol-

D pidæ & præcones, quas fecerant populi iussu, denuo expiarent deuotiones. Quas quum expiarent cæteri sacerdotes, Theodorus, Ego verò, inquit, nihil in illos caput, si nihil rempub. læsit, execratus sum. In hoc Alcibiadis secundo rerum cursu, conturbauit tamen nihil aliquos ipse reditus articulus. Quo enim est in portum delatus, Plynteria Mineruæ agebãtur. Hæc sacra Praxiergidæ arcana vigesimoquinto die huius mensis Thargelionis, omnémque ornatum deæ detra-

hunt, & simulacrum eius operiunt: vnde hunc diem habet præcipuè populus Athenensis inter nefastos feriatum. Non volens igitur vel propitia visã excipere Minerua Alcibiadem, sed intecta facie auersari eum & reiicere. Verùm succedentibus Alcibiadi ex voto omnibus, dum complentur centum triremes, quæ profecturæ iterum ad bellũ erant, cupido quædã oblata Alcibiadi nõ ignaua est, quæ tenuit cum vsque ad mysteria. Nã vt munita Dicelea fuit, & infestã hostes; qua itur Eleusina, viam tenebant, nullã cæremoniæ, quæ per mare agebãtur specie habebant sed prætermittebatur necessariò sacrificia, tripudia, atque multa quæ in itinere agebãtur sacra, quũ Iacchũ deducunt. Præclarũ itaque existimauit Alcibiades, & ad deorũ religionem & ad hominũ laudem, vt sacris veterẽ ritũ restitueret, prosequẽs terrestribus copiis sacrum & præter hostes stipãs. Siquidẽ Agim se maiorẽ in modũ, si quiesceret, defecturũ & fracturum, aut sacram & piam pugnam de sanctissimis & maximis cæremoniis in conspectu patriæ initurum, atque omnes habiturum ciues virturis testes suæ. Vbi hæc ei deliberata sunt, Eumolpidisque & præconibus denuntiauit, speculatores posuit in verticibus montium, & lucis principio certos antecursores præmisit. Sacerdotes, mystas, & mystagogos accipiens atque armis tegens, ritè deduxit & sine strepitu, amplúmque exhibuit & augustum illius spectaculum expeditionis, quam appellabant candidi hierophantis & mystagogi functionem. Quia verò adoriri eum nullus ausus est hostium, reductis in vrbem sacris, sustulit animos, præturámque in eam euexit existimationem, inexuperabilis & inuicta vt haberetur suis auspiciis. Infimam verò & egenam plebem vsqueadeo illexit, vt nihil æquè atque eum aueret tyrannum habere, dicérentque nonnulli & eum adirent hortantes, inuidiam opprimeret, plebiscita legésque tolleret ac nugatores, qui euerterent remp. quo citra calumniarũ metum ageret, & res gereret. Atque ille quidem quid in animo habuerit de vsurpando dominatu, incertum est. Principes certè ciuitatis, metu perculsi, institerunt vt primo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quoque tempore conscenderet, decreuerúntque ei cum alia, tum quos ei visum esset collegas. Soluit igitur cum centum nauium classe. Delatus Andrum, eiuct & Lacedæmonios, quotquot se ei obtulere, concidit: non cepit tamen oppidum, quod quidem semen aduersus eum cõmunium criminũ præbuit aduersarijs. Equidem existimo Alcibiadem, siquem vnquam, ab sua ipsius conuulsum gloria. Quæ ingens quum esset audaciæ & prudentiæ eius ex rebus collecta præclare gestis existimatio, suspectum eũ reddebat, sicubi titu-
B basset, quasi res sibi non esset curæ, neque cuiquam frudes fierent non potuisse. nam sedulo agentem nihil non valuisse arbitrabãtur assequi. Expectabant etiam Chi-
384 orum subactorum & reliquæ Ioniæ nuntium. Quæ moleste ferebant non confestim omnia, neque euectigio adferri transacta, non reputantes ærarij angustias, quibus, bellum gerens cum hominib' quibus erat res magnus præbitor, subinde haberet necesse, relicto exC ercitu ad stipendiũ proficisci, & ad cõmeatum exsolcandum. Etenim nouissimum crimen hunc emanauit. Quippe Lysander cum imperio ab Lacedæmoniis ad classem missus, quaternos obolos pro ternis, ex subministrata à Cyro pecunia, nautis dabat in capita: hic verò quum ægrè iam ternos suggereret, in Cariã ad pecuniam conficiendã contẽdit. Quẽ autẽ præfecerat classi Antiochus, bonus quidẽ erat gubernator, cæterùm vecors & licẽtior. Cui quũ imperatum ab Alcibiade foret, etiamsi lacesserẽt eum hostes, ne prælio decertaret,
D cò prorupit proteruiæ & contẽptus, vt completa triremi sua & altera præterea de classe, Ephesũ infestus peteret, & nauium hostilium proras cum ingenti petulantia factorum dictorúmque scurrilium præueheretur. Hic primò Lysander paucis prouectus nauibus est, atque eum insequutus, Athenienſibus tota classe ei subsidio venientibus, soluit item suas, ac potitus victoria ipsum interemit Antiochũ, naues multas simul & capta cepit, trophæúmque excitauit. Ad eum nuntium egressus Samum Alcibiades, & cũ tota classe in alcẽ prouectus, prouocauit Lysandrũ: verùm ille hac victoria

contentus non mouit se. At ex iis quos habebat in A
exercitu Alcibiades malcuolos, Thrasybulus Thrasonis filius, inimicus ei', Athenas profectus est, ad eum criminandum, incensisque inimicis vrbanis eius, pro concione omnia dixit Alcibiadem perdidisse nauesque amisisse, quòd ageret insolentius in imperio: cui homines imponeret qui ex compotationibus & nautica dicacitate plurimùm apud eũ possent, dũ ipse ad pecuniam faciendã, liberè vagaretur, vinóq; & lustris confectus, atq; inter scorta Abydena & Ionica in omnem 384
proteruiam proiectus esset, hostibus in propinqua sta- B
tione agentibus. Obiecerunt itẽ arcem, qua in Thracia prope Bizãthem munierat sibi receptũ, quasi viuere in patria aut non posset aut nollet. Ita impulit Athenienses, prodita sua in illũ ira & felle, alios legerunt præfectores. Quibus cognitis, percitus metu, Alcibiades excessit in totum castris, conscriptóq; exercitu liberis Thracibus bellum suo nomine intulit. Magnam argenti vim ex præda coegit, simúlq; finitimus Græcis securitatẽ præstitit à barbaris. Quum verò prætores Tydeus, Menãder, & Adimãtus, cũctas, quæ tũc Athe- C
nienſibus erant, naues in ægos flumine tenerent, atq; id haberent institutum, vt quotidie infesti peterent Lysandrum, qui stationẽ habebat apud Lampsacum, sub luce lacessentes eum, inde retrò redirent, diémque solutè & supinè traducerent per contemptum hostium: Alcibiades, qui in propinquo agebat, haud flocci pependit: id vel neglexit, sed equo aduectus, incõmodam stationem docuit eos delegisse locis importuosis & oppido carentibus: è longinquo autem necessaria Sesto petere, & sinere socios nauales, quum in terram descendissent, quò cuiusque animus ferret, vagos palari, D
quum classis ipsis obiecta staret ad vnius iussum imperatoris omnia facere obsequentes assueta. Hæc monenti Alcibiadi, & ad traducendam Sestum classem hortanti, non auscultauerunt prætores. Tydeus insuper conuicioſe, vt faceſſeret imperauit: neque enim penes ipsũ, sed alios esse imperium. Ita Alcibiades, suspicatus etiam nõnihil in iis proditionis, abscessit & ad

familiares, qui ex castris ipsum prosequebantur, dixis-
386 nisi tam insigni cõtumelia esset affectus à prætoribus.
paucis diebus compulsurum fuisse se Lacedæmonios
vt classe confligerent cum ipsis, aut desererent naues.
Visus quibusdam id est ostentandi gratia iactasse, aliis
dixisse consentanea, si Thracibus ex cõtinenti immis-
sis multis iaculatoribus & equitibus oppugnaret quo-
terétque eorum castra. nam peccata eum Athenien-
sium res ipsa breui comprobauit recte periudisse. Ly-
quidem quũ subitò hos & ex improuiso adortus Ly-
sander esset, octo naues cum Conone solæ effugerunt,
reliquæ paulo minus ducentæ captæ atque abstractæ.
Tria millia capitum cepit atque trucidauit Lysander.
Athenas quoque breui pòst in potestatem redegit, mu-
ues inflammauit, lõgos muros diruit. Hinc Alcibiadis
formidine imperantium terra iam marique Lacedæ-
moniorum, secessit in Bithyniã, magnãmque vim de-
portari curauit pecuniæ, magnã tulit secum, maiorem
etiã in qua degebat arce reliquit. In Bithynia, inde ma-
gna fortunarum suarum parte nudatus & ab illius loci
Thracibus exutus, statuit ad Artaxerxem contendere,
ratus nõ deteriorẽ se Themistocle experimentũ ægrè
regi probaturũ & meliorẽ causa. Neque enim aduersa
ciues se, vt illũ, sed pro patria aduersus hostes operam
suam præstaturum, & postulaturum à rege opem. Fa-
cultatem itineris tuti imprimis censens Pharnabazum
præbiturũ, contendit ad eum in Phrygiam, egitque a-
pud eum, inuicem colens eum, & ipse honoribẽ habi-
tus. At Atheniẽses ægrè ferebant vel imperium sibi ex-
tortum: vbi verò, libertate quoque iis adempta, xxx
ginta rectores Lysander imposuit vrbi, quæ non re-
nerant in mentẽ, quum esse possent incolumes, rebus
iam profligatis perspexere, lamẽtantes commemorare-
téque peccata & imprudentiam suam, quorum duce-
bant maximum alteram in Alcibiadẽ indignationem.
Nanque proiectus fuit nihil ipse secus meritus, sed in-
censi in ministrum, qui paucas naues fœdè amisisset,
387 fœdius ipsi præstantissimo bellicosissimóque imperatore
spoliauerunt imperatore. Adhuc tamen ex præsen-

rerum statu spes quædã vtique affulgebat exulis, haud
semel esse incolumi Alcibiade de rep. Atheniẽse actum.
Qui enim antè non satis habuisset in otio & quiete vi-
uere exul, ne nunc quidem, si res saluæ sint ipsius, eum
Lacedæmoniorum superbiam & tyrannorum negle-
cturum contumeliam. Hæc non erat absonum plebem
somniare, quando triginta illis quoque in mentem
venit curam agere, sedulò explorare, atque aduertere
quid ille moliretur vel deliberaret. Postremò docuit
Lysandrum Critias non posse Lacedæmonios, dum
reip. arbitrium apud populum Athenis foret, securè
imperium tenere, & vt placidè & patienter paucorum
ditionem Atheniẽses ferant, acquiescere eos tamen
rebus præsentibus non permissurum Alcibiadem. Cæ-
terùm non prius hæc Lysandrum mouerunt, quàm à
magistratibus vrbanis est scytala allata, quæ iuberet
vt Alcibiadem tolleret, siue illi quoque solertiam eius
& in rebus gerendis felicitatem timuerunt, siue Agidis
id dederunt gratiæ. Quum igitur misso nuntio Lysan-
der ad Pharnabazum id ei mandasset exequendum, at-
que ille Magæo fratri & Susamithri patruo hoc faci-
nus delegasset, agebat fortè Alcibiades in vico quo-
dam Phrygiæ, eratq; vnà amica Timandra. Ei imago
secũdũ quietẽ huiusmodi oblata est. Visus est amicæ
esse amictus amiculo, & in vlnis illa caput suum tenens
faciem comere more fœminæ, pigmẽtóque & fuco il-
linere. Alii vidisse eum ferũt à Magæo se in somno ob-
truncari, & corpus suum comburi, atque hanc fuisse
ei speciem non multo ante obitum obiectam aiunt. At
illis, qui missi ad eum fuerunt, non fuit animus com-
mittere se in domum, vbi agebat, sed corona circũfusi
fuccẽderunt eã. Qua re animaduersa Alcibiades, vestes
& stragula pleraque glomerata igni iniecit, ac lacẽrna
sua circum sinistrã intorta, dextra strictum tenens gla-
dium, desiecit se in ignẽ, ex quo inuiolatus antè euasit
quàm deflagrarẽt vestes, barbarósq; conspectu suo di-
sipauit. Nemo enim præstolatus est eum, neque comi-
nus congressus, sed eminus iacula & sagittas ingessere.
Quum ad eum modum cecidisset, & recessissent bar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bari, sustulit Timandra cadauer, suisque obuelatum & inuolutum tunicis ex præsenti copia splendidè & prolixè funerauit. Huius ferunt filiá fuisse Laidem, quæ dicta fuit Corinthia, quum Hycearis Siciliæ oppidulo fuerit captiua abducta. Nonnulli in cæteris Alcibiadis fato his assentiuntur: autorē cædis tamen non Pharnabazū fuisse, neq; Lysandrū, neque Lacedæmonios: sed puellam Alcibiadem nobilis loci pellectam in contubernio habuisse, cuius fratres grauiter contumeliá ferentes, domū in qua degebat Alcibiades inflammasse,
B atq; illū se deiecisse, vt dictū est, & per ignem erupisse.

PLVTARCHI

C. MARCIVS CORIOLANVS.

389 MARCIORVM gens Romæ inter patricios multos dedit claros viros, ex
C quibus Ancus Marcius fuit Numæ ex filia nepos, qui post Tullū Hostilium regnauit. Ex hac familia etiā P. & Q. Marcij fuere, qui magnū & insignem aquæductū Romæ fecerunt: & Censorinus, quem populus Romanus creauit iterum censorem. Postea illo fuisore iunxerunt lege, nequis eum magistratum bis caperet. At C. Marcius, de quo hic agimus, sub matre eductus vidua, patre orbus, solitudinē docuit, etsi aliis sit obnoxia incōmodis, ad virtutē tamē & claritatē obtinendam nihil esse impedimento, quæ alioquin occasionem præbet improbis ipsam culpādi & insectandi,
D velut in curia ipsos labefaciat. Idem hic testimonium perhibet illis qui naturā arbitrantur, si generosa sit & bona, deficiatur autem institutione sicut fœcundum agrum, qui cultus non sit, multa simul cum virtutibus vitia edere. quandoquidē robur & firmitas ad omnia eius mētis magnos extulit & valentes ad virtutem impulsus. Contrà indulgens impotentibus iris, inflexibilique peruicaciæ, consuetudinem cum hominibus A
eius præbuit neque facilem neq; comem. Sed qui eius aduersus voluptates, labores & pecuniam immotum animum extollebant, nominabántq; eam continentiam iustitiam, & fortitudinem: è diuerso in congressibus ciuilibus abhorrebāt, vt à graui, tristi, & imperioso. Nullum enim ex musarum placiditate ferunt mortales maiorem fructū, quàm quòd ingenium doctrina & institutione molliat, vt amplectatur per doctrinam mediocritatem, & quod est immodicum deponat. Omnino 390
habebat illis quidē tempestatibus Roma præ cæteris B
virtutibus artes bellicas & militares in honore. Quod confirmatur ex eo quòd virtutem illi ab vno fortitudinis nomine deducūt: & quum eo peculiari vocabulo fortitudinē nūcupent, cōmunis sit tamē generis appellatio. At Marcius, ad certamina bellica supra alios pronus, mox à puero arma tractauit. Nec verò esse vsquam vsui cēsens accersita arma his, natiua & genitiua qui non habent expedita atque instructa: ita corpus ad omnis generis pugnā parauit, vt ad cursum agilis esset, & pondus haberet in prehendendo luctisque bellicis C
difficile extricatu. Qui igitur concertationem cum eo de magnanimitate & virtute habebāt, vbi succūberent, corporis eius causabantur inflexibile robur, & nullo fatiscens labore. Prima stipendia fecit admodum adolescens, quo tempore Tarquinio, qui regnauerat Romæ, deinde fuit expulsus, multis prælijs profligato, & nouissimam iniēti aleam, plerunque nomē Latinum, plurimi etiā alij Itali socio arma iunxerant, & Romam moliebantur reducere: non tam quòd studerent illi quàm vt populi Romani incremēta, quæ suspecta habebāt & inuisa, detraherent. In hac pugna, quæ sæpius D
in vtranque partē variauit, Martius strenuè dimicans in conspectu dictatoris militem Romanum, qui propè tum fusus humi erat, nō deseruit, sed protexit, inferentémq; se repulit & interfecit hostem. Itaque victoria dux potit', illū inter primos corona quercina donauit. Hæc enim eiqui seruauit ciuē de more datur: siue quercū potissimùm in honore habuerint causa Arcadum,

A qui glandinori sunt ab oraculo appellati, siue quòd fa-
391 cilis vbique sit ducibus huius copia arboris, siue Io-
uem Iouis vrbium præsidi coronâ quercicam rite dari
seruato ciue censuerint. Est autem ferarum arborum
quercus fertilissima, & vrbanarum robustissima. Erat
quoque ex ea cibus glans, & potus melitium. In opsi-
nium etiam pleraſque feras & aues præbebat, ad ea-
pturâ ferens viscus. Fama tenet visos in illa pugna Ca-
storem & Pollucẽ, atque mox à prælio manantibus flo-
dore equis cõspectos in foro nuntios victoriæ, quo lo-
co propter fontem ædes eorũ extat. Vnde diem victo-
B riæ Idus Iul. Tyndaridis cõsecrauere. Atqui iuuenum
animos tenuiter gloriæ cupidos claritas & honores,
delati maturè fuerunt, restinguunt, citóque explent-
tim eorum & auiditatem, solida verò & firma pectora
alantur ornamẽtis, illustrantúrque quasi vento ad ea
quæ putantur bona excitata. Non enim quasi mer-
dem accipiant, sed pigrus dent, deserere erubesc
gloriam suam, & non isdem factis eam superare. Ita
animo quum esset Marcius, æmulationem sibi ipse pro-
posuit fortitudinis, sempérque recens contendens e
C egregiis factis, decora decoribus coniunxit, & spoli
cumulauit spoliis, effecitque vt cum superioribus inui-
quẽtes imperatores de honoribus & laudibus suis cer-
tarent, quo illos superarẽt. Neque certè, quum sæpiss
pugnatum ea tempestate à Romanis sit, complurâque
gesti bella, ex vllo fine corona vel donis est regressus.
Virtutis aliis gloria finis erat, huic gloriæ matris gau-
dium. Nã vbi laudari ipsum illa audiuisset, & donari vi
disset corona, lacrymánsque præ lætitia esset comple-
392 xa, id summo sibi honori felicitatiq; lucebat esse. Nem-
D pe aiunt Epaminondã quoque præ se tulisse hunc ani-
ctũ, qui, quòd Leuctricũ suum ductũ & palmã patere-
mater etiã tũ superstites vidisset, in maxima repositã
felicitate sua. Cæterùm fuit in tãtũ ille beatus, quòd v
terque parẽs sit ei gratulatus, eiúsq; fuerit particeps la
titiæ: Marcius, matri se putãs patris quoque vicẽ bene-
uolentiã debere. Volumnia nõ satiebatur oblectãda &
colenda. Vxorem instante illa & precante duxit, atque

vno in tecto cũ matre, natis sibi iam liberis, habitauit. A
Quum iam nomen esset eius in vrbe & opes ob virtu-
tem ingentes, seditio inter senatum, qui tuebatur opu-
lentos, exorta est & populum, qui perquam se grauiter
putabat opprimi à fœneratoribus. Siquidẽ mediocriter locupletes pignorationibus & auctionibus o-
mnibus exuebant fortunis: qui prorsus erant inopes,
eos ipsos ducebant, & corpora tenebant nexa vulnerũ
cicatricibus oppleta & confecta, obitis pro patria ex-
peditionibus, quarum subierant nouissimã contra Sa-
binos, quũ ditissimi quique ostendissent se lenius cum
ipsis acturos, & ex senatus decreto sponsor consul M. B
Valerius interfecisset. Cæterùm quum in eo quoque
prælio egregia opera militum enituisset, hostésque cæ-
si essent, neque quicquam remitterent tamen fœnera-
tores, curia autem dissimularet promissorum memi-
nisse, ducique denuo ciues & pignora capi permitte-
ret, tumultus verò inde seditióque occuparet fœda ci-
uitatem, neque motus populi hostes fefellisset, sed in-
ducto exercitu fines Romanos vastarent, habentibúsque delectum iuuentutis consulibus nemo respon-
deret ad nomen, tunc iterum dissonæ sententiæ fuerunt C
magistratuum. Pars subueniendum censebant pau-
peribus, nimiúmque rigorem laxandum iuris. Alii con-
trà senserunt, inter quos erat Marcius, non pecuniæ 393
iacturæ tantam rationem ducens, sed initium hoc e-
sse procacitatis & contumaciæ insurgentis aduersus
leges plebis: id si superent, vt opprimerent & extin-
guerent, hortatus est. Senatu his de rebus crebrò pau-
cis diebus habito, nec quicquam expediente, plebs re-
pentè conspirans, ac sese mutuò cohortata, excessit
vrbe, & in montem, qui nunc Sacer appellatur, trans D
Anienem amnem secessit. Quieti sine vlla violentia,
tantùm vrbe se iamdudum fremebant pulsos, aera, a-
quam, locum suppeditaturam vbique ad sepulturam
Italiam, quibus nihilo amplius sint colentes Romam
habituri, quàm vt pro diuitibus militantes, vulneribus
concidantur & vitam profundant. Id timentes patres,
ex maioribus natu moderatissimum quẽque & ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A xime popularem miserunt ad plebem. Princeps legationis fuit Menenius Agrippa. Hic partim obsecrans, partim senatum defendens, in extrema oratione ad figuram peruulgatam fabulæ delapsus est. Nam omnes hominis partes coniurasse ait contra ventrem, quesitas solum ignauum in homine & immunem quiescere, omniáque illius quæri auiditati ingẽti suo labore & ministerio: ventrem verò stultitiam earum derisisse ignorantium recipere quidem alimentum intra se omnes, sed reddere id ex se, & distribuere in alias. Eadem (inquit) ratio, Quirites, patrum, est vobiscum: nam recte
B atque ordine deliberata apud eos consilia cœptáque omnibus vobis adferunt & dispertiunt vtilitatem atque fructum. In concordiam deinde concessum est, postulauerúntque à senatu & obtinuerunt vt quinque viri crearentur, quibus auxilii latio esset, qui nunc tribuni
394 plebis vocantur. Primos creauerunt, quos seditionis autores habuerant, Iunium Brutum & Sicinium Velutum. Ciuitate reconciliata, plebs confestim arma cepit, & obnixè imperata ad bellum fecit. C. Marcius,
C quanquam nec ipse populi viribus, elanguescente principum potentia, lætus fuit, paritérque nobilitatem tantque vidit animi tam, incitauit eam tamen ne concederent in defendenda patria popularibus, sed incumberet, vt cognosceretur virtute potius ipsam quàm opibus antecellere. Porro Volscorũ gentis, quibuscum gerebant bellum, caput Corioli erant. Quam vrbem quum obsideret consul Cominius, reliqui Volsci trepidantes, omnibus collectis viribus in conspectu oppidi statuerunt cum Romanis confligere, atque duabus
D ex partibus eos adoriri. Aduersus id Cominius bipartito exercitu, extrà inuadentibus, Volscis ipse occurrit, & Titum Lartium, virum inter Romanos præstantissimum, reliquit ad obsidionem continuandam. Ibi contempto Coriolani castrorum præsidio, eruptionem fecere, inuadéréque Romanos primò superiores fuerunt, eósque intra vallum vsque insequebantur. Hic Marcius cum modica manu procurrit, cæsisque qui se primi obtulerunt, atque aliorum retuso impetu, Roma-

nos alta voce ad repetendam pugnam vocauit. Erat e- A
nim qualẽ esse Cato voluit militem, non manu tantùm & gladio, verùm & vocis contentione & obtutu vultus terribilis aspicienti hosti atque intolerabilis. Concurrentibus multis, & se ad illum aggregantibus, recepe-
runt se pauidi hostes. Neque hactenus fuit cõtentus, sed tergis inhæsit eorũ, & effuse fugientes vsque ad portam egit. Ibi Romanos contemplatus non vltrà persequi hostẽ, quòd grando ex muris ingereretur telorũ: neque, vt permixtus fugientibus in vrbẽ virorũ plenã
belheosorum armáque tenentium irrumperet, substi- 395
tuere vllus animo auderet, institit tamen, hortatúsque B
est, atque incendit suos, parefactã vociferans à fortuna insectantibus magis quam fugientibus portã. Quũ sequi nisi pauci detrectarent, via per medios facta hostes magno impetu, in oppidũ vnà cũ hostibus irrupit, neque quisquam erat primùm, qui restare vel ei se auderet obiicere. Vbi deinde perpaucos in vrbe animaduertit, qui præstò essent sibi & assisterẽt, inter medios socios simul & hostes agens, pugnam dicitur incredibilẽ manus promptitudine, pedũ velocitate, atque ar- C
dore animi in oppido edidisse, fusisque omnibus, in quos eum tulit impetus, partim invltimas vrbis partes extrusisse, partim, re deplorata, arma abiicientibus, magnam commoditatẽ Lartio inducendi in oppidũ Romanos dedisse. Ita oppido capto, dum plerique in eo sunt exhauriendo & diripiendo occupati, indignatus Marcius, clamat rem indignã esse, si dum consul & qui cum eo sint ciues signis collatis fortasse cum hostibus dimicent, ipsi circumcursitent ad prædam, aut prædæ colore periculum declinent. Sed quum pauci parerent D
ei, quos promptos vider, secũ trahens, pergit quò processisse sentit exercitum, crebrò excitans agmen & adhortans ne elanguescat, crebrò deos precans ne post prælium, verùm tempestiuè, adsit, quo certamen queat vnà cum ciuibus & periculum subire. Moris erat id temporis in acie stantibus Romanis, quum iam sumpturi scuta essent & togam præcincturi, tentamenta in procinctu facere, & tribus aut quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

A exaudientibus nuncupare hæredem. Id agentibus militibus Marcius, quum hostis sub oculis esset, superue-
396 nit. Ac primus eius conspectus cum paucis cruore & sudore oppletis venientis iniecit pauorem: exterùm postquam accurrit, consulique exultans dextram porrexit & captam annuntiauit vrbem, Cominius autem cõplexus eum & osculatus est, omnibusqui vel ipsum successum audiebant vel assequebantur coniectura, creuerunt animi, clamaueruntque, pergeret & præ-
B bia committeret. At Marcius percunctatus Cominium est quemadmodum acies instructa hostium, & vbi robur eorum esset locatũ. Quum arbitrari se respõdisset ille, quæ mediam aciem obtinerent, cohortes Antiatium esse longè fortissimas, neque esse animo vllis inferiores: Ergo Marcius, quæso, inquit, petóque me vt hisce cum viris illis opponas. Id consul, collaudato animo eius, cõcessit. Vt hastis cœptum est pugnari, præuolantis ante aciem Marcii vim non sustinuerunt qui in fronte stabant Volsci, sed partem eam aciei ille, in quam intulit se, disiecit protinus. Inde quũ aciem hos-
C tes vtrinque circumagerent, cingeréntque Marcium armis, metuens ei consul misit eò delectam, quam circa se habebat, cohortem. Hic acri circa Marcium coorta pugna, multisque breui spatio cadentibus, instantes valida impressione pepulerunt hostes. Ad quos insequendos conuersi laboribus & vulneribus grauem-rogauerunt Marcium in castra vt se reciperet. Ille responso dato, lassitudine confici non esse vincentium, hæsit in fugientium tergis. Succubuit & reliquus exercitus, magnáque edita strages, multi etiam capti. Po-
D stridie Marcio accersito, conuocatisque ad prætorium reliquis, conscendit consul tribunal. Vbi diis quũ eam ob multas res feliciter gestas meritas grates egisset, cõuertit se ad Marcium. Primùm eum insignibus tulit laudibus, quum partim illius virtutis ipse in certamine
397 spectator fuisset, partim testis esset Lartius. Deinde ex omni pecuniæ, equorum, & hominum præda, quæ erat ingens capta, antequam alii parturentur, iussit eum decimam partem sumere. Hoc amplius, equum ornatum ei virtutis causa donauit. Comprobante hoc exercitu, procedens Marcius equum ait se accipere, gratámque sibi esse consulis commendationem, reliqua, sicut mercedem non honorem, repudiare, contentum fore virili prædæ portione. Vnam gratiam, inquit, præcipuam pero, quam mihi oro cõcedas. Hospes mihi in Volscis & amicus fuit, vir bonus & probus. Hic captus est, atque ex opulento & beato factus seruus, ei multis oppresso calamitatibus vnam sufficit demisse, ne sub hasta veneat. Ita fatum maior excepit Marcium acclamatio, pluréque fuerunt qui inuictum eius aduersus pecuniam animum, quàm virtutem stuperent bellicam. Quippe qui nonnulla inuidia & æmulatione in eximios eius honores affecti fuerunt, illis quoque tunc, eo quòd nõ caperet eos, dignus esse qui magna caperet est visus, atque impensius sunt virtutem eius exosculati, qua tanta præmia reiiciebat, quàm eam, ob quam fuerat ea meritus. Pulchrius est enim pecunia quàm armis rectè vti, ac non desiderare pecuniam, quàm vti ea magnificentius. Vbi clamor & strepitus conquieuit multitudinis, ita Cominius fatus est, Dona illa, commilitones, non potestis recusantem & inuitum, vt accipiat, cogere, sed quod hac de re repellere datum non valeat, id ei demus, cognoménque ei decernamus Coriolani, nisi in eo tribuẽdo res ipsa iam nos præuertit. Hinc tertium nomen habuit Coriolani. Vnde liquet clarissimè, ex nominibus proprium fuisse Caium, alterum familiæ vel genti cõmune Marcium, tertium ex facto fuisse aliquo pòst vel ex casu, vel figura, vel virtute impositum: sicut tribuerunt Græci ex re gesta cognomen Soterem & Callinicum, ex forma Physconem & Grypum, ex virtute Euergetem
398 & Philadelphum, ex felicitate Eudæmonem alteri Battorum. Aliquibus regibus dederunt cauilla appellationem, vt Antigono Dosonẽ, & Lamyrum Ptolemæo. Largius sunt hoc genere vsi Romani, ac quendam ex Metellis, quòd diu in publico versaretur fronte, in qua vlcus habebat, obligata, appellauerunt Diadematum: alium Celerem, quòd paucis ab obitu patris diebus,

munus funebre gladiatorum mira celeritate matura-
uisset exhibere. Aliquos ex natiuitatis casu, nunc quo-
que, vocant Proculum, si absente editus patre sit: Post-
humium, si defuncto: geminis editus, si sublatus alter
sit, superstitem Vopiscum. Ex corporis nota non Sy-
las modò & Rufos, sed & Cæcos & Claudios cogno-
mina imponunt, probè assuefacientes ciues, ne exci-
tem vel aliud corporis vitium probrosum ducant aut
contumeliosum, sed autes his vt propriis nominibus
accommodent. Caterùm pertinent hæc ad aliud scri-
bendi argumentum. Vt bellum contigit, seditionem
de integro excitauerunt populi duces, nulla quidem
noua de causa vel iusta offensione, sed quæ tumultibus
eorum superioribus necessariò comitabantur mala
horum arripuerunt contra nobilitatem velamentum.
Incultis & efferatis agris, quū annonæ facultatem alia
unde comparandæ tempora belli non permitterent,
magna difficultas erat annonæ. Quare videntes ho-
mines factiosi, neque commercium frumenti esse, neq-
que, si sit, abundare argento populum, sermonibus &
calumnijs adsperserunt locupletes veteri odio impul-
sos autores famis esse. Inter hæc legati Velitris adue-
399 nere, qui oppidum dederent populo Romano, orā-
rentque vt mitteret eò colonos. Pestilentia enim ita
depopulata oppidum erat, vt vix decima pars superes-
set ciuium. Visa ergo prudentibus est percommodè &
in tempore necessitas oblata Veliternorum, quia ea re
subleuaturi annonæ difficultatem erant, & seditionem
se discussuros sperabant, si quod maximè turbidum &
à seditiosis erat incitatum, velut tabidam vrbis colluui-
em & turbulentam, reiecissent. Hos ergo consules
recensitos in coloniam miserunt. Quo autem ciuili-
bus mederentur tumultibus, cæteris delectum ad bel-
lum Volscicum indixerunt, rati in armis, castris, &
communibus periculis commistos pernicioſos & tur-
bes, populares & nobiles, placabiliores inter se & ad ci-
tiores fore. Enimuero hic intercedere Sicinius &
Brutus, seditiosi tribuni, rem sæuissimam vociferantes
blandissimo nomine eos coloniam appellare, & ho-

mines pauperes tanquam in voraginem detrudere, quum hos in oppidum aeris insalubris, & insepulto-
rum plenam funerum habitatū ablegent, sub alienis & infelicibus diis, deinde non contentos partē ciuium fame necare, partē pesti obijcere, etiam bellū vltrò quæ-
rere, vt ne qua calamitas absit ciuitati, quoniā vltrà ser-
uire diuitibus abnuat. Huiusmodi orationibus popu
lus implebat nec nomina edebat apud consules, & for-
debat ei colonia. Hæsitante senatu, tumidus iam fastu
Marcius, inflatus animis, & apud optimates ingens,
propalam obiecit se tribunis. Et coloniam quidē de-
duxerunt, eósque qui in sortē venerunt grauibus mul
ctis compulerunt migrare. Quum verò nomina dare
in delecta prorsus abnuerūt, ipse trahens secum Mar-
cius clientes suos & nonnullos alios quos induxit, a-
grum Antiatem depopulatus est. Vbi magna vi fru-
menti reperta, magna etiam abacta præda pecoris ho-
minumque, ipse omnibus abstinuit, sed milites præda
plenos & manubijs reduxit ad vrbē. Vnde cæteri pœ-
nitentia ducti, & inuidia aduersus eos qui abundabāt,
infensi erant Marcio, eiúsque nomine & opibus, quasi
contra populum grandescentibus, offendebantur. Pòst
aliquanto petiit Marcius consulatū. Hic multi demi-
tigabantur, & rubor populo erat, virum nobilitate &
virtute primum tot tantisque rebus gestis, suggillare &
præterire. Nam de more petentes consulatū rogabāt
& prensabant ciues togis in comitijs sine tunicis ami-
cti, siue quo magis ea specie summitterent se ad peti-
tionem, siue quo subijcerent oculis, qui cicatrices ha-
bebant, perspicuas virtutis notas. Neque enim ex po-
puli suspicione largitionis & ambitus discinctum vo-
lebant & sine tunica ad comitia progredi candida-
tum. Serò enim & multis pòst seculis nundinatio &
redemptio subijt, interuenitque comitialibus suffra-
gijs pecunia. Hinc iudicia & castra licitationibus
constuprata, & armis argēto expugnatis, respublica in
dominatum vertit. Nam scite profectò ille qui-
cunque tandem dixit, euersum populum ab isto pri-
mo qui primus epulis & largitionibus eum deliniuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Cæterùm videtur occultè hæc pestis & sensim obrepsisse, non ilicò erupisse in lucem Romæ: neque enim constat qui Romæ populum vel iudicium princeps pecunia redemerit. Athenis verò memorant Anytũ Anthemionis pretio deliniuisse principem iudices, pro-
491 diti Pyli reus belli Peloponnesiaci exitus: quo tempore aureum adhuc seculum & sincerum Romanum forũ tenebat. Porrò quum Martius multas ostenderet cicatrices in multis acceptas prelijs, in quibus annos septemdecim perpetuos stipendia faciens, tulerat pal-
B mam, verecundia eius virtutis constituerunt inter eos eum creare consulem. Postquam verò, illucente die comitiorum, Marcius in campum magno cum fastu deducente ipsum progressus est senatu, atque nobilitas præ se tulit omnis mihi æquè sibi curæ fuisse, plebs à diuerso, deposita benevolentia in illum sua, ad offensum delapsi sunt & inuidiã. Accessit huic morbo motus, ne si vir de secta optimatum & tantæ in nobilitate autoritatis esset consulatum adeptus, populum libertate exueret omni. Ergo his ita animatis tulit Marcium
C repulsam. Vt renuntiati alij sunt, indignè senatus passus est, maiore contumelia se rati quàm Marcium affectos. At ille casum neque modicè tulit neque lenitèr: quòd efferuescenti & præfractæ animi parti vehementi gnitudine præditæ & celsitate assueuisset indulgere: grauitate verò & lenitate, cuius præcipuè debet esse qui gerit rempub. particeps, ex ratione & doctrina accondiuisset illam, & ignoraret solitudini contubernalem (vt dixit Plato) pernicaciam imprimis desugiendam esse ei qui in republica & cum hominibus studet vi-
D sari, atque amplectendã, quę magnopere à quibusdam deridetur, tolerantiam. Quum esset autem vniuersim & rigidus, vincere verò atque superare omnes ducens prorsus opus esse virtutis, non imbecillitatis molliciq; ex insigni languore & ægritudine animi quę tumorem iram germinantis, plenus perturbationis & fellis in populum discessit. Inuẽtus nõbilitatis, quæ ciuitate maximè exultabat & enitescebat magnitudine animi, cum semper Marcii mirificè studiosa fuerit

tum eo tẽpore adhærens ei & comitans parũ commodè, indignando eius vicem dolendóque stimulabat iram. Erat enim eorum in artibus militaribus, quum in expeditionibus forent, dux & magister benignus, docens vt virtutis inter se æmulatione, quũ præclara facinora edidissent, citra inuidiam gestirẽt animo. Interea numerus magnus frumenti Romam per Italiam coempti aduectus est, nec minor ab Syracusis Geloni tyranni dono. Vnde plerique bonam spem concepe-
A rant fore vt simul cum egestate cibariorum etiam discordia ciuilis sedaretur. Confestim ergo coacto senatu, circumfusus curiæ populus expectabat exitum, spe-
B rans tolerabili pretio frumẽtum, quod erat emptum, se accepturum & donum partiturũ gratis, quippe in curia erant qui id suaderent senatui. At Marcius surgens, castigauit effusos in plebem acriter, ambitiosõsque & proditores nobilitatis appellauit, pernicioſa semina eos ferociæ & insolẽtiæ in multitudinẽ iacta in semetipsos alere, quæ præstaret initio resecare orientia, neque rudimento populum adeo valido cõfirmare. Eum iam horribilẽ quoque hinc esse quòd omnia ad eius li-
C bidinem fiant, nec vllam ad rẽ compellantur inuiti, nec sint consulibus dicto audientes, sed sine imperio agentes duces suos magistratus appellent. Largitiones ergo & diuisiones, inquit, sicut apud Græcos, vbi populi merũ est imperiũ, ignaui decernitis prorsus ad reip. internecionem, vt eorum foueamus contumaciam. Neque enim præmiũ ferẽt accipere se earũ quas deseruerunt, expeditionum vel secessionũ, quibus patriam reliquerunt, vel calumniarum, quas receperunt contra sena-
D tum: sed quia cedentes metu nos atque assentantes hæc tributuros & concessuros sperant, nullum finem facient rebellionis, neque diffidiis vel seditionibus temperabunt. Est itaque insignis hæc insania, Quòd 403
si sapimus, extorquebimus plebi tribunatum, qui consulatus est euersio, & diuisio ciuitatis non tam, vt antè, vnæ, sed ita dissectæ, nunquam vt coalitura sit posthac nec consensura, neque desituri nos simus ægrotare &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A inter nos tumultuari. Hæc atque his similia quum
multa diceret Marcius, promptissimam habuit huius
furoris iuuentutem socium & locupletes penè omnes
qui hanc vnum iniictum in ciuitate & liberum esse
conclamarũt. At ex maioribus natu quidam rei euen-
tum timẽtes, improbabant idq; nihil autẽ consequutum
est boni. Nam tribuni qui senatui intererãt, vbi sen-
tiam Marcij viderũt obtinere, eruperunt cum clamore
ad plebem vociferãtes, vt coirent, & sibi opem ferrent.
Quum streperet tumultu concio, dictis expositis Mar-
cij, parum abfuit quin ira flagrans irruperit in curiam
B populus. At tribuni Marcium in crimen vocauerunt,
& per viatores citauerunt. Quos ille quum summo-
uisset contumelioſe, ipſi accesserunt cum ædilibus, vi e-
eum abducerent, & iam manus iniiciebant ei. Ibi no-
bilitas conspirans repulerunt tribunos, ædiles etiam
pulsauerunt. Ac tunc quidem appetens nox tumultum
dissoluit. Prima luce populum consules cernentes ex-
acerbatum & vndique in forum concurrentem, inci-
ere de republica cœperunt, aduocatóque senatu, deli-
berandum proposuerunt, vt lenibus verbis & benigni
C decretis placarent & sedarent multitudinem: tempus
id, si sapiant, de dignitate vel de honoribus non esse
contendendi, sed anceps discrimen & præceps facili-
tatem & humanitatem postulare senatus. Quum ita
eorum sententiam frequentes transissent, progressi ad
concionem, populũ quam humanissimè appellauerunt
& demulserunt, diluentes leniter crimina, & modica
404 eos castigantes. De pretio autem annonæ & frumenti
facile ostenderunt inter ipsos conuenturum. Vbi pars
magna populi lenita est, modestóque & quieto silentio
gratam sibi esse probariq; ostendit cõsulis orationem,
D exurgẽtes tribuni senatus moderationi populum quan-
cunq; in re deceãt, vicissim prædicauerunt cedere.
Marcium verò nullarũt respondere, num inficias eat ad
perturbationem reip. & populi euersionẽ cõcitasse ho-
natum: & quũ ab ipsis citaretur, nõ obtẽperasse, denique
que pulsatus cõtumelioſe in foro ædilibus, ciuile beſ-

quantum in ipso erat, concitasse, & in arma ciues coe- A
gisse. Ea iactauerunt, quo aut demitteret spiritus suos
Marci' præter ingeniũ blandiẽdo, aut si ingeniũ sequeretur suum (quod potius, natura eius perspecta, expectabãt) irã aduersus se populi excitaret implacabilem.
Progressus est enim velut purgatur' se, populus autẽ eũ
silentio fletit ac conquieuit. Vt verò exorsus est apud
homines orationem expectantes deprecatoriam, non
modò adiosa vti defẽsionis libertate, maioréque accu-
satione quàm libera defensione, verũetiam vocis con-
tentione & habitu oris intrepidum animum propè ad B
contemptum vsque & securitatem præ se tulit, exarsit
populus, nec dissimulauit molestã sibi esse & odiosam
eius orationem. Ibi tribunorũ Sicinius violentissimus
paulisper cum collegis colloquutus, inde pro cõctione
fatus est tribunos cum rei capitalis damnasse. Tum
imperauit ædilibus vt in tupẽ raperent eum, atque in-
de in subiectã vallem statim præcipitarent. Quum æ-
diles manus ei iniicerẽt, res visa est vel plebis magnæ
parti horrẽda atque insolens: patricij verò, amentes &
anxij, clamoribus tẽtare ei auxiliari, partim manibus C
etiam eos qui Marcium arripiebant repellere, eúmque 405
in cateruam suam recipere, partim manibus porrectis
plebem orare. At quum neque oratione neque voce
in tanta cõfusione & tumultu quicquam proficeretur,
quoad aduertentes tribunorum amici & familiares,
non posse sine magnæ nobilitatis sanguine rapi Marcium
ad supplicium, suaserũt his, vt ablata supplicij nouitate
& indignitate, indicta causa ne eum occiderent, sed
mitterent populum in suffragia. Tum tranquillus
Sicinius nobilitatem sciscitatus est, quónam consi- D
lio populi punitioni eximerent Marcium: illis contrà
quærentibus, qua mente quóve consilio ciuem Ro-
manum, nemini secundum, ad tam atrox atque inusi-
tatum supplicium inauditum raperent. Atqui, Sici-
nius, nec hanc, inquit, seditionis & dissentionis cum
populo sumatis speciem, largitur vobis quod flagi-
tatis, de eo vt cognoscatur: Tibi C. Marci diem in tri-
nundinum ad populũ dicimus, tuam innocentiam tuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A probato. Eam conditionem nobilitas accepere, satisque habentes abducere Marcium, abierunt. Interposito ante trinundinum spatio (nundinas enim populus Romanus nono quoque die agit) spem iis eludendi criminis bellum cum Antiatibus dedit velut laxamentum & tempus habituru, dum fl acceſcẽte ira vel prorsus sopita per occupationem & bellum foret tractabilis populus. Verùm vt pace cum Antiatibus breui composita sunt reuersi, anxii multa cõcilia patricii habuerunt, agitantes quemadmodum neque Marcium perderent, neque tribunis ex integro populum concitandi darent materiam. Hic Appius Claudius, qui infensissimus plebi habebatur, testificatus est ipsum senatum
406 se perditum iturum, & remp. prorsus daturum præcipitem, si populo ferendi de capite patriciorum suffragii permitteret arbitrium. At maiores natu & qui principè populares erãt, non sæuum neque acerbum censebant, sed lenem & benignum, permissa potestate, populum fore. Non enim contemnenti senatum, sed contemni arbitranti hoc iudicium honori & lenimento futurum, vt simulatque fuerit in suffragium missus, offensum se abiecturus. Vt ergo aduertit senatum Marcium hinc ipsius benevolentia, hinc populi timore suspensum, scisciatus ex tribunis est, quo de crimine postulaturi se & ad disquisitionem essent populi vocaturi. Qui vt responderunt regni affectati intẽtaturos se eum, idque probaturos. Ibi exurgens, Ipse ad cõcionem, inquit, ad me purgandum pergam, neque vllum genus notionis, neque, si conuictus fuero, supplicii recusabo, modò id (inquit) crimen deferatis, neque imponatis se-
D natui. Quod quum recepissent, ea lege constitutum est iudicium. Concione aduocata, hoc primum expresserunt, vt suffragia non centuriatim sed tributim ferrentur, quo ante locupletes, illustres, & militares, inopi, sed ditiosæ, & deploratæ multitudini darẽt prærogatiuam suffragiorum. Deinde omisso regni crimine, quoddoceri non poterat, illa recoxerunt dicta, quæ pridem acerat Marcius in senatu, quũ annonam prohibebat relaxari, & adimi populo tribunos suaderet, nouum in-

super crimen adiecerunt, prædæ partitionem, quam A
ex agro Antiate captam non retulerat ad ærarium, sed diuiserat illis qui cum ipso militauerant. Quo maxime dicitur perculsus Marcius fuisse. siquidem fuit id 407
ei præter expectationem obiectum, neque paratam ex tempore idoneam ad populum habebat defensionem, verùm laudanti milites suos obstrepuerunt maiore numero illi qui non militauerant. Demum tribubus in suffragia missis, tribus damnatoriæ superauerunt. Pœna fuit damnationis perpetuum exilium. Pronunciata sententia, qua damnatus est, nulla vnquam cæsis hostibus tantos fecerat populo spiritus victoria, quan- B
tum tunc exultans & ouans discessit. At senatum metus angor mœrórque tenuit dolentem & ingemiscentem, quòd non omnem lapidem prius mouissent quàm tantam contumeliam & licentiam perpessi essent populi. Neque opus ad discrimen veste tunc vel aliis insignibus erat, sed statim patebat popularem esse qui gaudebat, qui mœstus erat, patricium. At ipse impetterritus & infractus Marcius, gestu & inces- C
su, & vultu constans, in omniũ perturbatione aliorum nihil fortuna sua motus videbatur esse, non ratione ille aut animi lenitate, aut quo casum suum ferret modicè, sed quòd esset ira oppressus & indignatione, quam plerique nesciunt ægritudinem esse. Quum enim velut flagrans in excandescentiam vertit, tunc demissionem hanc abiicit & ignauiam. Vnde strenuus videtur iratus, sicut febricitans calidus, quasi subsidente inflatóque atque intumescente animo. Hanc affectionem suam Marcius illico re ipsa ostendit. Domum enim profectus, postquam matrem & vxorem com- D
plexu salutauit, lacrymarum & eiulatus plenus eiulantes, atque vt casum suum ferrent moderatè monuit, confestim digrediens, ad portam est profectus. Quo à frequẽti nobilitate deduct', nulla re accepta vel à quaquam petita, comitantibus tribus aut quatuor clientibus, excessit vrbe. Inde quum paucos dies in villis quibusdam suis varia consilia secum, qualia subiiciebat ira, voluisset, non illa quidem bona vel cõducibilia, sed 408

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quemadmodum pœnas expeteret à populo Romano, graue ſtatuit iis mouere & finitimũ bellum. Primum igitur ſolicitare inſtitit Volſcos, quos, floretes viris & opibus, ſciebat: ſuperioribus cladib' haud tantũ accisas vires eorum, quantũ pertinaciæ & indignationis ratus acceſſiſſe. Erat Antij vir longè diuitiis, virtute & natalium ſplendore princeps Volſci nominis ac regiæ autoritatis, Tullio Aufidio erat nomen. Hunc ſibi præ cæteris Romanis certus erat eſſe infenſum. Quia enim ex concertatione (vt iuuenum fortium gloria & æmulationes ferunt) crebrò inter dimicationes mu-
B nis, prouocationibus, iactantiſque certauerant inter ſe, priuatam publicæ adiunxerant inimicitiam. Quum Tullii tamen celſitudinem animi noſſet, & præuideret omnes Volſcos occaſionem captare eum infeſtandi vicißim Romanos, teſtimonium reliquit illi, quod ait,

Ira repugnare arduum eſt:
Quicquid cupit, licetur vitæ.

Sumpto enim amictu & habitu, quo minimè qui eſſet cognoſceretur aſpectu vt Vlyſſes, infeſtorum hominum eſt vrbem ingreſſus. Erat diei ſerum, multique
C occurrerunt ei, ſed nouerat nemo. Profectus domum ad Tullium, repẽtè ad focum nullo ſentiente penetrauit, ibique tacitus ſedit obuoluto capite, nihil agens. Familia ſtupore defixa, dubitauit excitare eum, quod aliqua & ex veſte atque ſilẽtio eius eluceret mateſtas. Narrant igitur Tullio iam cœnanti hoc monſtrum qui ſurgens adiit eum, rogauitque qui eſſet, quidque petitum veniſſet. Ita Marcius aperiens ſe, & paulißper moratus: Si nondum (inquit) Tulli me cognoſcis, ſed
D nec aſpectus facit tibi fidem, neceſſitas me delatorem facit meiipſius. C Marcius ſum, qui plurimas clades Volſcis intuli, &, quod non finit id inficiari, cognomen circumfert 409 Coriolani. Siquidem multorum malorum & periculorum illorum præmium paraui mihi, bellum aliud quàm inimicitiæ in vos teſtem appellationem. Hoc mihi intactum ſupereſt. Cæteris hinc populi inuidia & iniuria, hinc magiſtratuum & nobili-

tatis languore atque proditione ſpoliatus ſum, pulſuſque in exilium ſupplex ad focum tuum conſedi, non ſecuritatis cauſa & ſalutis: nam mortem ſi horrerem, quid huc venirem? Verùm perſequi aueo pœnas ab iis qui me fecerunt extorrem: quas iam ſumo, qui in arbitrium me contuli tuum. Itaque ſi animus tibi eſt hoſtes adoriri, age, vtere iam, Tulli, meis calamitatibus, & infortunium meum in Volſcorum verte proſperitatem. Hactenus verò pro vobis melius quàm contra vos pugnabo, quatenus pugnant me- B lius illi quibus conſilia nota hoſtium ſunt quàm ignari. Quòd ſi cecidiſti animo, neque ducere ego ſpiritum aueo, neque tibi honeſtum ſit incolumitatem præſtare veteri inimico & perduelli, nunc ſegni & inutili. Vbi ea Tullius audiuit, ingenti eſt lætitia elatus, dexteráq; ei data, Surge (inquit) Marci, bonóque eſto animo. Per enim cõmodè nobis cecidit, huc quòd te conuleris: tu à Volſcis expecta maiora. Inde beni- C gnè Marcium inuitauit. Inſequentibus diebus conſulerunt inter ſe cõſilia belli. At ciuitatem Romanam nobilitatis aduerſus plebẽ ex Marcii potiſſimùm orta damnatione exagitabat ſimultas, ac multa prodigia aruſpices, ſacerdotes, priuati denũtiauerunt haud contemnẽda. Vnum hoc erat: Titus Latinus, de plebe homo, quietus probúſq; alioquin & liber ſuperſtitione, multóque magis vanitate. Huic ſomniũ fuit: Vſus Iupiter præcipere iret, ſenatui denũtiaret malum ſupplicationis præſultorem, quem miſerant ſibi, duplicemque. 410
Hoc oſtentum ſibi ait primùm parum curæ fuiſſe. Vbi D iterum ac tertiũ neglexiſſet oblatũ, egregium filium ſe amiſiſſe, corporiſque repentino languore & debilitate correptum. Hæc in curiam lectulo delatus expoſuit. Quibus editis, confeſtim conualeſcere eũ corpus ſenſiſſe, ſuũ gentẽmq; ſuis pedibus domũ memorãt reuertiſſe. Miraculo ſenatus admonitus, diligenter de re quæſiuit. Fuit ea huiuſcemodi: Seruum ſuũ quidam aliis ſeruis tradiderat, præceperátq; vt cæſum flagellis medio ageret foro, inde interficerent. Hæc agentes, & hominem verberãtes, varios flexus præ dolore motúſque

Universidad de Deusto
Biblioteca

A indecoros alios magnitudine cruciatus volutem supplicatio forte sequuta est. Ea species minimè iucunda atque motus incœcinni multos præsentium offenderunt, factũ tamẽ nemo vindicauit. Maledixerunt tantùm & diras imprecati sunt tam atrociter mulctãti. Etenim magna id tẽporis humanitate seruos prosequebãtur & quia ipsimet obirent operas suas, & communem cum illis vitam agerent, habebant eos benignius & familiarius. Habebatur autem punitio serui qui peccauerat acerba, si lignum plaustri, quo sustentant ter-
B monem, circa vicinium portaret: ita enim punitum quum domestici & vicini vidissent, nullam habebant deinceps ei fidem, appellabántque eum furciferum. Illud visum Latinus vbi patribus narrauit, atque illo ambiguum fuit qui ille ludorum Fuisset ingratus & malus præsultor, subiit nonnullis ob insolentiam supplicium serui illius, quem flagellatum per forum tempuerant, mox occiderant. Sacerdotibus id esse con-
411 firmantibus, pependit dominus pœnas, supplicationémque deo ac ludos instaurauerunt. Videtur po-
C tem cum cætera Numa sacrorum sapientissimus ille esse præceptor, tum præclarè sanè ad religionem hoc constituisse. Nam quum magistratus & sacerdotes quid rei diuinæ faciunt, antecedens præco magna voce clamat, Hoc age. Qua voce rebus diuinis tum habent intentos esse, neque vllo opere eas vel negotio interpellare, quòd pleraque mortalium coacto quodammodo & vi efficiantur. Sacrificia verò supplicationésque & ludos solent Romani non solùm ex certa occasione, sed ex minutula etiam instaurare. Et
D quidem si vnus equus thensas ducentium elanguisset, itémque si læua manu prehendisset auriga habenas, supplicationem decernebant instaurandam. Sequenti tẽporibus vnum sacrificium tricies instauratum, quòd semper aliquid delicti vel offensionis intercessisse diceretur. Tanta religio erat erga deos populi Romani. At Marcius & Tullius principibus gentis adhibitis, clàm consultauerunt hortantes eos, dum occupati Romani domesticis seditionibus sint, vt arma

iis inferrent. Sed quũ pudor hos deterreret, quòd fœ- A
dus & inducias in biennium fecissent, speciem ipsi Romani præbuerunt, ex nescio qua suspitione vel calumnia inter spectacula & ludos iussis per præconẽ Volscis ante solis occasum vrbe excedere. Aliqui fallacia & dolo Marcii compositum fuit autores. Mississe hunc ad cõsules Romanos falsò Volscos criminatum, in animo eos habere medijs ludis adoriri Romanos, & vrbem inflammare. Incendit hoc edictum omnes grauius in Romanos. Tullius autem rem exaggerans & exacérbans, eis persuasit denique vt, missis Romam B
legatis, agrum oppidáque bello Volscis adempta repe- 412
terent. Romani auditis legatis stomachãtes responderunt, priores arma Volscos capturos, Romanos depositurus posteriores. Tullius exinde omni nomine Volsco contracto, vt bellũ decernerent consulunt, & Marcium accirent, memoriáque obliterata offensarum, persuaderent sibi plus socium tunc allaturum adiumẽti quàm nocuisset hostis. Qui accersitus quum verba ad populum fecisset, nec minus facundia quàm armis pollere eum & rei militaris peritum apparuisset esse, C
prudentiáque præcellere & audacia, deligitur, collega addito Tullio, dux belli cum libera potestate. Qui quũ timeret ne temporis, quo se parabant Volsci erant, longior propagatio rei gerendæ præriderer opportunitatem, reliqua primoribus ciuitatis & magistratibus cõtrahere & subministrare iussis, ipse propatissimo quoque sine delectu inducto, vt voluntarij sequerentur se, in fines Romanos repentè præter omnium expectationem inuasit. Vnde tantum præda factum vt auferre eam & in castris non valerent consumere. Atqui nihil D
minus illa in expeditione, quàm prædam & agri vastationem morabatur, verùm cuius gratia hæc agebat, id magni ducebat, nobilitatem vt committeret cum populo. Quippe fœdatis & proculcatis omnibus alijs, illorum prædia diligenter tutatus est, nec lædi vel attingi permisit quicquam quod esset eorum. Vnde querelæ inter eos & seditio exorta maior. Plebem criminata nobilitas est quòd virum tantum in exilium egi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sent iniqué: contrà populus accusauit illos, quòd odio inducti, Marcium accersiuissent, & dum pars altera vexatur bello, ipsi spectatores desiderent, qui opum & bonorum foris hostem suum habeant custodē. Eo
413 Marcius patrato, quum multum Volscis momenti ad audendum & despiciendum hostes fecisset, saluum reduxit agmen. Mox omnes Volscorum vires magna alacritate coiēre. Quæ quum essent ingētes, partim relinquere ad oppidorum præsidia statuerunt, reliquos ducere in Romanos. Optionē detulit Tullio Marcius
B prouinciarum: Tullius verò Marcium ait cum nihilo se esse virtute inferiorē, tum fortuna omnibus in præliis prosperiore vsum, ideo voluit foris eum exercitui præesse, oppidis mansurū se præsidio, atque exercitui necessaria administraturum. Hinc magis Marcius cōfirmatus, primùm Circeios, coloniā Romanā, mouit: quam in voluntariam deditionem concedentem nihil læsit. Inde perpopulatus est agrū Latinū. Pro Latinis sociis, qui assiduè Romanorum opem implorabant, expectabat eos ibi dimicaturos secum. Verùm quia
C languescebat plebs, & pauci dies supererant magistratus consulibus, quibus rem adducere in discrimen nolebant, ideóque Latinos domum remiserant, ipsa oppida Marcius tandem aggressus est. Tolerienses, Vicellenses, Pedum, ad hæc Bolanos, quum mœnia defenderent, vi cepit, homines in prædam redegit, bona eorum diripuit. Qui ad ipsum desciuissent, horum magnam egit curam, atque, vt ne inuito quidem se aliquid paterentur detrimenti, quamremotissimè ab eorum finibus castra locauit, & ab agris eorum abstinuit.
D Postquam Bolas oppidum non plus duodecim ab vrbe millibus & quingentis passibus cepit, ingentique præda capta omnes propè puberes interfecit, & Volsci, qui ad præsidium fuerant relicti vrbium, retineri non potuēre, sed ad Marcium cum armis omnes con-
414 currerent, vnicúmque & solum dicerent se illum ducem agnoscere, ingens erat eius per totam Italiam nomen, atque immensa laus virtutis, quæ vnius migratione corporis, rerum conuersionem tam nouam effe-

cisset. Res erat Romana confusa. Prælio decernere A
abnuebant. Coniurationes quotidianæ & seditiosæ inter illos voces erant, donec Lauinium allatum est vallo ab hostibus clausum, vbi deorum penatiū sacra deposuerant Romani, generisque inde originem trahebāt, quòd condidisset primum illud oppidum Æneas. Inde magna plebē & subita mutatio incessit sententiæ, perquam autem absurda & importuna nobilitatem. Populus enim voluit Marcii damnationem antiquare, atque reuocare eum in ciuitatem: senatus habitus, re in
concilio deliberata, id improbauit & interdixit, siue B
obsistere omnibus quæ cupiebat plebs contendit, siue aliàs illum beneficio populi redire noluit in patriam, siue etiam illum ipsum iam oderat, quòd infestaret omnes non ab omnibus læsus, & hostem se declarasset patriæ, cuius sciret præcipuam & optimam partē vicem suam dolere, vnáque secum esse violatā. Recitato pro concione senatusconsulto, populus suffragium inire & iubere rem vllam, nisi patres autores facti essent, haud valebat. Quo nuntiato vehementius multo Marcius exasperatus, omissa obsidione, signa furibundus ad
vrbem mouit, & ad fossas Clœlias castra ad quintum C
ab vrbe lapidem posuit. Quum esset terribilis aductos eius, multúmque conciuisset perturbationis, seditionē tamen discussit in præsentia. Nemo enim iam multitudini repugnare, neque magistratus neque senator de reditu Marcii audebat, sed quū aspicerent discurrētes per vrbem fœminas, in templis supplices, lacrymantésque senes & precantes, omnia antē destituta animis & sanis consiliis, rectè populum animaduerterūt ad re- 415
uocandum Marcium animum appulisse, senatum verò
longè latéque errare, qui quum deponere iram & si- D
multatem debuisset, tunc susciperet eam. Decernuntur igitur ad Marcium legati, qui reditum illi decretū nuntiarent in patriam, pacémque ab eo peterēt. Missi ab senatu necessarii Marcii, magnam expectabant ab eo ob coniunctionem & familiaritatem, in primo cōgressu comitatem, sed in cassum. Quippe per hostium castra ducti conuenerunt sedentem in cœtu & cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fastu intolerabili. Ibi in principum Volscorum concilio iussit eos, quid petitum venissent, edere. Qui benigna & placida habita modestáque vt tempus postulabat oratione, quum finem dicendi fecissent, responsum reddidit qua de iniuria sibi illata atrox & iniqua de Volscis vt imperator oppida præcipiés agrumque quæ iis ademerant bello, redderent, ac lege lata Volscis ciuitatem vt Latinis darent, aliam, nisi æquis & iustis conditionibus, non esse stabilem pacem. Spatium iis ad deliberandum triginta dies dedit. A legatorum
B ſſu oratorum, confestim recessit ex agro Romano. Hinc criminandi ansam nonnulli ex Volscis, quos iamdudum illius mordebat stimulabátque potẽtia, primam arripuere. Ex his erat Tullius, non quòd vlla ipse priuatim affectus iniuria esset, sed quòd vitio mortalium communi laboraret. Torquebatur enim quòd gloria sua obsolesceret, & ipse despiceretur à Volscis, qui omnia in vno reponebant Marcio, cæteros autem volebant, quantum ipsis impertiretur ille autoritatis & imperii, in eo acquiescere. Hinc primæ querelæ proC 416 seminatæ in occulto sunt, conspirantésque inter se, & factum eius incusantes, proditionem vocabant illum receptum, non murorum aut armorum, sed temporum quibus conseruari hæc & reliqua, & contrà amitti valeant, triginta dierum inducis bello datis, quum maiores vel minori spatio interuenire vicissitudines possent. Quanuis hoc spatium Marcius haud segne transegit, sed socios hostium circumuagans solicitauit, populatus est, atque oppida septem magna frequẽtáque cepit, quibus tamen ferre Romani suppetias non sunD runt ausi. Ita obtorpuerant animi eorũ, & instar corporum planè obstupescẽtium & resolutorum erant ad bellum moti. Circumacto tempore, quum iterum adesset cum omnibus copiis Marcius, alterá legationem misserunt deprecatum eum, deponeret offensionem, & reductis ex agro Romano Volscis, faceret proponréque ea quæ è re vtriusque populi duceret esse. Metu enim nihil populum Romanum remissurum: siquid indulgendũ arbitrarentur Volscis, positis armis, omnia

assequuturos. Ad ea pronuntiauit Marcius, nihil se vt A
Volscorum ducem responsurum, sed vt ciuem Romanum adhuc monere & consulere ipsis, moderarentur animis suis, & intra triduum redirent, atque æqua postulata sua comprobarent. Sin alia sententia sit, non vltrà ipsis in castra cum inanibus verbis tutum fore venire. Vbi senatus reuersit legatis relata audiuit, sicut in graui tempestate & fluctibus ciuitatis særam anco-
ram iecit. Quotquot enim erant deorum immortaliB
um sacerdotes, sacrifici, æditui, augures, quod patrium 417
iis erat & antiquum sacerdotium, hi omnes cum insignibus, quibus vtebantur de more in sacris, vt Martium adirent decreuere, petitum & obsecratum, ponéret bellum, ita de re Volscorum cum ciuibus ageret. Hos castris quidem recepit, verùm nihil eoncessit, nihil fecit vel respondit placatius, tantùm vt prioribus conditionibus vel paciscerentur fœdus, vel bellum gererent. Quibus regressis, vrbe decreuerũt se tenere & tueri mœnia, itáque impetũ hostium repellere, spem in temporis tractu potissimùm, & incertis reponentes
fortunæ, quando nihil ipsis salutare in mentem venieC
bat, sed tumultus, pauor, voces turbulentæ occupabãt ciuitatem, quousque accidit quiddam illis, quæ idem ab Homero referuntur (cui tamẽ non satis vulgus fidem adhibet) consimile. Quum enim ille malignis in rebus & temere accidentibus dicat atque exclamet,

Illi suggessit rem oculos, dea cæsia Pallas. Et,
Aſt aliquis mentem populo deus abstulit, vt qui
Pessimus famam inferat... Item,
Vel meditata facit, vel sic deus omnia iussit.

Contemnunt eum, quasi rebus impossibilibus & fabu D
lis absonis sui cuiusque consilii arbitrio fidem abroget. Quod non facit Homerus, sed verisimilia & vsitata ratione effecta nostris adscribit consiliis, atque frequenter,

Aſt ego consilium turgenti pectore cepi. Et,
Nec aut, at tristi mœrore affectus Achilles
Ambigua hinc versabat pectore curæ. Et alio loco,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A —*sed non induxerat illa*
Optima vestrum tentem prudenter Bellerophontem.
In rebus verò monstrosis & temerariis, vbi impe-
fanaticus & lymphaticus animus requiritur, non
418 lentem inducit deum, sed mouentem voluntatis
trium, neque impulsum infundentem, sed species
pulsuum ductrices. Quibus actionem non effice
uitis nobis, verùm præbet libertæ voluntati exor
& fiduciam vel spem addit. Aut enim adimend
mel diis erit omnis causa & primordium nostr
rerum, aut quænam superstit ratio alia qua inuen
B rales, & eorum adsint conatibus. Neque enim co
illi nostrũ cõponant, neque manus & pedes vt pos
quirit, versentur at agẽdi vim, quæ est in animis nost
& voluntatẽ, rincipiis quibusdã & visionibus
imaginationibus excitent, aut cõtrà auertant, com
mántq;. Romę interea mulieres partim per alia
pleræque & nobilissimæ ad Iouis Capitolini aram
plices se abiecere. Inter quas Poplicolæ soror, ma
lius viri qui tẽ Romanã multùm belli domiq; p
C uerat, Valeria erat. Cæterùm Poplicola (vt in illo
storia cõmemorauimus) iam erat defunctus; Val
quòd genus nõ deformare vita putaretur, celebr
nomẽ, & in honore habebatur. Hæc repẽte ita, vt
mota atque ex diuino instinctu quũ id quod
res attigisset, surrexit, cæteràsque omnes excitauit
perrexit domum ad matrem Marcii Volumniam
Quam ingressa quum sedentem apud nurum inue
sset, & paruos Marcii liberos in sinu tenentem,
cũfusa ei reliquarum corona mulierum, Nos, inq
D quas conspicitis, Volumnia & tu Vergilia, fœmina
fœminas accessimus sine vllo senatusconsulto vel
gistratuum edicto, sed deus (vt arbitror) nostrorũ
fertus supplicium incendit nos, vt vos adiremus
raremúsque rem nobisipsis quidem aliisque ciui
salutarem, vobis verò, si nos audietis, gloriosiorẽ
quàm Sabinorum retulerunt filiæ ex bello, quæ
419 citiam & pacem inter parentes virósque concilia

Agite dum, pergite vnà nobiscum supplices, ac date A
patriæ verum hoc atque iustum testimonium, quan-
quam cladibus afflicta multis fuerit, nihil læsisse eam
vos tamen, neque iratæ de vobis consuluisse, imò vos
reddere illi, etiamsi nihil impetratura sit æqui. Sic fa-
tam Valeriam assensu sunt cæteræ subsequutæ: quibus
respondit Volumnia. Et communium periculorum
mulieres in partem venimus, & priuatim malè nobis-
cum agitur, quæ Marcii perdidimus gloriam virtu-
témque. Corpus quidem eius contemplamur hostium B
armis custodiri potius quàm conseruari. Extrema ve
rò hæc nobis miseris, si ita desperata respub. est, in no
bis vt repositam spem habeat suam. Haud scio enim
an nullam rationem ille sit nostri habiturus, si quidem
nullam habet patriæ, quam & matri & coniugi & li-
beris prætulit. Veruntamen vtamini nobis, & addu-
cite ad illum, si nihil aliud, in supplicijs pro patria e-
mori poterimus. Inde pueros & Vergiliam secum tra-
hens profecta est cum cæteris matronis ad castra Vol-
scorum. Excitauit hæc earum miserãda species etiam
apud hostem verecundiam & silentium. Sedebat cum
primoribus Marcius pro tribunali. Vt adesse mulie- C
res vidit, cœpit mirari. Inde agnita vxore, quæ prima
in agmine erat, conabatur obstinationẽ & atrocitatem
suã retinere. Cæterùm ad illius conspectũ victus ani-
mo & cõsternatus, haud sustinuit vt adirent sedẽtem,
sed properè descẽdit occurritque, ac primùm matrem
perdiu osculatus, inde vxorem ac liberos, nullum mo-
dum iam lacrymandi & complectendi eos fecit, sed
sicut vndis motui animi permisit se auferendũ. Vt his 420
satiatus matrem velle sensit verba facere, adhibitó Vol D
scorum concilio audiuit hunc in modum disserẽtem,
Qualem conditionem domi tuum nobis, fili, exilium
peperit, vt nos taceamus, ex veste & miserorum corpo
rum facie cõiiciens vides. Nunc tecum reputa omniũ
nos calamitosissimas fœminarum adesse, quibus quod
spectaculum esset iucundissimum, fortuna horrendi-
simum reddidit: mihi, vt filium, huic, vt virum patriã
obsidentem cernat. Quæ verò cæteris rerum est al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A leuatio asperarum & aduersarum, vota vt diis faciant, id nobis est implicatissimum. Neque enim licet nobis & patriæ victoriam & tibi à diis poscere salutem; sed quæ nobis inimici imprecentur, hæc nostræ habent preces. Aut enim patria necesse est, aut te orbentur coniunx tua & liberi. Ego verò non expectabo vt fortuna me vna hoc decernat bellum, verùm, nisi tu antea xero te vt reconciliata gratia, compositisque controuersiis & offensionibus, vtriusque partis benefactor fis potius quàm pestis alterius, sic habeto, & ad id te cõpara, te patriam, priusquam exanimem transcendere
B genitricem tuam, non oppugnaturum. Neque enim illa mihi operienda est dies qua vel triumphari de hostio à ciuibus, vel filium aspiciam de patria triumphantem. Quòd si abs te postulem vt conserues, prodas Volscis patriam tuam, difficilis fili, & perplexa tibi deliberatio proposita sit. Neque enim perdere honestum est ciues, neque fidem sequutos tuam prodere iustum. Nunc exulu malis petimus, quod vtrisque pariter lubrie, Volscis honorificum magis & pulchrum est, quòd ob id quòd superiores sint, maxima dicentur nobis tribuisse beneficia, quum non secus ex ipsi accipiant
C ecum & amicitiam. Quæ si sequutæ erunt, tũ imprimis fueris autor: sin minus, in solum te culpa vtrinque referetur. Bellum autem quum sit incertum, hoc habet certi tamen, quòd victori id supererit tibi, Patria vt patriæ sis: victus verò, censeris per iram benemeritus & amicis fuisse maximarum effector ærumnarum. Ita dicentem quum audiret Marcius, neque vllum responsum redderet, iterum Volumnia, Quid siles, inquit, fili? Iræne & offensioni omnia deponere præclarum est, nempe autem matri de tantis rebus indulgere? An verò
D meminisse iniuriarum magno est viro decorum, gratia verò erga filios parentum venerandis & calendis impensare à præstanti & bono viro est alienum? Atqui neminem ita congruat referre gratiam, vt tibi qui iam acriter persequeris ingratitudinem. Et quidem à patria magnis iam pœnas recepisti, matri verò gratiam retulisti nullam. At erat in primis pium citra necessi-

tem abs te oranti mihi tam honestam & iustam petiA tionem concedi: si non obtineam, quid extremã spem extraho? Sic fata, procubuit vnà cum coniuge & liberis ad genua eius. Hic Marcius quum exclamasset, Quòmo adegisti mater? sustulit eam, dextrãq; arctè pressa, Victoria, inquit, læta patriæ, mihi funesta es potita: abibo enim ab vna te victus. His dictis, paulisper cum matre & vxore seorsum colloquutus, petẽtes eas remisit retrò Romam. Nocte elapsa, Volscos reduxit non perinde neq; pariter eos omnes animatos. Alii enim &
B illum & factum eius improbabãt, neutrum alii, ad reconciliationem & pacem propensiores: nonnulli, etsi quæ agerentur culparent, non malè sentiebant tamen de Marcio, sed veniam dãdam machinis conuulso tantis. Nemo autem obstrepuit ei, sed omnes virtutis eius magis quàm imperii reuerentes sequuti eum sunt. Po-422
pulus verò Romanus quanta trepidatione perfusus vrgeme bello fuerit, maiorẽ dedit eo defunctus significationem. Simul enim quoque stationes quæ in muris erant, Volscos conspexerũt se recipientes, mox patefactis omnibus templis, quasi nuntiata esset victoria, co-C
ronati victimas ceciderẽ. Præcipuè gratia & honoribus quos patres populiq; vniuersus mulieribus habuerũt, illustris fuit gratulatio ciuitatis, quũ ferrent & haberẽ illas palàm salutis fuisse autores. Senatus quũ decreuisset, quicquid postulassent, quod ad ipsarũ laudẽ & præmium pertineret, id cõsules facerent & præstarẽt, nihil postulauerunt aliud quàm vt templum fortunæ muliebri ædificaretur, impensas ostenderunt se collaturas: victimæ & reliqua, quæ ad honorem deorum pertinerent, vt publicè præberentur. Quam mu- D
nificentiam quũ collaudassent patres, & de publico tamen templum & simulacrum posuissent, non eo minus pecunia fœminæ collata alterum signum fecẽre, quod Romani memorãt in æde locatũ vocẽ misisse huiusce modi, PIA MÈ RELIGIONE FOEMINAE DEDICASTIS. Bis hãc vocẽ fabulantur auditam, monstris similia & abhorrentia à fide persuadẽtes nobis. Nã sudorẽ signa videri emanare lacrymasq;, & sanguineas

A quasdã stillas,nõ sit impossibile. Ligna enim & lapides subinde situm contrahunt, vnde gignitur mador. Varios etiam edunt sua sponte colores & accipiunt tincturas ex aere,quibus diui nitus aliquid nihil sanè prohibeat portendi. Iam fieri queat vt stridori muris & gemitui signa similem vocẽ reddant ex ruptura vel distractione partium interiorũ violẽtiore. Perfecta verò vox & sermo tam clarus,absolutus & dilucidus ex in-
423 animato nulla ratione fieri potest vt exeat,quũ ne animus quidẽ nec deus citra corpus organicum & instru-
B ctum cõgruentibus ad sermonem instrumentis queat vocem edere & differere. At vbi historia multis nos & locupletibus vrgeat testibus, similem sensui ibi statuendum est motũ subeuntem opinandi vim,qui est in animo,inducere opinationem,quomodo in somnio audire ea videmur quæ non audiamus,& quæ non videamus ea videre. Verũtamen qui perquam flagranti ardore & amore persequũtur deũ,atq; ideo nihil asperi
C nari neque respuere tale valẽt,his diuinæ potẽtiæ humanam sortẽ excedens multũ fidei facit maiestas. Nulla enim in re vsquam conditionẽ humanam repræsentat,nec natura,nec motu,nec arte,nec viribus,neque siquid faciat quod efficere nos nequimus,& molitur,quod nõ valemus moliri,id absurdũ sit. Imò rerũ qui in omnibus est absimilis nobis,multo maximè alius operibus & diuersus est. Verùm res diuinæ magna ex parte (vt Heraclitus ait) prætereũt ex diffidẽtia
D nostram cognitionem. Porro Marcii, postquam Antium ab expeditione est reuersus, perosus pariter & ob metum infestus Tullius tentauit mox per insidias sustollere: aduersus quẽ parem occasionem, hæc si effugisset,non esset habiturus. In quem quũ multos concitasset subornassẽtque,iussit ei abdicare se imperio,& rationem gesti imperii Volscis reddere. At timens Marcius,imperatore Tullio,cuius maximè inter suos ciues opes essẽt,priuatus esse,Volscis ait se redditurũ, si iuberent,imperium,quod omnium iussu suscepisset: rationem ne nũc quidem recusare,siquis poscat Antium,reddere. Conuocato ad cõcilium populo, con-

positi cõcionatores quidam exurrexerunt,plebémque A
inflãmauerunt. Verùm quum surgente Marcio, ardor tumultus reuerẽtia eius languesceret,& liberè dicendi daretur ei facultas,atq; optimus quisque Antiatium, & qui præcipuè otio delectabantur,non dissimularent 424
benignè se audituros atque æquè iudicaturos, veritus Tullius est Marcii defẽsionem. Quippe erat cum primis disertus,ac priora facta beneficentiam posteriore culpa habebãt maiorẽ: imò crimen erat illud prorsus magnitudinis testimoniũ eius beneficii. Neque enim iniuria affectos arbitrati se fuissent,quia Romam non B
redegerant in ditionem,nisi per Marcium fem eò deduxissent. Igitur visum est non vltrà procrastinare vel tentare vulgus,sed qui in coniuratione erant audacissimi, non audiẽdum vociferantes proditorem,neque permittendũ vt dominatum in Volscos vsurparet,nec deponere vellet prouinciã,globo facto trucidauerunt eum,neque tulit ei quisquã adsistẽtium opem. Displiceuisse plurimis rem confestim declarauerunt. Concurrerunt enim ex oppidis,& corpus eius honorificè extulerunt, monumentúmque decorarunt vt bellatoris C
& imperatoris insignis, armis ac manubiis. Populus Romanus morte eius nuntiata,signum vel honoris vel iræ in eum nullum aliud edidit,sed postulantibus mulieribus lugere eum,vt quæque parentem, vel filium, vel fratrem solet,decem menses permisere. Hic luctus terminus erat longissim',quẽ Numa Pompilius(vt in illius vita recensuimus)definiuit. At Marcium ilicò Volscorum res desiderauerunt. Primùm enim certamine quod cum Æquis sociis & amicis contraxerant, vtri imperatorem darẽt,orta seditio in vulnera & cæ- D
des erupit. Deinde ab Romanis fusi acie,in qua cecidit Tullius,& præcipuus exercitus flos periit,fœdam pacem accipere,qua in populi Romani ditionem fuerunt redacti,& pacti imperata facere,sustinuerunt.

Rebus horum gestis,quas dictu & cognitu dignas putauimus,expositis,bellicas neutram in partem magnopere cernimus inclinare. Multa enim militaris 425
audaciæ & virtutis exempla, multa etiam artis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A prudentiæ in imperio iuxtà vterque edidit. Nisi Alcibiadem, quòd terra marique perpetua victoria & secunda sit vsus fortuna, excellentiorem declarare ducem libeat. Nam habuit hoc vterque, quòd quando præsentes fuerunt, & exercitui præfuerunt, resp. suam manifestè exexerint, & cõtrà manifestius deprellerunt, quũ defecissent. At actiones Alcibiadis domi illas animium blandas, dissolutionisque & titillationis in parcillando plebi maculam detestabantur prudentes: e diuerso Marcii austeras, superbas, atque nimium pro no-
B bilitate pugnantes, oderat populus Romanus. neutræ igitur commendandæ. Atqui popularis & obsequiosa inculpatior sit illis qui quo alieni à populo colendo videantur insultant ei. Turpe est enim ad potentiam assequendam assentari populo: verùm potentia ex timore collecta & iniuria atque oppressione cum fœda tum iniqua sit. Iam moribus constat cãdidum Marcium & apertum fuisse, vafrum Alcibiadem in reprehendanda & fallacem. Præcipuè autem improbitatè eius reprehendunt & dolum, quo Lacedæmoniorum ex-
C cumuentis oratoribus (vt auror est Thucydides) pacem diremit. At enim hæc actio licet implicauerit denuo ciuitatem bello, validam tamen atque formidabilem Mantineorum & Argiuorum societate, quam adiunxit ei Alcibiades, reddidit. Marcium quoque fraude cum Volscis commisisse Romanos, falsis criminibus onerando eos qui ad ludos proficiscebantur, Dionysius memoriæ prodidit. Iam causa magis infame effecit factum. Neque enim ex contentione, neque ex ciuili pugna vel concertatione, sicut ille, sed iræ indul-
D gens, à qua nullam ei ait Dion relatam gratiam, mul-
426 tas Italiæ partes concussit, multásque nihil merentes obiter, ob indignationem in patriã, afflixit vrbes. Quibus Alcibiades quoque ciuibus impellente bile multarum extitit machinator calamitatum, vt primùm tamen pœnitere cognouit eos, mollitus est, ac quamuis rum fuisset ab iis repudiatus, non probauit prætorum errores, neque malè consulentibus & periclitantibus conniuit: verùm factum, quod erga Themistoclẽ præ-

cipuè celebratur Aristidis, idem erga illos duces, quan- A
tus inimicos, egit, quos adiit, indicauitque, atque docuit quid ex vsu esset. Marcius primùm totam ciuitatem infestauit, quum læsus non esset à tota, sed optima potissimáque pars esset vnà cum eo vulnerata, atque de eo dolerer. Deinde multis legationibus & precibus quum vnam procurarent offensam ac dolorem, quia his inflexus non est neque dedit locum, declarauit ad obterendam atque proruendam, non ad recipiendam patriam & reditum sibi parandum, bellum se atrox atque inexpiabile cõcitasse. At hoc certè dicas esse inter B
eos discriminis. Alcibiades ex metu simul & odio Spartiatarum insidiis appetitus ab iis transiit ad Athenienses: Marcio Volscos, quem illi omnibus officiis prosequebantur, parum honestum erat deferere. Siquidem dux creatus ab iis fuerat, summámque acceperat cum potentia fidem, non vt ille, quo abutebantur potius quàm vtebantur Lacedæmonii, quũ oberrasset Spartę, mox volutatus in castris esset, permisit demum se in Tissaphernis arbitrium, nisi sanè redire quũ cuperet in C
patriam, ne perirẽt fundibus Athenæ, obseruauit illum. Atqui pecuniam Alcibiadem minus honestè mercenariam frequenter accepisse, & turpiter in luxum profudisse & libidines, literis proditum est: Marcium vt caperet quod honoris causa dabatur, nõ induxerunt imperatores. Vnde in dissentionibus ciuilibus de ære alieno multitudini summo fuit odio, quasi nõ compendii gratia, sed per contumeliam & fastidium insultaret ipsis. Antipater autem in epistola quadam de Aristo- 427
telis philosophi obitu scribens, Inter cætera, inquit, vi
præditus fuit ille ducendi animos. Marcii verò res ge- D
stæ & virtutes, quòd hoc claudicarẽt vno, illis ipsis de quibus bene merebatur acerba fuerunt, qui superciliũ eius, & solitudinis, vt Plato ait, pernicaciam contubernalem non tulerunt. E diuerso Alcibiadis, qui committer agere cum adeuntibus nouerat, non est mirum rerum ab eo præclarè gestarum florentem gloriã cum beneuolentia ciuium & honore fuisse fauorabilẽ. Quandoquidem etiam offensæ nonnullæ eius sæpe acceptæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis fuerunt & delectabiles. Inde hic quanquam non
modicis neque paucis incommodis affecerat rempu-
blicam, dux tamen prætórque identidem designatus
est: ille quum ob multa decora & strenuè facta legi-
timè ambiuisset consulatum, est præteritus. Ita superiorem ciues non poterant, vel læsi, odisse: alter hoc
assequebatur, vt quum admirarentur eum, non amarent tamen. Enimuerò nihil Marcius reip. imperator
præstitit, sed contra patriã hostibus multa: Alcibiadis
benefacta & militis subinde & ducis sensit populus
Athenienſis, ac præsens, quantum volebat, erat aduersariis superior, absente eo valebãt calumniæ. Marcius
damnatus à populo Romano præsens est, Volsci præsentem interemerunt, improbè quidem ac nefariè, colorem præbuit ipse tamẽ probabilem, quòd quum publicè ad conditiones pacis nõ descẽdisset, priuatim adductus à fœminis, odium hostile non sustulisset tamen,
sed flagrãre adhuc bello, tempora perdidisset & corrupisset. Decuerat verò de eorum qui ipsius sequuti fuerant sentẽtia se recipere, si maximam sui erga
illos officii ducebat rationem: sin nulla Volscorum
cura tangebatur, sed vt iræ satisfaceret intulit bellum,
qua expleta id prosequi desiit, non matris gratia parcere oportebat patriæ, sed vnà cum patria parenti.
Nempe pars erat & mater & coniux eius quam oppugnabat patriæ. At publicis obsecrationibus precibusque legatorũ & supplicijs sacerdotũ spretis, receptus
matri cõdonatus, non genitricis honos, sed labes erat
patriæ: quæ cõmiserationẽ & deprecatione vnius fœminæ causã est incolumitatẽ cõsequuta, velut indigna
quæ conseruaretur propter semetipsam. Inuidiosa igitur hæc & crudelis fuit atq; importuna profectò gratia, neutrámque in partem recta: signa enim remouit
nec assensus hostib', nec cũ assensu sociorũ. Quorũ fuit
fons omnium austeritas, intolerabilis arrogãtia & pertinacia, quæ sua spõte est vulgo tædiosa: cõsociata verò
cũ ambitione efferatur prorsus, atq; intolerabilis euadit. Siquidem nec prensant, qui his vitiis cõtacti sunt,
multitudinem, perinde vt si non cupidi sint honorum,

deinde stomachantur repulsam passi. Quippe supplicem se non præbere neque blandum plebi, id Metellus
etiam & Aristides & Epaminondas habuere: sed quòd
verè floccifacerent ea quorum erat in nutu posita, populi delatio & ereptio. At in exilium pulsi decennale,
repulsam passi, & damnati sæpius, non fuerunt infesti
ciuibus insolentiæ eius causa: verùm amplexi eos sunt
vbi fuerunt pœnitentia ducti, & in gratiam redierunt cum petentibus. Vt enim quisque minimè obsequitur plebi, ita minimè debet eam vleisci: quòd maxima offensio ob repulsam ex immodica nascatur gloriæ siti. Atqui Alcibiades honoribus delatis non ibat
inficias duci se, & angi præteritum: vnde acceptus &
gratus studebat esse iis quibuscum agebat. Marcio
verò vt coleret illos qui prouehere eum ad honores &
augere poterant, non permittebat superbia, iram autem & ægritudinem incendebat neglecto ambitio.
Atque hæc sunt quæ in eo viro culpes, cætera sunt
splendida omnia. Temperantia & abstinentia cum
præstantissimis & innocẽtissimis Græcis, nedum cum
Alcibiade, hercle audacissimo in his & honesti securissimo, sit conferendus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOBILISSIMO ATQVE generosissimo domino, D. Ioanni à Ligne, Comiti ab Arenberge, baroni à Barbanson & Seuenberge, &c. præfecto generali & gubernatori Frisiæ, regionis Transisulanæ, Groningæ ac Lingiæ, domino suo benignis. Hermannus Cruserius S.P.D.

MERETVR tua, clarissime domine, in omnes mortales humanitas, in prouinciales tuos solicitudo & cura, in me profusus fauor atque beneficentia tua, vt ego qui ex prouincia tuis sim, & quem singulari complexu es gratia, scriptis meis orbi terræ, & placiditatem istam tuam & benignitatem commendem. Hoc enim munus non habeo, nec gratiue quod tibi munus offeram, vel potius, quo tibi gratiam referam. Itaque ex Plutarchi illustrium virorum Vitis, quas denuo recudi verbis Latinis, deandos existimaui tuæ comitati, & humanitati, & felicitati quoque, duos humanissimos & felicissimos principes, Timoleontem Corinthium, & Paulum AEmilium Romanum, quorum fuit vterque moribus lenissimus, bello fortissimus & fortunatissimus, in pacatos clementissimus atque beneficentissimus. Vnde populares & ciues prosequuti & post fata eos sunt summa benevolentia, quæ virtutibus illis asseritur potissimum. Cœlitatur enim ea potissimum beneficentia, secundo loco comitate & benefica voluntate, etiamsi meritum fortasse nullum conferas. Vehementer autem amat multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Quia enim honestum per se nobis placet, animosque omnium natura & specie sua cõmouet, maximèque quasi perlucet ex iis quas commemorauimus virtutibus, idcirco illos in quibus illas virtutes esse vemur, à natura ipsa diligere cogimur, atq; sunt hæ causæ diligẽdi grauissimæ. Omnium autem rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas & tenendas quàm dilegi, nec atrocius quàm timeri. quippe quem metuunt homines, eum oderũt, quem quisque odit, perisse expetit. Multorum autem odiis nullæ possunt obsistere opes. Hoc docuit ducis Gelriæ Caroli principis quõdam mei exitus, qui quandiu charus suis fuit, nullius valuit eum, vel pollentissimus, hostis ditione sua exuere: vt vero odio venit populo suo, vno propè die præsidiis suis denudatus est omnibus. Quid, nõnne nobilitata & recentia exempla quorundam principum, quos posterorum eorum causa supersedeo nominare, hoc ob oculos ponunt? Quid, nõnne Richardus rex Angliæ Eduardi quarti frater, nõnne etiam ante eum Eduardus secundus odio suorũ eueresi sunt? Externa enim libentius in tali re quàm domestica recordor. Quamdiu enim demersæ sint leges principis vel præsidis prouinciæ violentia, quamdiu tremefacta libertas, emergunt tamen hæc sæpe tacitis iudicijs, sæpe etiam erumpunt in illorum caput: acriores enim morsus sunt pressæ libertatis, quàm retenta. Malus autem est custos diuturnitatis metus, contrà que benevolẽtia fidelis vel ad perpetuitatem. Quod igitur latissimè patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes & potentiã valet plurimùm, ad amplectendum, maxime nobilibus virís & principibus, ita facillimè quæ volunt & privatis in rebus & in repub. consequentur. Hanc viam quia ab ineunte ætate comitate, postquam vero gubernaculis es prouinciæ admotus, sedulitate pro tuis & beneficentia imisi (ita enim existimant omnes qui gubernationi tuæ parent, vt laborare & vigilare pro ipsorum incolumitate & otio & commodis te quàm semetipsos arbitrentur acrius) idcirco non absurdè tibi duxi Timoleontem & Paulum AEmilium destinandos, qui vt fuerũt præter antè dictas virtutes rebus omnibus, quantum imbecillitas fert humana, beatissimi: item tu, qui claro loco natus es & splendidè inutritus opibus, generosissimam duxisti vxorem, quæ præter ampliss imam dotem quam tibi attulit, & egregiam formã, virtutibus fulget summis, & heroicis moribus prædita est suauissimis, incredibili humanitate, mirifica eloquentia, atque in re administranda familiari rara pru-

dentiæ & sedulitatis. Eadem lepidissimè te & summi spei liberis auxit. Iam in rebus bello gerendis te secunda fortuna in prouinciis regendis omnium prosequitur, quæ non omnibus contigit, fauor & amor. Quorum etiam hæc sunt comitantia, dum te superstitem optemus, omnes vota pro te tuáque administratione auspicatissima faciamus: te hinc decedente mœreamus, redeunte exultemus. Vt vero semper quamdiutissimè certè apud nos hæreas, desideremus. Vt enim exoriens omnia animantia exhilarat sol, ita iustitiæ & lenitatis tuæ cõspectus recreat proximos tuos cunctos. Quod ego tibi testimonium cùm etsi eo tibi non egeat tua, officio meo impulsus, non potui temperare mihi quin publicè & in luce omnium gentium præberem. Hoc meum officium, vt tibi, cui solent maxime esse grata omnia, sit acceptum, vtque id genuina humanitate tua excipias, vehementer te, nobilissime domine, rogo. Vale, Campis.

PLVTARCHI

Vitæ comparatæ

TIMOLEONTIS ET PAVLI AEMILII,

HERMANNO CRVSERIO I. C. interprete.

TIMOLEON.

Prœmiũ hoc in exemplari Græco Vitæ Pauli AEmilii præfixum est: quod tamen aptius hic collocatur.

VT DESCRIBENDAS vitas suscipe rem, feci aliorũ gratia: inhæreo autem nunc & immoror meipsius causa, eniten[s], tanquã in speculo, in historia ad illorum virorũ virtutes vtcunque vitam meam componere & cõformare. Est enim hæc res prorsus cõtubernio & conuictui assimilis, quum vnumquenque eorum, tanquam ad nos diuertat, vicissim lectione excipientes inuitantésque, reputamus animo qualis quisque & quantus fuerit, ac quæ præcipua sunt cognitúque pulcherrima, ex rebus eorum gestis excerpimus. Quod gaudiũ, per deos immortales, eo maius cupias & ad mores limandos efficacius? Democritus enim optandũ ait vt auspicatas imagines adipiscamur & consentiẽtes, atque vt bonę in nos ex aere quàm malæ & sinistræ incidãt potius, doctrinam falsam & ad infinitas euehentẽ superstitiones cõficiẽs pro fundamẽto in philosophiã. Nos verò cõmentatione historiæ & lectionis cõsuetudine cõparamus nosipsi, dum præstantissimorũ & clarissimorũ virorũ memoriã assiduè animis nostris excipimus ad eligendũ & propellendũ, siquid labis vel vitii vel inertiæ

A 465 B C

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex contagione nobiſcum neceſſariò verſantium contraxerimus, conuertentes ad elegantiſſima exempla ſedatam & placidam mentem. Ex quibus hic in manibus ſumpſimus Timoleontis Corinthii & Pauli Æmilii vitam, qui non modò inſtitutis, ſed proſpera etiam
466 fortuna pariter vſi ad res gerendas fuêre, & ambiguum reliquerunt, felicitaténe an prudentia potius res maximas geſſerint.

439 Apud Syracuſanos ante Timoleõtis in Siciliam ex-
B peditionem hoc modo ſe res habebant. Poſtquã Dion qui Dionyſium tyrannum exegerat, breui pòſt dolo ſublatus, & diſſentio orta eſt inter eos qui Dionis liberandis Syracuſanis ſocii fuerant, atque ex aſſiduis aliorum ex aliis tyrannorum viciſſitudine tantis demerſa miſeriis vrbs, parum vt abfuerit quin deſerta reliqua verò Sicilia in totum vaſta iam inculta̅que per bella eſſet, pleraque autem oppida à barbaris occupa tenerentur & militibus vagis, qui proni erant ad conuerſiones dominatus, Dionyſius anno decimo conſeſ
pſit externum militem, ac Nyſæo qui id temporis Syracuſarum potiebatur, eiecto, recuperauit imperium, &
C tyrannus denuo factus eſt, ac qui mirabili modo ma-
, xima omnium quæ vnquam fuerunt tyrannide à paua manu exutus fuerat, mirabiliore exul & abiectus reuaſit iterum illorum qui ipſum expulerant dominatu. Igitur qui in vrbe Syracuſana hæſerant, tyranno ſeruiebant nec aliàs moderato, & tum à cladibus animis
430 ſemel efferati. Optimates & nobiliſſimi quique Leontem Leontinorum dynaſtem reſpexerũt, eíque ſe permittentes ducem belli cepere, nihilo quidem manſuetis tyrannis meliorem, verùm quia refugium non erat
D aliud ad manum, eius fidem, quòd eſſet Syracuſiis oriundus, & validas copias ad reſiſtendum haberet tyranno, ſunt ſequuti. Quum interea Carthaginenſes magna claſſe Siciliam appuliſſent, atque inſulæ imminerent perculſi Siculi, decreuerunt legatos in Græciam ad petendam à Corinthiis petendam mittere. Quibus non tantùm ob neceſſitudinem, & quia multa iam beneficia in ſe eorum extabant, fidem habebant, ſed & quòd plane

liberatis amantem, & infeſtam ſemper tyrannis videri- A
rent eam ciuitatem eſſe, plurimáque & maxima bella non pro imperio & dominatu, ſed pro Græcorum ſuſcepiſſe libertate. Icetes verò, qui ducatus ſui argumẽtum tyrannidem præſtituerat, non Syracuſanorum libertatem, occulta iam colloquia habuerat cum Carthaginenſibus. Syracuſanos tamẽ palàm laudauit, adiunxitque in Peloponneſum legatos, non quia auxilia inde deſideraret accire, ſed ſi Corinthii (quod erat veriſimile) ob tumultus Græciæ & occupationes abnuerent ſuppetias, quòd facilius res ad Pœnos inclinaturum ſperaret ſe, ſociúſque his atque auxiliariis aduer- B
ſus Syracuſanos vel tyrannum vſurum. Id quod paulo pòſt compertum fuit. Nam poſtquam aduenerunt legati, Corinthii coloniarum ſuarum perpetuò curam, præcipuè Syracuſanorum ſolũ agere, nec vllo negotio ipſi tunc Græciæ forte implicati, ſed in pace & otio agentes, promptè decreuerunt auxilium. Quum 431
dux quæreretur, ſuggereréntque & ſubũcerent magiſtratus eos ciues qui inclareſcere ſtudebant, vnus de vulgo exurgens Timoleontem nominauit Timodemi C
filium, qui rempublicam nondum attigerat, neque in eam venerat ſpem vel inſtituram, ſed nimirum dei alicuius inſtinctu. Tantus ibi ſtatim in deſignando eo effulſit fortunæ fauor, & alia eius geſta ad decorandam virtutem eius tam ſecunda proſequuta eſt aura. Parentes habuit Timodemum & Demariſtẽ, illuſtres ciues. Fuit patriæ amans & mirificè placidus, niſi quòd tyrannis eſſet & improbis admodum infeſtus. In armis tam bene & modicè temperato erat ingenio, vt inſignis in iuuene prudentia, & virtus in ſenectute non D
minor in rebus geſtis eluceret. Fratrem Timophanem habebat ætate maiorem, longè ſibi diſparẽ, ſtolidúmque atque dominandi libidine à prauis amicis & militibus extraneis, quibus ſemper cinctus erat, corruptũ, feruidũ (vt videbatur) in expeditionibus, & periculorum contemptorem: qua re ciuium gratiam emeritus quaſi bellator & ſtrenuus ad imperia adſpirauit. Atque luſce in rebus erat ei Timoleon adiutor, qui pec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cata eius aut prorsus obtegebat aut offuscabat, dotes verò à natura collatas cohonestabat amplificabátque. Quum dimicarēt cum Argiuis & Cleonæis Corinthiis stabat Timoleon inter pedites. Ibi Timophanes præfectus equitibus, in anceps discrimen incidit. Equus vulnere afflictus excussit eum inter hostes. Sodales eius partim metu dissipati, qui substitēre, pauci cū mortis dimicantes ægrè restabant. Vbi Timoleon eam rē tunā animaduertit, properauit opem ferre, atque tegēti iacentem Timophanē clypeo suo, multis iaculis mu-
432 tisque cominus ictibus corpore & armis exceptis, my-
B gno labore repulit hostes, & fratrem eripuit. Porrò veriti Corinthii ne in idem relaberētur mali quo antè, quum per socios amisissent vrbem, decreuerūt quadringentos milites conductitios alere, atque his imposuere Timophanem. Qui omni posthabito honesto & bono, rationem inire protinus cœpit quemadmodum vrbem sui arbitrii faceret, ac magno numero principum ciuitatis indicta causa necato, declarauit semetipse tyrannum. Id grauiter ferens Timoleon, atque filius improbitatem in suam ratus perniciem vergere, annisus est agere cum eo, & monere vt omissa illa ve-
C sana & importuna libidine, aliquam rationem quereret eluendorum apud ciues cōmissorum suorum. Quo repellente & repudiante monitionē suam, ascisceret tandem sibi ex necessariis fratrem vxoris Timophanis, Aeschylum, atque ex amicis vatem, quem Satyrū Theopompus, Ephorus & Timæus Orthagoram vocant, atque intermissis paucis diebus ascēdit iterum ad fratrem, circumsistentésque hi tres eum, tunc saltem resipisceret inuerterétque se, obsecrauerunt. Sed quum eos Timophanes primùm rideret, deinde in iram gē-
D rumperet & indignaretur, recessit Timoleon paulum à fratre, obuolutóque capite, constitit lacrymabundus, illi strictis gladiis hominē confestim obtruncarunt. Re diuulgata, Corinthiorum primores impotentis odium in Timoleonte & magnitudinem animi extulerunt, quòd, quānis mitis & in suos esset propatriam tamen propinquitati, honestúmque & ꝺ

tum potius duxisset vtili, qui præclarè pro patria cer- A
tantem seruasset fratrem, eundem, postquam insidiis
eam circumuenit & oppressit, interemisset. Qui ve-
rò viuere in æquabili libertate non poterant, & erant 433
dorianos soliti respicere, tyrāni quidem cædem simulabant lætari se, sed Timoleontem, vt impium & nefandum facinus ausum, infectando animum eius infregēre. Vt verò matrem quoque iniquo animo ferre intellexit id factum, ad deuouere caput suum diráque imprecari sibi, atque profectum ad ipsam leniendam, illa ne in conspectum quidem admisit, sed præclusit fores, tum oppressus, dolore atque animo perculsus, B
instituit conficere se inedia. Verūm amicis curam eius gerentibus, variásque preces & omnem adhibentibus vim, statuit priuatus in solitudine degere: atque à republica prorsus remouit se, diu etiam vrbe abstinuit, mœrénsque & vagans in prædiis maximè solis agebat. Vsque adeo iudicia, nisi stabilitatem & neruos ex ratione & philosophia factis suis accommodauerint, vacillan, & quibusuis laudibus vel probris transuersum auferuntur, suáque ipsis consilia facilè extor- C
quentur. Debet enim non actio modò honesta & iusta esse, sed & firma atque immota, à qua efficiatur opinio, vt cum iudicio agamus: non sicut voraces, qui cibariorum saginam acerrima persequuntur auiditate, sed citissimè nauseant saturi, ita rebus nos perpetratis abiiciamus animum per imbecillitatem elanguescente honesti specie. Reddit enim pœnitentia vel id quod rectè factum est turpetque profecta ex certa ratione deliberatio, ne si impingat quidem, variat actiones. Quapropter Athenensis Phocion cœptis reluctatus D
Leosthenis, vbi magnificas res gerere ille visus est,
victimásque populum Athenienſem cædentem ac gestientem victoria vidit, Lætarer quidem, inquit, si hæc gessissem: sed non pœnitet me consiliorum. Ar- 434
chesius Aristides Locrensis, Platonis sodalium vnus, quum ab eo Dionysius maior vnius filiarum eius nuptias petisset: Mortuam, inquit, malim puellam aspicere, quàm matrimonio iunctam cum tyranno.

A Vt paulo pòst liberos eius interemit Dionysius,& per-
ludibrium quæsiuit num de filiarum nuptiis in eadem
maneret sententia, factis respondit angi se ipsius, non
pœnitere dictorum suorum. Cæterùm matoris hæc
fortassis sunt & consummatioris virtutis. At Timo-
leontis mentẽ perturbatio animi ex iis quæ acta erant,
siue defuncti miseratio, siue pudor matris erat, ita fre-
git & oppressit, vt viginti propè interiectos annos ne
ctionem insignem vel publicam attigerit nullam. Ec-
go renuntiato eo,ac populo libente id suffragiis appro-
B bante, exurgens Teleclides, opibus tunc & claritate
princeps ciuitatis, hortatus Timoleontem est vt illis in
prouincia bonum & egregium virum se præberet; si
enim decertaueris, inquit, præclarè, tyrannum occidi-
sse te arbitrabimur: sin ignauiter, fratrẽ. Interea dum
classem instruit Timoleon & delectum habet, redditæ
sunt Corinthiis ab Icete literæ, quibus mutationem &
proditionem suam declarauit: nam simulatque legato-
tos misit, Carthaginẽsibus sociatus apertè agebat cum
illis, vt, exacto Dionysio, ipse tyrannidem sibi quæ-
C rer. Veritus autem ne, præuenientibus Corintho ve-
piis & duce, cœpta frustrarentur se, misit Corinthios
epistolam, qua significauit ne fatigarent se, neu imper-
sas subirent in expeditionem Siculiensem, nec pericu-
eo nomine susciperent, maximè quum id vetent Car-
thaginenses, & magno numero nauium classem ipso-
435 rum captent, quos ipse illorum subactus cunctatione
parasset aduersus tyrannum socios. His recitatis lit-
ris, siquis antè Corinthiorum lentus ad eam expedi-
tionem fuerat, tunc cuncti ira flagrarunt in Icetem, &
D promptè Timoleonti necessaria præberent, & ad ap-
parandam iuuarent classem. Qua iam instructa, fabr-
miniſtratisque omnibus quibus opus erat exercitui,
sacerdotes Proserpinæ Cererem & Proserpinam vide-
sunt videre ad peregrè proficiscendum se ornauerunt, &
cum Timoleonte dicentes nauigaturas se in Siciliam.
Quare triremem sacram Corinthii parauerunt deo-
nuncupatam. Timoleon Delphos ipse profectus, sa-
Apollini fecit, cui in manteon descendenti hoc sis pro-
dig-

prodigium: Ex suspensis donis vitta delapsa, quæ coro- A
nis & victoriis erat distincta, caput Timoleontis est
amplexa, vt coronatus à deo ad res gerendas mitti vi-
deretur. Naues habebat Corinthias septẽ, duas Corcy-
renses, decimam Leucadii præbuere. cum his soluit.
Nocte quum in alto esset, & secundo vento veheretur,
visum ei repentè cælum esti fissum, & super nauem co-
piosam effudisse & luculentam flammam. Inde fax cla-
ta mysticis germana, comitánsque eos & tenens eun-
dem cursum, quam potissimùm Italiæ partem guber-
natores petebant, in eam est delata. Vates hanc spe-
ciem consonare cum sacerdotum somniis affirmarũt, B
& huic expeditioni esse præstò deas, atque hoc iubare
cælitus prælucere. Esse enim Proserpinæ Siciliam sa-
cram: nam raptam quoque ibi fabulantur, atque hanc
insulam ei nuptiali dono datam. Ac diuinitus quidem
ad hunc modum cõfirmata classis fuit, qui pelagus cur- 436
sim emensi Italiam legebant. Quæ verò ex Sicilia an-
nuntiabantur, ingentem Timoleonti perplexitatem, &
angorem obiiciebant militibus. Siquidem Dionysium
Icetes acie fusum ac Syracusarum plerisque partibus C
occupatis, arci & illi parti quæ Nassa dicitur, circum-
sidebat, & circumuallabat inclusum, Carthaginensibus
curæ esse iusserat ne Timoleon attingeret Siciliam,
sed ipsi repulsis illis, liberè inter se insulam partirentur.
Miserunt hi viginti triremes Rhegium, in quibus
illius ad Timoleontem legati vehebantur, quibus man
data factis dederat congruentia. Speciosæ enim ca-
ptiones erãt & verba ad flagitiosa regenda consilia: po-
stulauerũt enim vt ipse (si ei videretur) proficisceretur D
Timoleon ad Icetem, illisque in consilio adesset, & o-
mnium esset successium consors, naues copiásq; quòd
bellum penè patratum esset, remitteret Corinthum, ar-
cere Carthaginenses classem ipsius traiectu, & armis
repellere, si vi agant, paratos esse. Vt igitur Rhegium
Corinthii decurrere, & cum his oratoribus venerunt
in colloquium, nec procul in ancoris consistentes con-
spexerunt naues Punicas, delusos se dolebant, exarse-
runtque omnes in Icetem, & timuerunt Siculis, quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A aperte videbant præmium relictos & mercedem Icet
proditionis, Pœnis tyrannidis: neque cernebant vlla
ratione superare se posse & præsentem barbarorum
duplo tanto maiorem quàm ipsi essent imminentem
classem, & illas quæ cum Icete erant, quarum ad duc-
tum venerant, copias. Cæterùm cum legatis & præ-
fectis Pœnorum Timoleon congressus, placidè ait se iu-
stis eorum pariturum: quid enim profecturum non
parendo? Velle autem, simulatque hæc vltrò citróque
coram Græca ciuitate vtrisque amica edidissent Rhe-
437 gios, se recepere: id & suæ securitatis interesse, & illos
B fidelius promissis suis de Syracusanis staturos, si apud
populum testem pacta edidissent. Hæc proposuit, do-
lum iis ad transmittendum struens: qua in re admi-
stros omnes habebat Rheginorum prætores, qui Co-
rinthios cupiebant in Sicilia rerum potiri & vicini-
tatem metuebant barbarorum. Itaque aduocauerunt
concionem, &, ne ciues diuerterent aliò, portas claus-
sere. Inde progressi in medium, duxerunt in longum
orationes, tradiderúntque alter alteri idem argumen-
tum, nihil aliud quærentes, nisi vt tempus, dum sol-
C sent naues Corinthiorum, extraherent, detinerentque
in concione nihil suspicantes Pœnos: vtpote Timo-
leonte præsente, quem expectabat iamiam exurrec-
rum ad dicendum & concionandum. Vt nuntiatum
ei à quodã clàm est cæteras naues in altum prouectas
solam ipsius relictam operiri, elapsus per turbam fo-
mul Rheginis, qui suggestum circumsistebant, cum
tegentibus, quum ad mare descendisset, propere fol-
uit. Tauromenium Siciliæ appulere, excipiente eos
quo erant iampridem accersiti, propensè illius opibus
D principe & dynaste Andromacho. Pater hic Timæ
historici fuit, longè omnium qui tunc dominabantur
in Sicilia optimus. Is ciues suos legitimo & iusto im-
perio habebat, neque dissimulabat omnibus tyranno
infestũ se esse & alienum. Quare Timoleonti hoc opp
pidum belli sedè aperuit, suósq; induxit populares, et
arma coniungerent cum Corinthiis, sociósq; se ad li
berandam Siciliam præberent. At Pœni, qui Rhe

erant, dimissa à Timoleontis profectione concione, A
indignè ferentes impositum sibi esse iocum, præbu-
erunt Rheginis quòd Pœnis displicerẽt fallaciæ. Hinc 438
legatum cum triremi Tauromenium mittunt: qui
post multa odiosa verba apud Andromachum facta &
fulmina barbarica, nisi actutum eiicerent Corinthios,
postremò manum supinam ostendit, inde inuertit, ad-
ditis minis ciuitatem eius se, quæ talis esset, talem re-
diturum. Ei ridens Andromachus, nihil aliud respõsi
dedit: sed manũ, vt ille, nunc supinam protendens nunc
pronam, iussit cum naue abire, nisi eam pro tali effici B
vellet talem. Icetes autẽ de transmissione Timoleontis
certior factus metúque perculsus, multas exciuit Car-
thaginiensium naues. Tunc verò omnẽ spem Syracu-
sani salutis deposuerunt, quum Pœnos cernerent por-
tum suũ tenere, potiri vrbe Icetem, arcem habere Di-
onysium in potestate, Timoleõtem verò ex Taurome
nitarum oppidulo, quasi ex minuta fimbria, adhæren-
tem Siciliæ, eúmq; tenui spe & angustiis copiis succin-
ctum. Neque enim plus mille militibus & cõmeatu his
necessario habebat: neq; credebãt eis ciuitates Siciliæ, C
quòd oppressæ malis essẽt & in omnes exasperatæ ex-
ercituũ duces, præcipuè ob Calippi & Pharacis perfi-
diã, quorũ hic Lacedæmoni', Atheniẽsis ille: quũ liber
tatis eorum causa & obterendorũ dominorũ ferret v-
terque se veniſſe, auream rem esse Siciliæ tyrannidem
ostenderant, effecerántq; beatiores vt viderentur illi
qui sub tyrannide expirauerãt, quàm qui gustauerant
libertatem. Itaque nihilo illis Corinthium potiorem
expectantes fore, sed referri denuò sibi eadẽ cum ma-
gnifica spe & benignis pollicitationibus commenta & D
blandimẽta, quo ad conuersionem noui domini lacta-
rentur, suspectas habebant repudiabántq; Corinthi-
orum exhortationes, præterquã Adranitæ, qui angu- 439
stum quidẽ oppidum, sed deo sacrum Adrano, quem
tota Sicilia venerantur religiosissimè, colentes, mutuis
inter se agitabãtur seditionibus. Horũ vna pars Icetem
& Pœnos accersebat, altera asciscebat Timoleontem.
Accidit autẽ fortè fortuna, dũ pro se mutat vterque,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vt sub idē tēpus adessent ambo. Verūm docebat Icetes secum quinque millia militū, Timoleon milites habebat non amplius mille ducentos. Cum his à Tauromenio mouit, quod distat ab Adrano quadraginta adeo millia quingentos passus, nec multum itineris primo die emensus, castra metatus est. Postero die ducto ra-
ptim agmine, ac superatis asperis locis, præcipuè in
in vesperum die accepit ad oppidum accessisse Icetem, iuxtáque castra ponere. Hic manipulorū & ordinum
B ductores consistere principes iubent, vt refecti cibo & quiete, dimicarent alacrius. Caterum aduolans Timoleon orauit, omitterent hoc, & citatum agmen rapererent, quo inconditos hostes (vt verisimile erat) recentes ab itinere atque ad tentoria & cœnam parandam occupatos adorirentur. Simul cum dicto arrepto clypeo ante ordines procedit velut ad certā victoriam. Sequuti cæteri sunt animo erecto. Aberāt ab hostib⁹ mi-
nus quatuor millia passuū: quibus cōfectis, incidunt in tumultuātes, & fugā capessentes vt primūm adesse eos
C sensere. Quod in causā fuit vt trecēti, nec multo plures ciderint, bis totidem viui in eorum potestatē venerint. Castra quoque capta. Adranitæ patefactis portis in Timoleontis partes concessere, cum horrore & stupore nuntiantes fuisse sacra vestibula templi in ipso ortu solis
440 prælii sua sponte patefacta, visam dei hastā summa cū hasta vibrare, sudoremq; eius largo sudore manare. Haec profectò non eam tantūm victoriam spopondere, verūm etiam res consequentes, quibus aperuit illud certamen fores. Etenim ciuitates missis legatis coniunxerunt se Timoleonti. Iam Mamercus Cata-
D næ tyrannus, vir bello fortis & pecuniosus, societatem eius quæsiuit, & quod erat præcipuum, Dionysius spem iam despondens, quum tantumnōn obsidione expugnatus esset, Icetem fœdē fusum despexit: ad Timoleontem autem, quem habebat in admiratione, legatos misit, in fidem eius & Corinthiorum se arcemque permisit. Hanc prosperā tam inexpectatam fortunam Timoleon amplexus, Euclidem & Telemachum, cives Corinthios, in arcem mittit cum militibus quadrin-

gentis, non simul omnibus, neque propalàm (quippe id fieri portum insidentibus hostibus non poterat) sed furtim & cæteruatim irrepsere. Hi milites arcem & tyranni cum omni instrumento sedem atque cum reb⁹ ad bellum necessariis acceperunt. Eiquorum ibi in-
uentus haud exiguus numerus, omnisque generis machinæ & telorum vis ingens. Armorum recondita erant LXX millia, quæ fuerant ex longo tempore parata. Habebat insuper duo millia militum Dionysius, quos Timoleonti ille præter cætera tradidit. Ipse cum pecunia & paucis amicis in Timoleontis est castra clam Icete deuectus. Ac tum primùm priuatus & demissus est visus, vnóque nauigio cum modico pe-
cuniæ Corinthum deportatus, qui in tyrannide natus fuisset & enutritus omnium clarissima & maxima, quàm decem annos tenuerat, alios fuerat duodecim à bello per Dionem gesto certaminibus & bellis
441 iactatus. Hic scelera sua superauit calamitatibus: filiorum enim adultorum funera, filias virgines conspexit constupratas, sororis eiusdémque coniugis obscœnissimis libidinibus ab hostibus violatū corpus, eam
C inde vi cum liberis peremptam & in altum demersam, quæ in Dionis historia sumus persequuti. Dionysium, postquam delatus Corinthū est, nemo fuit inter Græcos qui aspicere & appellare desideraret. Alii cladibus eius ex odio læti libenter eò concurrerunt, vt à fortuna velut præcipitatum conculcarent, alii incitationem respicientes atque vicem eius dolentes, contemplabātur in rebus infirmis mortalium & manifestis exemplis obscurarum & diuinarum virtutem cau-
D sarum. Nullum enim tantum vel naturæ ea tempestas vel artis, quantum illud fortunæ opus edidit, quæ illum ostendit paulo antè Siciliæ tyrannum, agentem cum muliere quæ exercebat popinam, vel in myropolio sedentem, bibentem ex cauponis diluum, & altercantem in publico cum mulierculis, quæ formā quæstui habebant, psaltrias in cantibus docentem & circa cātilenas theatricas cum iis enixè de modorum diuersitate concentu. Hæc facere ideo Dionysium aliqui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quòd aliàs torpidus & ignauus sua sponte esset atque proteruus, existimabant: alii quo contemneretur, nec formidabilis Corinthiis foret vel suspectus, quasi grauiter ferret vicissitudinem vitæ & dominandi cupiditate flagraret, magnámque affectasse & simulasse præter ingenium suum, atque ad otium fallendum præ se tulisse stoliditatem. Et quidem commemorátur nonnulla eius dicta, quæ declararunt non tulisse eum præsentem fortunã abiectè. quod partim hinc intelligas: Leucadẽ delatus (quæ colonia erat, sicut Syracusæ, Corinthiorũ) idẽ sibi ait quod adolescentibus qui peccassent vsuenire: vt enim illi hilariter versantur cum
B 442 fratribus, sed ex verecundia patrum conspectum fugiuntita rubore se vrbis quæ autor originis suæ sit, libentem apud illos ibi mansurum. Partim inde, quòd quum hospes quidam Corinthi de eius cum philosophis consuetudine, qua capiebatur in dominatu, asperius ei insultaret, rogarétq; ad postremũ, quémnã ex Platonis cepisset sapiẽtiæ fructũ, Nihilne (inquit) tibi profectus videmur à Platone assequuti, qui ita vices fe
C ramus fortunæ? Ad musicũ Aristoxenũ & certos alios qui quærebãt vnde & quænam aduersus Platonem ei offensio extitisset, Tyrannis (inquit) cum multis est referta malis, tum longè maximo, quòd nemo ex iis qui dicuntur amici, liberè loquatur. siquidem illorum se opera Platonis fuisse beneuolentia spoliatum. Quum quidam ex illis qui faceti volebant esse, ad ludibrium vestem, ingressus ad eum sicut ad tyrannum, excuteret, ridiculo in eum retorto, id facere eum iussit quum exiret à se, ne quid rerum suarum auferret. Philippo Macedoni sermonem inter pocula cauillosè inferenti de cantilenis & tragœdiis quas Dionysius maior reli-
D querat, atque ambigere fingenti se quónam illas tempore illi vacasset facere, non inscitè occurrens Dionysius, Quo tempore (inquit) tu & ego atque omnes qui videmur beati, compotationibus indulgebamus. At Plato qui iam decesserat, non vidit Corinthi Dionysium. Diogenes verò Sinopensis occurrens ei, Quàm indignè, inquit, agis Dionysi! Io-

sistente illo ac dicente, Rectè Diogenes facis, quòd A
calamitatem nostram grauiter feras. Ibi Diogenes, Enimuerò (inquit) tu me vicem censes dolere tuam, non stomachari, tale mancipium quum sis, & dignus qui, sicut parens, in dominatu consenescens, spiritum deponas, quòd nobiscum hic in ludis degas & deliciis? Vnde componenti mihi cum his Philisti voces, quas de Leptinis filiabus mittit plangens, ex magnis eas ty-
443 rannidis fortunis ad vitam recidisse sordidam, lamentationes videantur mulieris, alabastros, purpuram & B
aurum desiderantis. Atque hæc quidem non abhorrentia à vitarum descriptione, neque auditoribus inutilia non properantibus nec occupatis habenda existimaui. Quanquam verò asperitas Dionysii rerum est noua visa, non minus tamen fuit Timoleontis stupenda prosperitas; quippe quinquaginta diebus quàm appulerit in Siciliam, arcem Syracusanam in potestatem acceperit, Dionysiumq; in Peloponesum miserit. Vnde erecti Corinthii, duo millia peditum miserunt ei
C cum equitibus ducẽtis, qui Thurium vsque prouecti, quum transmissionem illinc obsidentibus mare magna classe Pœnis obstructam cernerent, necesse habuerunt, dum tempus expectant, ibi consistere. Hoc otio sunt ad pulcherrimum opus abusi. Quum Thurini arma inferrent Brutiis, vrbem sibi creditam magna integritate & fide custodierunt. At Icetes obsidebat arcem Syracusanã, & frumẽtatione Corinthios prohibebat. Ad hæc duos milites externos ad interficiẽdũ per insi-
D dias Timoleontem subornatos clàm misit Adranum. Ille nec aliàs cingebat se statione armata, & tunc planè dei fiducia securè & citra vllam suspicionem feriabatur cum Adranitis. Qui missi fuerant, quum fortè sacrificaturum intellexissent, gladiis sub pallio succincti, in templum concesserunt, immistique circumsistentibus aram, sensim mouerunt propius. Tandemnon his mutuò ad inuadendum eum cohortantibus, quidam alterum eorum gladio secundum caput vulnerat. Quo prolabente, nec percussor restitit, nec socius saucii, sed ille gladium tenens ad rupem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quandam profugit editam. Alter ara apprehensa, indi-
444 cium totius rei professus, fidem dari sibi petiit. Qua
data, indicauit se & illum qui fuerat occisus ad ipsum
interficiendum missos. Interea illum à rupe alii retra-
xerunt vociferantem nihil commeritum se, iure oc-
cisso illo homine patri parentasse defuncto, quem prius
in Leontinis interemerat ille, testésque ex corona
nonnullos citauit stupentes artificium fortunæ, quæ
aliorum ministerio alia moueat, atque omnia, quamuis
remota, connectat & complicet iis quæ plurimùm vi-
B dentur dissidere, nec communione inter se sociata vlla
atque assiduè illis ita mutuò vtatur, vt vicissim alterius
finis primordium sit alterius. Corinthii huic homi-
ni præmium decem minas donauerunt, quòd deo Ti-
moleontis tutelari iustam iram suam commodasset,
nec antè inueteratam illam simultatem effudisset, ve-
rùm cum priuata causa sua fortefortuna reseruasset
ad illius salutem. Præsens felicitas spem quoque in
futurum erexit spectatorum, vt velut sanctum virum
& ad vindicandam Siciliam à deo missum venerarem-
C tur ac custodia sepirent. Vbi hic conatus fefellit Ice-
tem, multos autem ille ad Timoleontem videt defe-
cere, reprehendit semetipse quòd tanta manus quum
præstò esset Pœnorum, vteretur ea quasi verecunda
carptim, qui clàm & furtim auxilia introduceret. Ita-
que ducem eorum Magonem cum tota classe accitum.
Ille magno cum terrore inuectus portum est, atque
centum quinquaginta nauibus eum occupauit, pedi-
tum sexaginta millia exposuit in terram, castra in ur-
be Syracusana locauit, vt omnes decantatam olim &
D denùtiatam, quæ occupatura Siciliam esset, existima-
rent iam adesse barbariem. Nunquam enim Carthagi-
nensibus antè copia fuerat, sexcentis in Sicilia gestis
bellis, Syracusarum potiundi. Tunc verò recipiente
445 Icete & tradente vrbẽ, illam videres castra esse barba-
rorũ. Corinthii autem, qui arcem insidebãt, in ancipiti
periculo & graui malo versabantur: quippe copia non
erat iis necessariorum, sed laborabãt iam, quòd septi
portus stationib' essent, cõmeatus difficultate, cogeba-

turque in cõtinuis certaminibus & pugnis ad tuẽdos A
muros, qui omni genere machinamẽtorũ atque artis
oppugnabantur, partiri se. Verùm subsidiũ ferebat Ti-
moleon, frumentum Catana submittens paruis piscà-
toriis nauibus minutisque acatiis, quæ tempestatibus
potissimùm per medias barbarorum naues euadebant
in arcem, quum illas vndæ & fluctus dispelleret, occul-
tè permeantia. Quibus animaduersis Mago & Icetes,
Catanam, vnde supportabantur obsessis necessaria, de-
liberauerunt capere, & cum fortissimis copiis solue-
runt Syracusis. At Corinthius Neon, obsessorum præ-
fectus, hostes qui relicti erant ex arce cõtemplatus so- B
lutè & securè stationes seruare, repentè dissipatos ad-
ortus est, quorum partim cæsis, partim fugatis, potitus
est, & occupauit Acradinam appellatam. Ea vrbis Sy-
racusanæ, quæ quodammodo ex pluribus composita
& constructa est vrbibus, munitissima pars & inuiola-
tissima habebatur. Magnam ibi vim frumenti & pe-
cuniæ nactus, locum hunc non deseruit, neque retrò se
in arcem recepit, sed obseptis Acradinæ mœnibus, &
commissa munitione, cum arce tutatus eam est. Ma-
go autem & Icetes iam prope Catanam venerant, quú C
eos assequutus ex Syracusis eques, captam annuntiat
Acradinam. Qui confusi citato cursu, rapuerunt retrò
agmen, quum neque cepissent eam ad quam profecti
erant, neque quam tenebãt, seruassent. Cæterùm pro-
uidentiæ hæc & virtuti disceptationem nonnullà cum
fortuna præbent: quod verò insequutum est, videtur
potissimùm benignitati referendum acceptum fortu- 446
næ. nam milites Corinthii, qui Thurii agebant, quú
hinc formidarent Carthaginensium classem quæ cum
Hannone asseruabat ipsos, hinc multos iam dies mare D
ventis sæuiret, perrexerunt pedibus per Brutios profi-
cisci, Rhegiúmque qua barbarorum volũtate, qua vi,
graui adhuc pelagi procella, peruenere. At classis Puni-
cæ præfectus, quum nec expectaret Corinthios, & ne-
quicquam ratus est eos desidere, persuadens sibi acu-
tum commentum se & perquam callidum excogita-
uisse, coronas imperat nautis sumere, naues clypeis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Græcis & Phœniciis ornat, atque ita versus Syracusas contendit, præuectúsque arcem cum strepitu, plausu, & risu, quo perculsos redderet obsessos, Corinthios clamauit se modò traiicientes fudisse mari & cepisse. Dum ille has nugas & præstigias agit, Corinthii, qui ex Brutiis peruenerant Rhegium, vbi nulla mari custodia fuit, & venti qui prodigiosè ceciderãt, tranquillum aspectu & lenem præbuerunt transitum, properè conscenderunt pontones & naues piscatorias, quæ ad
B manum erant: atque in Siciliam tam tutò tantáque transmiserunt tranquillitate vt equos iuxta nauigia nantes traherent habenis. Qui vt omnes iam traiecerunt, atque ad Timoleontem peruenerunt, extemplo is potitus est Messana, ac signa Syracusas mouit, fortuna sua rebúsque gestis plus quàm copiis fretus: neque enim plus quatuor millibus militum habebat secum. Aduenta eius nuntiato, perculsus terrore, Mago in suspicionem maiorẽ ex huiuscemodi occasione est delapsus. In vadis limosis iuxta vrbem, quæ copiosam ex
447 fontibus aquã dulcẽ, copiosam etiam ex paludibus & fluminibus in mare delabentibus accipiunt, magna vis
C anguillarum pascitur, largáque semper captura ciuium suppeditat. Has vtriusq; partis mercenarii milites per otium & inducias vnà venabantur. Qui Græci quum essent, nec causam inimicem haberent priuatarũ simultatum, dimicabant in certaminibus fortiter, per inducias congrediebantur colloquebantúrque. Ac tum in piscando occupati, sermones inter se serebant, mirantes maris illius indolem & loca circà egregiè comparata. Hic vnus ex iis qui in præsidiis Corinthiorum erant, Atqui tam amplam, inquit, & tam multis decoram
D tam dotibus vrbem in extremam barbariem redigere vos qui Græci estis laboratis, teterrimósque & immanissimos reddere magis nobis affines Carthaginiẽses contra quos operandum sit, multæ vt essent pro Græcis obiectæ Siciliæ. An vos existimatis exercitu hos vsque à columnis Herculis excitato & à mari Aetlantico huc pergere, vt pro Icetis depugnent dominatum? qui si cogitationem suscepisset vllam ducis, non exspe-

tasset autores originis suæ, neque in patriam suam in- A
uexisset hostes, verùm si Corinthiis se & Timoleonti probasset, etiam honores & opes esset meritas consequutus. Peruaserunt hæ voces castra, quærentique iamdiu obtentum Magoni, suspicionem præbuerunt prodi se, ita obsecrantẽ vt maneret Icete, docentéque hostibus quanto præstent, virtute magis & fortuna Timoleonti ratus se concedere, quàm superare eum copiarum numero, confestim in Africam vela facit, Siciliæ nullo humano consilio fœdè de manibus prolecta. Postero die aderat cum instructa acie Timoleon. Vt fugam didicerunt, & solitudinem viderunt B
portus, non potuerunt non ridere Magonis ignauiam, 448
ac præmia per vrbem pronuntiauerunt ei qui indicaret quò ipsis se classis Punica subduxisset. At verò quum nondum fractus Icetes esset, neque amitteret de manibus vrbem, sed inhæreret partibus quas tenebat, firmis nec prompus oppugnatu: distributis copiis Timoleon asperrimam partem, qua præterfluit Anapus, adoritur, alios iubet Acradinam aggredi, quos Corinthius Isias ducebat, tertios ad Epipolas tẽ- C
tandas ducunt Dinarchus & Demaretus, qui nouissima subsidia adduxerant Corintho. Quum esset vndique impressio facta, prostratus Icetis miles & in fugam est auersus. Hic, quòd vi expugnata vrbs fuerit, & citò profugientibus hostibus in potestatem venerit, id iure cum militum virtuti, tum consilio attribuas ducis: at quòd nemo ceciderit, nemo vulnus acceperit Corinthiorum, hoc proprium esse suum opus fortuna Timoleontis, quasi cum virtute eius contendens, ostendit, vt qui hoc audiant, celebrent felicita- D
tem eius quàm virtutem impensius. Neque enim confestim per totam solùm Siciliam & Italiam hic perlatus rumor est, sed & paucis diebus victoria hac tota personauit Græcia. Itaque ciuitas Corinthiorum, quæ nondum crediderat delatam in Siciliã classem, simul & socios esse & victores accepit. Vsqueadeo fuit curru rerũ secundus, tantámque rerum gestarũ splendori attexuit celeritatem fortuna. Quum in manu sua

A Timoleon arcem teneret, non fecit idem ac Dion, neque ob pulchritudinem & operis magnificentiam pepercit loco, sed declinans eam, illum quæ lacerauerat & perdiderat, suspitionẽ, pronuntiauit per præconem vt Syracusani, quibus videretur, cum ferro adessent,
449 adiuuarentque ad demoliendа præsidia tyrannica. Vbi omnes ascendere, rudimenta libertatis certissima illud edictum & illum rati diem, nõ arcem modò, sed vrbis quoque & monumenta exciderunt atque dirnerunt tyrannorum. Mox quo gratificaretur ciuibus, validio-
B rémque tyrannide efficeret libertatem popularem, aream complanauit, eique forum iudiciale imposuit.

Capta iam vrbe quum deficeretur ciuibus, quòd partim per bella & seditiones occubuissent, partim refugissent tyrannos, vnde forum Syracusis desertum adeo exulerat copiosam & densam materiam, vt equi ibi pascerentur quiescentibus in herba equisonibus, cætera oppida, præter admodum pauca, ceruorum & aprorum erant lustra: in suburbiis & circa mœnia per otium venabantur crebrò, nemo in arcibus &
C dus habitantium sustinebat adire vrbem, sed horror omnes & odium tenebat fori, reipub. suggesti, ex quibus plerique extitissent tyranni. Timoleonti & Syracusanis visum est scribere ad Corinthios, vt colonos Syracusas ex Græcia mitterent, alioquin agrum cultoribus relinquendum vacuum esse, & grauc se ex Africa bellum expectare, quòd allatum esset Carthaginenses Magonis, qui sibi ipse mortem conscisuerat, in crucem corpus egisse, ob præturam offensos male gestam, & magnum delectum habere vt æstate proxima
D in Siciliam traiiciant. His à Timoleonte allatis literis, simulque præsentibus Syracusanorum legatis, qui orabant susciperet ciuitatis curam, fierentque de integro eius conditores, non respexerunt Corinthii res priuatas, neque sibi eam vrbem vendicauerunt, sed primùm
450 ad sacra ludicra per Græciam & ad celeberrima concilia missis legatis, pronuntiari per præcones iusserit, Corinthios prostrata Syracusis tyrannide & ejecto tyranno, vocare Syracusanos Siculósque alios omnes vt

liberi & immunes suis legibus vrbem colãt, & agrum A
æquis conditionibus partiantur. Hinc dimissis per Asiam & insulas nuntiis, vbi maximam partem accepere exulum dilapsam consedisse, inuitauerunt omnes Corinthum vt venirent, præsidium, & naues, & duces, qui secure eos Syracusas vsque deducant, Corinthios suis impensis præbituros. His pronuntiatis, meritissimam & pulcherrimã retulit illa ciuitas laudem & gloriam, quòd à tyrannis liberaret, à barbaris tueretur, ciuibus restitueret prouinciam. Qui Corinthum con- B
uenere, quia minor erat eorum numerus, instituerunt vt ex Corintho & reliqua Græcia adscriberentur sibi coloni. Quum ad decem millia effecissent, nauigauerunt Syracusas. Iam ex Italia quoque & ex Sicilia cõcurrerant ad Timoleontem frequentes. Vt sexaginta medium expleuit numerum, vt est Athanes autor, diuisis iis agrum, ædificia mille talentis distraxit, simul relinquens veteribus Syracusanis ius sua redimendi & facultatem populo comparans pecuniæ, ita mopi, cum ad alia tum ad bellum, vt statuas etiam venundarent. Ferebatur de vnaquaque suffragium, instituebaturque accusatio, sicut hominum à quibus ratio repo- C
scitur rerum gestarum. Referunt autem nonnulli Gelonis prisci tyranni statuam Syracusanos damnatis adiisse conseruasse, victoriæ causa, qua apud Himeram superarit Pœnos, illum celebrantes atque honorantes.

Dum ita recreatur ciuitas, & confluentibus in eam vndique ciuibus frequentatur, cupiens Timoleon exteras quoque vrbes in libertatem restituere & excinde- 451
re semel ex Sicilia dominatus, ducto in fines earũ exercitu, Icetem desciscere compulit à Carthaginensibus, D
ac fœdus secũ pacisci, vt arces disturbaret, & in Leontinis ageret priuatus. Leptini Apolloniæ & oppidulorum nonnullorum aliorum tyranno, quum in discrimine esset, ne vi veniret in potestatem dedenti se pepercit, misitque eum Corinthum: visendũ ratus conspici à Græcis in autore originis vrbe exules Siciliæ tyrannos & abiectam vitam degentes. Inde Syracusas regressus est, constituendæ reipublicæ operam daturus,

A & vnà cum legislatoribus qui Corintho veniebant, Cephalo & Dionysio, præcipua & præstantissima capita digesturus. Interim, quia mercede conductum militem locupletari ex hostico, nec marcescere volebat otio, Dinarchum & Demaretum in prouinciam Carthaginensium dimisit, qui oppida complura receperunt à barbaris: vnde non ipsis modò omnia suppetebant abundè, sed & pecuniam ad bellum ex prædâ conficiebant. Pœni interea cum exercitu LXX millium militum, ducentis triremibus, mille nauB bus, quibus tormenta bellica, currus, magnam vim commeatus, & alium apparatum portabant, Lilybæum applicuere: non vt minutatim iam bellum gererent, verùm vt tota Sicilia summouerent Græcos. Adeo erant enim vires eorum validæ, vt vel non laC borantes valerent neque attritos inuicem conuellere Siculos. Qui acceptâ prouinciam suam euastari, confestim ducibus Annibale & Amilcare infesti conten-derunt in Corinthios. Eo nuntio propere Syracusis perlato, vsque eò Syracusani magnitudine illius exercitus trepidauerunt, vt ex tot millibus vix tria millia capere arma & Timoleontem ausi fuerunt sequi. Qui 452 mercenaria stipendia facerent, quatuor millia numero erant: horum item ad mille in itinere per ignauiam recessere. Videbatur iis non sapere Timoleon, sed præter ætatem insanire, qui aduersus LXX hostium millia, quinque millibus peditum & mille equitum moueret, exercitúmque à Syracusis octo dierum via diuelleret, vnde nec receptus fugientibus, nec copia sepulturæ superesset cæsis. Cæterùm deD putauit in lucro Timoleon, quòd hi semetipsos præcidissent ante certamen, reliquos à se confirmatos rapuit ad Crimesum amnem, vbi acceperat inuasturum se hostes. Subeunti collem, quo superato exercitum & copias hostium erant subiectas oculis habituri, occurrunt muli apium ferentes. Id visum militibus fœdum omen est, quia defunctorum sepulcris ferè coronas ex apio imponere solemus. Vnde natum prouerbium, quum quis ancipite morbo decum-

bit, vt apio dicatur opus habere. Hos Timoleon vt A religione solueret & liberaret consternatione, agmen sustinuit, differuitque cum alia tempori conuenientia, tum coronam demonstrauit ante victoriam ipsis delatam vitrò in manus venire. Corinthii enim, qui sacram arbitrantur & patriam apii coronam, ea victores Isthmiorum ludicro coronant. Nam Isthmiorum ea etiam tum ætate, vt nunc Nemeorum, apium corona erat, non ita dudum successit pinus. Ita vt diximus assitus Timoleon milites, sumpsit apium, ac princeps ipse coronam ex eo accepit, inde duces qui circa eum B erant & vulgus. At vates vt aquilas duas aduerterunt adnolantes, quarum vna confixum ferebat vnguibus draconem, altera cum magno & alacri clangore volabat, monstrauerunt eas militibus, qui ad opem implorandam deorum conuersi cuncti sunt. Tem- 453 pestas tunc ineuntis æstatis erat, & præcipite mense Thargelione, vergebat iam annus ad solstitiũ. Quum nebulam ingentem amnis edidit, ea primùm texit caligine campos, & omnem conspectum amouit hostium, tantùm sonus sursum in collem perferebatur C incertus & confusus, qui procul excitabatur à tanto exercitu. Vt euaserunt in collem & constiterunt Corinthii, positisque clypeis respirabant, circulante sole & vapores attollente, turbidus aer ad edita glomeratus & conglobatus offuscauit cacumen montium, apertis autem campis subiectis & Crimesus apparuit: & qui eum transmeabant, subiecti oculis hostes fuerunt. Primæ erant quadrigæ horribili specie ad pugnam paratæ, has sequebantur decem millia peditum armatorum clypeis candidis, quos armorum splẽdore tarditatéque atque ordine agminis coniecerunt D Carthaginenses esse. Pone eos reliquis nationibus affluentibus, inconditéque ac promiscuè transeuntibus, cernens fluuium Timoleon ipsis dispensare vt de hostium numero sumerent quanta cum manu dimicare liberet, vbi militibus iussit aciẽ eorũ cõtẽplari flumine dissectã, & partim trãsgressos iam, partim nondũ, impetrauit Demarato equitatũ vt in Pœnos immitteret

Universidad de Deusto
Biblioteca

A conturbarétque eos,ne confusos digerere possent in aciem. Simul in planitiem descendit, aliósque Siculos, in cornibus admistis vtrobique non multis peregrinis militibus,locauit. Mediam aciem cum Syracusanis & mercenariorum delectissimis obtinens, paulisper,dum contemplatur equestrem pugnam, sustinuit.
454 Vt vidit equites per currus ante signa discurrentes cõserere cum Pœnis manus non posse, sed ne dissiparentur assiduè voluere turmas, & crebras conuersis signis impressiones dare, arrepto clypeo inclamauit peditibus, sequerentur & forti essent animo. Hic voce vti
B quàm humana & solita maiore est visus, siue instantis ardore discriminis & mentis motu eam intendit, siue deus aliquis (vt tunc visum multis est) vnà intonuit. Mox clamorem reddentibus vt duceret nec cunctaretur orantibus militibus,signum equitibus dedit vt à latere præteruecti aciem currum in transuersos hostes admitterent equos,ipse signis canere iussis cum antesignanorum testudine in Pœnos incurrit. Illi primum insultum exceperunt strenuè,& quòd tecti loricis ferC reis essent æreisque galeis, atque grandibus munitis clypeis, impetum lancearum depellebant. Enimuero vt gladiis geri res cœpta est, vbi haud secus ars quàm vires valebant, ecce subitò horrenda tonitrua prorumperunt ex montibus, simul cum flamma fulgura emicuerunt. Inde caligo illa ex collibus & montium cacuminibus in prælium delapsa, imbréque cum vento & grandine mista rètrò Græcis & à tergo circumfundebatur,barbarorũ feriebat ora,ac cum procella nimbosa & continua coruscatione è nubibus excussi perD stringebat oculos, ex quibus multa fatigabant maximè tyrones. Præcipuè infesta erant tonitrua, & crepitus armorum procellosa pluuia & grandine pulsatorsus quæ exaudire ducum imperia prohibebant. Insuper Pœnosquibus non expedita arma sed grauia(vt est antè dictum) erãt,& limus impediebat,sinúsque sigorũ aqua impletorum onerosi & inhabiles ad pugnam e455 rant: contrà ad eos prosternendos Græcis idonei, nec quum lapsi essent valebant sese ex luto attollere, nanque

que Crimesus cum imbribus iam auctus,tum transA euntium causa exundauit, circumiectúsque campus multis subiectus vallibus & lacunis complebatur fluentis non riuo suo decurrentibus, quibus Pœni impediti afflictabantur. Tandem tempestate premente,& prima acie eorum, quæ erat quadringentorum militum,à Græcis concisa,reliqua multitudo in fugã conuertitur. Magna vis in campo occupati interficiuntur, multos amnis,qui in trãseuntes adhuc incurrebant,impellens & trãsuersos rapiens haurit: plurimos,qui collem petebant,insequuti leuis armaturæ milites obtruB cant. Perhibentur ex decem millibus qui ceciderunt, tria millia fuisse Carthaginensium,magno illius ciuitatis luctu. Neque enim vllis erant nobilitate vel diuitiis vel claritate secundi,neque tot vno vnquam prælio antea cecidisse ex ipsis memorant Carthaginenses, verum Afris ferè Hispanisque & Numidis quia ad certamina vtebantur,alieno vincebantur detrimento. Cæsorum deprehenderunt Græci ex manubiis dignitatem. Nihil enim æs vel ferrum qui spoliabãt cadauera morabantur,tanta affluentia argenti, tanta auri erat. C Etenim superato flumine castra cum impedimentis ceperunt. Captiuorum ingens numerus fuit à militibus inuersus,quinque millia producta,capti etiam ducenti currus. Pulcherrimum & magnificentissimum præbuit spectaculum Timoleontis tentorium, omni genere vndique accumulatum spoliorum, in quibus mille thoraces eximio opere & splendore,decem millia clypeorum exposita fuêre. Quũ multos pauci spo-456. liarent,magnámque prædam caperent, tandem tertio D secundum prælium die excitauerunt trophæum. Corinthii cum victoriæ nuntio Timoleon splendidissima quæque ex armis captis misit, quo patriam suam redderet apud omnes mortales conspicuam,contemplantes in vna illa Græciæ vrbe amplissima tẽpla non Græcorum decorata spoliis,neque ex propinquorum sanguine & detractorum popularibus donorum ingrata monumenta repræsentantia,sed manubiis barbaricis, quæ præclarissima inscriptione significabãt victorum

A cum virtute iustitiam, Corinthios & Timoleontem imperatorem ea Græcis qui Siciliam incolunt, à Pœnorum iugo liberatis, gratitudinis ergò diis sacrificio. Inde relicto ad vastandam Carthaginensium prouinciam mercenario milite, Timoleon Syracusas profectus, mille illos mercede militãtes, qui ipsum ante pugnam deseruerant, Sicilia expulit, atque ante solis occasum excedere coegit Syracusis. Qui quum in Italiam transmisissent, perhibè à Brutiis violati, occubuerunt, atque has pœnas ab iis exegit deus proditionum.

B At Mamercus Catanæ tyrannus & Icetes, vel Timoleontis inuidia rerũ gestarum, vel vt infidum & implacabilem tyrannis timentes, societatem iunxerunt cum Pœnis, quibus mandauerunt, nisi semel extrudi Sicilia vellent, copias mitterent & ducem. Nauigant cũ LXX nauibus Gisco, conduxitque nonnullos Græcos. Ante eam diem non fuerant Græcis vsi Pœni, cuius autem magni fecerunt eos, vt inuictos & omnium mortalium fortissimos. Vbi in agro Mamertino coierunt omnes, quadringentos milites mercenarios, quos Timoleõ auxilio miserat, occiderũt, & in Chartaginiensium prouincia iuxta Hieras, quas vocãt, mercede militantes, quibus præerat Leucadius Euthymus, opperiuerunt. Vnde præcipuè illustrata Timoleontis felicitas fuit. Siquidem hi fuerant inter illos qui cum Philodemo Phocensi & Onomarcho Delphos occupauerant sacrilegii consortes, quos quum odissent & deuotos refugerent omnes, palàtes per Peloponnesum à Timoleonte fuerant aliorum militum penuria conscripti. Vt applicuerunt in Siciliam, in omnibus conflictibus, quibus interfuerat ille, palmam tulerant: quum verò essent plurima iam & maxima certamina explicata, aliis ab eo suppetias missi perierunt & absumpti sunt, non semel omnes, sed carptim. Atque ipsa causetur vltio felicitate se Timoleontis infelicem illis fuisse, nequa ex vindicta sceleratorum stringeret noxa bonos. Itaque fauorem erga Timoleontem cælestium licebit non secus ex aduersis cognoscere quàm secundis admirari. Porrò populus Syracusanus

procacitate tyrannorum vrebatur. Mamercus enim A
in poematibus scribendis & tragœdiis sibi placens, iactabat se in eo quod milites mercenarios fudisset, clypeisque, quos diis dicant, probrosum elegium inscripsit,

Aura, chore, electro pictos, ostrõque nitentes
Vltimus hos clypeos ceperat en clypeos.

His actis dum in Calauria Timoleon castra mouit, Icetes, fines Syracusanos incursans, ingenti præda potitus est. Quúmque multa fœdasset & afflixisset contemptu Timoleontis qui exiguas copias secum habebat, regressus est præter ipsam Calauriam. Ille Icetem B
antecurrere permittens, cum equitatu & leui armatura consectatus est eum. De eo factus certior Icetes, transmisso Damyria, subsistit in ripa, Timoleontem prohibiturus transitu. Quippe animũ ei cum vadi difficultas 458
tum abrupta vtrinque ripa dabat. Ibi decuriones Timoleontis mirificum incessit certamen & contentio quæ moram pugnæ fecit. Nemo enim post alterum transire in hostem sustinebat, sed postulabat quisque priores pugnæ partes, erátque cõfusionis plenus transitus impellentium se mutuò & præcurrentium. Ergo C
Timoleon iussis sortiri præfectis, accepit annulum à singulis: quos cum in lacernam suam coniecisset & cõfudisset, primùm fortè eduxit qui sigillo trophæum habebat insculptum. Quod vbi iuuenes viderunt, lætoclamore sublato, nõ vltrà vllam expectauerunt sortionem, verùm pro se quisque ocyssimè superato fluuio, conseruerũt cum hoste manus. At illi non sustiterunt horum impetum, sed in fugam effusi, omnes pæne armis exuti, mille interfecti desideratique. Post aliquanto induxit in fines Leontinos Timoleon D
exercitum. Ibi Icetem viuum & filium eius Eupolemum, equitúmque præfectum Euthymum à militibus victos & ad ipsum attractos capit. Icetes cum adolescẽte vt proditores puniti necatique. Euthymus, etsi vir strenuus in prælijs & virtute esset præcellens, ob quoddam tamen in Corinthios conuitium quod in eos obiecerunt, non est veniam consequutus. Ferunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

A eum, quum Corinthii in eos mouerent, dixisse concionantem Leontinis, nihil terribile vel graue accidisse,

Cornibus exissent domo si fœmines.

Ita multos lingua solet magis quàm tetra facta pungere: grauius enim contumeliam ferunt homines quàm detrimentum. Quippe offensio per manum hostibus re-
459 necessaria concisa est, virulentia verò linguæ ex effuso odio videtur vel improbitate prodire. Regresso Timoleonte, Syracusani vxores & filias Icetis eiúsque filii in concione damnatas necauerunt, quod emi-
B um apparet fuisse Timoleontis factorum ingratissimum. Neque enim ille si intercessisset, ita eas fœminas fuisse existimant perituras, verùm nullam arbitror eum illarum rationem habuisse, sed condonasse eas ciuium iræ Dioni, qui Dionysium exegit, parentantium. Icetes est enim ille qui vxorem Dionis Aretem, Aristomachen sororem, & filium puerum admodum, viuos in pelagus mersit, vt in Dionis vita retulimus. Secundum hæc arma in Mamercum Catanam ferens iuxta riuulum Abolum eum aciem ausum fudit fugi-
C uitque, ac supra duo millia oppressit, quorum erat magna pars auxiliares Pœni à Giscone missi. Inde Pœni pacem ab eo precibus impetrauerunt: huic legibus vt tractum, qui intra Lycum est, tenerent, & liberum cuilibet esset cum pecunia & familia commigrare inde Syracusas, vtque tyrannorum societati renuntiarent. At Mamercus diffidens rebus suis, nauigauit in Italiam ad concitandos in Timoleontem & Syracusanos Lacanos, sed quum comites eius, qui reducebant naues, reuecti in Siciliam Timoleonti tradidissent Catanam,
D coactus ipse quoque fuit Messanam ad Hippocratem eius oppidi tyrannum confugere. Hos Timoleonte persequente & terra marique obsidente, Hippo fugam naue moliens captus est. Eum Mamertini tibi tra-
460 ditum, liberis ex ludo in theatrum ad tyranni supplicium velut pulcherrimum spectaculum ductis, flagro exsum necauerunt. Mamercus vltrò se in fidem Timoleontis permisit hac lege, vt Timoleonte non accusante causam diceret Syracusis. Ductus Syracusas &

in concionem progressus, orationem, quam iam pri- A
dem commentatus fuerat, exorsus est dicere: verùm obstrepente sibi populo, concionem cernens implacabilem, abiecto pallio medio se proripit theatro, atque impetu in vnum ex cuneis ad necem sibi conscisceneam illisit caput. Atqui non obtigit ei hic exitus, sed spirans adhuc abstractus & more latronum est plexus. Ad eum modum excidit Timoleon tyrannides, & bella sustulit. Totam autem insulam, quam calamitatibus deformatam & inuisam incolis accepit, ita pacatam & omnibus reddidit exoptatam, vt ad inco- B
lendum alii aduolarent eò, vnde profugerant antè ciues. Nanque Agrigentum & Gelam, ingentes vrbes, sub bellum Atticum à Pœnis excisas frequentauerunt tunc cultoribus: hanc Gorgus ex Cea, illam Megellus & Pheristus ex Elea profecti coactis veteribus ciuibus. Quibus quum non modò præstitisset à tanto bello ad sedes ponendas securitatem & tranquillitatem, sed cætera quoque præparasset atque enixè iuuisset, colebant eum pro conditore. Quum verò idē esset ali- C
orum iuxtà omnium erga eum animus, non fœdus vllum, non legumlatio, non loci habitatio, non reipub. constitutio rectè videbatur comparata, quam non arrisisset ille, composuissétque, tanquam operi consummato architectus extremâ fastigiumque atque diis hominibúsque gratam manum addens. Nam quú multis illius ætate Græci floruerint insignes viri, & præclara res gesserint, inter quos Timotheus, Agesilaus, Pelopidas fuerunt, &, quem est præcipuè Timoleon æmulatus, Epaminondas, facta illorum extulerunt vi & labore dilutum splendorem, vnde nonnulla eorum se- D
quuta reprehensio & pœnitentia est. At Timoleontis 461
operum, si à fratris fato discesseris, nullum est cui non Sophocles illud (vt Timæus ait) meritò acclames,

O dii, quanam Venus vel quis Cupido
Hæc mœnia admouit!

Vt enim Colophoniorum Antimachi versus & Dionysii picturæ neruis præditi & vigore imaginem referunt expressorum & elaboratorum, Nicomachi verò

A picturis & carminibus Homeri extra reliquas detet
& gratias etiam hoc ineſt, expeditè vt facta & facili
appareant ita ſi cum Epaminondæ imperio & Ageſila
laborum, pleno atque ærumnoſo, Timoleontis coo
tendas ducatum, qui cum ſplendore magnam habet
facilitatem, videbitur is benè & rectè reputantibus
non fortunæ ſed virtutis eſſe fortunatæ opus. Ip
quidem victorias ſuas ille fortunæ retulit omnes ac
ceptas. Siquidem ſcribens domum ad amicos, & in
concionibus ad Syracuſanos ſæpenumero gratias ag
B ſe deo habere, quòd quum ſeruare vellet Siciliam, et
rei titulum inſcripſerit ſuum. Domi extructo ſacello
Caſus, ſacrificabat ei: ædes ipſas ſacræ fortunæ dedi
cauit. Domum habitabat, quam ei Syracuſani ex
niam imperij præmio donauerunt, præterea amæna
ſſimum & pulcherrimum omnium prædrum, vbi ple
runque in quiete cum vxore & liberis, quos acciuerat
C ex patria, agebat. Neque enim Corinthum repetiit,
neque ſe tumultibus Græciæ implicauit, vel ciuili ob
iecit odio, in quod plerique inſatiabili honorum &
potentiæ cupiditate impingunt imperatores, ſed illo
ſubſedit, bonis quorum ipſe autor fuerat, fruens.
Eorum erat ſummum, quòd tam multas ciuitates, tam
immẽſam multitudinem videret mortalium ſua opera
vitam agentem beatam. Cæterùm, quia ruinarum
non modò omnibus innaſci galeritis criſtam oportet,
462 vt ait Simonides, verùm omni etiam reipub. quadre-
platorem: Timoleontem quoque duo concionatores
D adorti ſunt, Laphyſtius & Demenetus. Quorum La
phyſtio ſponſores ab eo in cauſa quadam exigeret
non permiſit tumultum ciues mouere vel illum in
terpellare: ideo enim ſe tantos labores & pericula
docuit vltrò ſuſcepiſſe, vt quiuis ciuis Syracuſanus vti
valeret legibus. Quum verò Demenetus multis de
ctis acta eius laceraſſet in concione, nihil reſpondit ei
tantùm ait gratias ſe debere diis, quos precatus eſſet
vt Syracuſanos videre poſſet liberè loquendi ius fa
cientes. Ergo poſtquam præſtantiſſima & pulcher
rima omnium citra controuerſiam ſuæ ætatis Græ-

corum facta edidit: & ad quas actiones orationibus A
ſemper in conuentibus Græcos cohortabantur ſophi
ſtæ, in his ſolus excelluit, atque ex malis quæ ipſius
æuo veterem Græciam agitabant, antè exortatus à
fortuna fuit ineruentus & mundus: conſilium verò &
virtutem ſuam barbaris tyranniſque probauit: iuſti
tiam atque manſuetudinem Græcis & amicis, trophæa
præliorum maxima ex parte ſine lacrymis & luctu ci
uium ſuorum erexit, Siciliam annis nondum circum
actis octo à miſeriis inteſtiniſq; malis ac morbis purã
tradidit incolis: ætate iam grauior oculorum caligine B
captus eſt, breuique poſt amiſit viſum, non quòd in
culpa ipſe fuerit, vel laſcinia ſit fortunæ ſuggillatus, ſed
ex hæreditaria cauſa & morbo, meo iudicio, cum ætate
impetente. Siquidem non pauci ex illius familia refe
runtur, qui emarceſcente ex ſenio lumine orbati fuere.
Athania bello etiamnum cum Hippone & Mamerco
flagrãte Mylis ait aciẽ eius vitiatam glaucomate fuiſſe,
omnibúſque patuiſſe imminere ei cæcitatem: nec ideo
tamen obſidionem eum ſoluiſſe, ſed in bello perſeue
tantẽ tyrãnos cepiſſe. Vt tamẽ regreſſus eſt Syracuſas, C
depoſuiſſe cum protinus imperium, & ſe apud ciues 463
excuſaſſe, quã res ad optimum terminum perduxiſſet.
Atque illum quidem molliter calamitatem ſuam mi
nus mirũ ſit tuliſſe. At Syracuſanorum in illum operæ
pretium eſt commendare honores & gratitudinem,
quibus proſequuti cæcum ſunt ianuã eius celebrando
hoſpites, qui Syracuſis fortè tranſirent domum eius &
ad villam deducendo, quo virum contemplarentur ita
de ipſis meritum, exultantes gloriantéſque quòd re
dieu in Græciã adeo celebri, qui victoriarum nomine D
manebat eum, contempto, vitam ei exigere apud ſe li
buiſſet. Quum autẽ multæ rogationes ferrentur, mul
ta in laudem illius agerentur, tum eximium hoc ſciuit
populus Syracuſanus, vt quotieſcunque geſturi bel
lum eſſent cum nationibus exteris, duce vterentur
Corinthio. Magnificam etiam mos cõcionum haben
darum ad laudem eius præbebat ſpeciem. nam diſce
ptabant ipſi per ſe cætera: ad maiores verò delibe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rationes illum adhibebant, qui medio foro vehebatur curru ad theatrum, vehiculo in quo sedebat illato, populus vna voce appellabat salutabátque illum. Ille reddita salute, quum aliquid festis vocibus & laudationibus dedisset spatii, audiebat qua de re deliberarent, inde sententiam suam dicebat. Qua comprobata, reducebant currum per theatrum ministri eius, ciues autem voce, acclamatione, plausu eum prosequuti, cætera dispensabant per se. Quum tanto honore & benevolentia esset senectus eius sicut parentis ciuitatis culta, ex leui
B inualetudine cum senio coniuncta decessit. Spatio certo, quo Syracusani ea quæ ad funus pertinerent, para-
464 bant, & vicini peregrinique conueniebant, cætera instructa fuerunt magnificé. Lectum delecti à populo iuuenes exornatum per Dionysiorum tunc dirutam regiam portauerunt, prosequuta est virorum & mulierum infinita caterua, quorú species omnium coronatorum & candidis vestibus amictorum festum diem re
præsentauit. Iam voces & lacrymæ cum mortui confusæ laudibus, non honoris defunctionem, nec munus
C publicè iniunctum, sed verum desiderium prætulerunt, & syncери gratiam amoris. Lecto denique in rogum illato, Demetrius, præconum illius memoriæ omnium vocalissimus, scriptum decretum recitauit huiusce modi. POPVLVS Syracusanus sciuit Timoleontẽ hunc Timodemi filium Corinthium, quòd tyrannis obtritis, barbaris superatis, & amplissimis vrbibus quæ euersæ fuerant incolarum multitudine frequentatis, leges suas Siculis reddiderit, ducẽtarú minarum impensarum funerandum, honorandum insuper in perpetuum lu-
D dis musicis, equestribus, & gymnicis. Ad hæc corpori monumẽtú in foro fecerũt, quod porticibus postea cinxerunt, ibique palæstris inædificatis parauerunt iuuẽtuti gymnasium, quod Timoleonteum appellauere. Atque illi, institutis vtentes & legibus quas hic tulerat, perdiu in magna egerunt felicitate.

PLVTARCHI

L. PAVLVS ÆMILIVS.

Interpretatio proœmii, quod Græcum exemplar hic habet, præfixa fuit Vitæ Timoleontis.

AEMILIORVM gentem Romæ patritiam fuisse & vetustã plerique con- A
465 sentiunt scriptores: at eorum autorem qui nomen reliquit familiæ, Mamercum fuisse Pythagoræ sapientis illius filium, qui ex dicendi lepore & venustate nomen inuenit Æmilii, prædicauerunt nonnulli qui Pythagoræ regis Numę institutionem attribuunt. Maxima pars eorum, qui clarum nomen ex hac domo adepti sunt virtutis causa, quam persequuti sunt, lætos successus habuêre. L. Pauli verò clades Cannensis iuxtà prudentiam atque virtutem declarauit. Vt enim B adduceret collegam in sententiam suam, pugna vt abstineret, nequiuit, prælii dedit se inuitus socium, consors fugæ non fuit, sed quum autor prælii deseruisset exercitum, mansit ibi, & pugnãs cum hostibus cecidit. Huius Æmilia filia nupsit Africano maiori. filius Paulus Æmilius (de quo hic agimus) ea adoleuit & emicuit ætate, quæ gloria & virtute florebat clarissimorum & summorum virorum, & non eadem atque illius seculi nobiles iuuenes sequutus studia, neque eãdem à primo ingressus viam. Neque enim causas dicere in foro meditabatur, salutare, complecti, prensa- C re: quibus rebus insinuantes se multi, auram popularem captabant sedulò populum obseruando, prorsus nihil curauit, neutrobi inhabilis, sed vtroque excellẽtiorem fortitudinis, iustitiæ, fidei quæsiuit gloriam, quibus ilico æquales suos anteiuit. Primùm ex maioribus magistratibus ædilitius candidatus duodecim competitoribus, quos postea omnes memorant consules fuisse, prælatus est. Augur creatus, (augures Romani auspiciorum & prodigiorum enuntiandorum 466

Universidad de Deusto
Biblioteca

habent inſpectores & cuſtodes) ita veteribus inſtitutis fuit intentus & perdidicit maiorum religionem, vt quod ſacerdotium honor eſſe aliquis videbatur & peti nominis tantùm cauſa, vnam oſtenderet id eſſe ex ſummis artibus, ſuffragaretúrque philoſophis qui religionem definierunt colendi Dei ſcientiã eſſe. Omnia enim perite faciebat & ſedulò, ac quum in hoc eſſet, feriabatur ab aliis, neque prætermittebat vel nouabat quicquam, verùm cum collegis ſemper diſceptabat de minutis quoque, docebátque eos, vt facilem deum & conniuentem delictis exiſtimes, at eſſe reipub. hanc condonationem & veniam grauem. Nemo enim magno ſcelere ab initio rempub. turbat ſtatim, ſed maiorum curam conculcant, qui ſoluti ſunt in paruis. Parem ſe diſciplinæ militaris maiorúmque exactorem & cuſtodem præbuit, non blandiebatur in imperio, neque (quod eo tempore faciebant plerique) ſecundos magiſtratus ambiebat primis concedendo, & venditando ſe iis quibus præerat, verùm tanquam ſacroſanctarum aliarum antiſtes ceremoniarum, ita in diſciplina militari ſingula præſcribendo, contumaces & peccantes plectendo, rempublicam conſtituebat, inſtitutionis ciuium hoſtes vincere prope acceſſorium ducens. Bello, quod populus Romanus cum Antiocho Magno gerebat, quum præſtantiſſimi duces eſſent contra eum miſſi, aliud exortum ab occidente eſt bellum, in Hiſpania motibus concitatis. Miſſus ad id eſt prætor L. Paulus, non cum ſex faſcibus, quot prætores habent, ſed additis ſex aliis. Ita huius prætura dignationem accepit conſularem. Bis barbaros acie fudit triginta millibus cæſis. Videtur ea victoria
468 planè prudentiæ attribuenda ducis, qui loci opportunitate & amnis cuiuſdam tranſitu procliuem militibus dedit victoriam. Ducenta quinquaginta oppida vltrò venientibus in fidem incolis in poteſtatem redegit. Prouincia pace & fide compoſita decedens, Romam eſt reuerſus, ne terúcio quidem ex bello opulentior. Fuit etiam aliàs minus ad rem attentus, ſplendidus tamen & liberalis ex præſenti copia, quæ ampla

non erat, ſed vix doti quæ debebatur vxori poſt obitum eius ſoluendæ. Papiriam duxerat Maſſonis viri conſularis filiam, quam quũ lõgo ſpatio in matrimonio habuiſſet, licet egregiam ſobolem ſuſtuliſſet ex ea, repudiauit. Hæc fuit quæ inclytum illum Scipionem & Fabium Maximum genuit. Cur eam dimiſerit, non peruenit ad notitiam noſtram cauſa, ſed apparet verè dictum quod fertur de diuortio: Romanus quiſpiam nuntium vxori remiſerat. hic corripientibus eum amicis, quærentibúſque, nónne caſta, nónne formoſa, nónne fœcunda eſt? prolato calceo, Nónne ornatus eſt hic, inquit, nónne nouitius? At nemo videt veſtrûm, vbi pedem meum vrgeat. Profectò magna peccata aperta diuortium excitauerunt inter alios coniuges. Illæ ex aſperitate quadam & diſſidentia morum lenes & crebræ offenſiones prætereunt quidem alios, verùm alienationes efficiunt in conſuetudine domeſtica implacabiles. Ita relicta Papiria, alteram Paulus ſibi matrimonio adiunxit, ex qua duos filios editos retinuit in familia. Priores ſummis & nobiliſſimis domibus per adoptionem inſeruit, maiorem Fabii Maximi, qui conſul quinquies fuit, minorem Scipionis Africani filius conſobrinum ſuum adoptauit, Scipio- 469
némque nominauit. Filiam vnam Pauli Catonis filius ſecum matrimonio iunxit, alteram Ælius Tubero, vir optimus, & qui magnificentiſſimè tulit paupertatem. Nam ſexdecim propinqui omnes erant Ælii. Ædes his erant peranguſtæ, prædio omnes vno ſe tolerabant, qui vno in domicilio habitabant cum numeroſa ſobole & multis vxoribus, inter quas fuit Pauli, qui bis conſul fuerat, bis triumphauerat, filia, verecundiam paupertatis viri non habẽs, ſed per quam erat pauper admirans virtutem. At huius temporis fratres & cognati, niſi regionibus, fluminibus, murorum diuortiis diſtinxerint communia, & multum inter ſe ſpatii interiecerint, non ceſſant à mutuis contentionibus. Hæc conſideranda & reputanda conſilium admittentibus ſuggerit hiſtoria. Porro Paulus conſul factus, in Ligures Subalpinos cum exercitu profe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fectus est bellicosam gentem & ferocem, qui peritiam bellicam à Romanis discebant ex vicinitate. Nam extremam oram Italiæ & Alpibus subiectam, eámque Alpium quæ mari Tusco alluitur, Africæ ex aduerso posita, colunt Gallis & marinis commixti Hispanis. Tractabant id temporis etiam rem maritimam, nauigiisque piraticis vsque ad columnas Herculis prouecti spoliabant & deprædabantur mercatores. Hi inferentem armis x L millia numero exceperunt Paulum, ille non plus octo millibus secum ducens cum quintuplo pluribus hostibus signa contulit. Vt fusos fugatósque

B muris inclusit, veniæ & pacis ostendit iis spem. Neque enim placebat populo Romano gentem Ligusticam prorsus excindere, quasi præsidium & propugnaculum Gallicis motibus semper in Italiam ingruentibus obiectum. Itaque in fidem Pauli naues & oppida

470 sua tradidêre. Hic vrbes nulla re, nisi quòd muros diruit, violatas reddidit iis, naues omnes ademit, nauigiúmque reliquit trium scalmorum nullum maius, multos externos, multósque ciues Romanos ab illis terra marique captos recepit. Fuit ille consulatus his rebus gestis clarus. Pòst quum sæpius declarasset se se-

C cundum consulatum cupere, & verò aliquando fuisset etiam candidatum se professus, vbi tulit repulsam & præteritus est, quieuit deinceps, & sacris curam intendit, filiósque in disciplina Romana & veteri, quomodo ipse antè fuerat, exercuit. verùm in Græca ambitiosius. Non solùm enim grammatici & sophistæ & rhetores, sed plastes quoque, pictores, equorum & catulorum rectores, magistri venandi cum adolescentibus versabantur. Pater in liberos Romanorum indul-

D gentissimus, nisi negotiis publicis districtus, spectabat meditantes & exercentes se. Ea tempestate, quod ad rempublicam pertinet, cum Perseo rege Macedonum bellum gerens populus Romanus criminabatur duces, quòd imperitia & ignauia rempub. turpiter & fœdè administrarent, & plus acciperent detrimẽti quàm inferrent. Qui enim modò Antiochum cognomento Magnum reliquæ cedentem Asia vltra Taurum sum-

mouerant, atque in Syriam redegerant (quum præclarè tamen secum agi putaret, quòd quindecim millibus talentorũ redemisset pacem) paulóque antè in Thessalia Philippũ oppressserant, atque liberauerant à Macedonum iugo Græcos, & cui rex nullus audacia vel viribus erat conferendus, deuicerant Annibalem, indignum existimabant, cum Perseo se tanquam populi Romani iusto aduersario, diu iã æquo decertare Marte, qui à paternæ cladis reliquiis secum belligerabat, 471

nescii Macedonum vires longè à victo Philippo valentiores redditas & pugnaciores, quod strictim percurram, rem ex alto repetens. Antigoni, qui in Alexandri B successoribus & ducibus potentissimus fuit, parata sibi posterisque appellatione regis, filium Demetrium habuit: cuius fuit Antigonus filius Gonatas dictus, huius Demetrius. Qui quum non diu regnasset, filio ætate impubere relicto Philippo, decessit. Principes verò Macedonum veriti confusionem, quòd orbi rege forent, Antigonum defuncti patruelem asciuerunt, eique collocata Philippi matre, primùm tutorem atque ducem, deinde moderatum & regno experti vtilem, re- C gem consalutauerunt. Hic Doson cognomento vocatus fuit, quasi promissor non effector pollicitorum.

Huic succedens Philippus inter præstantissimos reges adolescens emicuit, præbuitque de se expectationem tanquam Macedoniam in antiquam asserturus maiestatem, & solus incubantem iam omnibus potentiam Romanam retenturus. Cæterùm magno prælio apud Scotusam à T. Quintio superatus, tunc quidẽ metu trepidans, omnia sua populo Romano permisit, ac moderata mulcta defunctus, acquieuit. Pòst anxius, & D regnum obtinere beneficio populi Romani ratus captiui potius esse, qui viuere contẽtus sit in luxu, quàm viri celso & alto animo præditi, cœpit bellum animo voluere, séque clàm & astutè parare. Nam vrbes viæ propinquas & marinis debilitari permittẽs & aliquatenus desolari (quo despectui esset) magnas vires in medio regno cogit: mediterraneas arces, præsidia, & vrbes magna vi ærmorum, pecuniæ & iuuenum com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A plens, instruebat bellum comprimebátque velut in te-
472 nebris abditum. Armorum enim, quantũ triginta mil-
libus militũ sufficeret, cõgesserat in armaria. Frumen-
ti intra muros clausi decies octingenta millia me-
dimnorum. Stipendium in decem annos decem mil-
lium mercenariorum militum ad tutelam regni præ-
paratum. Cæterùm ille antequam hæc moueret &
in opus educeret, tristitia & mœrore animi est extin-
ctus, quòd alterum filium Demetrium resciuisset ex
calumniis se deterioris immerentem interfeciſſe. Su-
B perstes filius eius Perseus, hæreditarium cum regno in
Romanos suscepit odium, tantæ moli ob ignauiam &
improbos mores impar: in quo, quum vitia multa
multique morbi inessent, dominabatur auaritia. Fama
est eum nec legitimè fuisse natum, vxorem autem Phi-
lippi eum post partum sustuliſſe à matre sartrice qua-
dam Argolica, Gnathænia nomine, & clàm sibi sub-
iecisse. Hinc potissimùm videtur metu Demetrium
peremisse, ne legitimum habens filium domus suam
aperiret ignobilitatem. Attamen, quamuis socors &
C sordidus, viribus regni elatus, diu bellum sustinuit re-
luctatúsque est Romanis: duces Romanos, consulares
exercitus & classes ingentes repulit, nonnullos etiam
pepulit. Nam P. Licinium inuadentem primùm in
Macedoniam equestri prælio fudit fugauitque, duo
millia quingentos strenuos milites occidit, cepit alios
sexcentos. Classem quæ ad Oreum stationem habe-
bat, repentè adortus viginti cum ipso onere naues o-
neraſias cepit, reliquas frumento onustas depressit.
Ad hæc quatuor quinqueremibus potitus est, & alte-
D ram est pugnam ausus, in qua virum consularem retu-
dic Hostilium, quem per Elimiam in Macedoniam vi
conantem perrumpere, inde occultè iter molientem
per Thessaliam, lacessens ad pugnam, conterruit. Pro
accessione autem belli, quasi, contemptis Romanis, o-
473 tio abundaret, expeditionem fecit in Dardanos. Ibi
decem millia barbarorum concidit, & ingentem præ-
dam auertit. Solicitauit etiam clàm illos qui Danu-
bium accolunt Gallos, (Bastarnæ dicuntur) gentem e-

quitatu valentem & bellacem. Illexit præterea per A
Genthium regem ad societatem belli Illyrios. Fama
tenuit barbaros ab eo mercede inductos, vt per infe-
riorem Galliam secundum mare Adriaticum super-
funderent se Italiæ. Quæ nuntiata mouerunt populum
Romanum, vt omissa in ducibus deligendis gratia at-
que ambitione, virum prudentem & rerum magna-
rum gerendarũ peritum præficerent exercitui. Is Pau-
lus Æmilius erat, prouecta iam ætate & annos natus
circiter sexaginta, sed corpore viuido, succinctus pro- B
pinquis & filiis iuuenibus, item præpotentium amico-
rum frequentia & necessariorum: qui omnes suaserũt
ei vt consulatum deferenti morem gereret populo. At
ille fastidiosius primùm reiiciebat plebem, & quasi a-
uersus à magistratu gerendo repudiabat munus eius
& studium. Verùm quum quotidie assidui essent ad ia
nuam eius, atque in forũ eum euocarent increparént-
que, paruit. Qui simul vt in cœtu candidatorũ consu-
larium apparuit, non consulatum visus est accepturus,
sed victoriã & belli lætum successum adferre. Quum
hoc populo dedisset, vt in campum descenderet, omnes
eum ingenti cum spe & alacritate acceperunt, creaue- C
rúntque iterum consulem, nec sortiri, vt assolet in aliis
prouinciis, permiserunt, sed extemplo prouinciam ei
Macedoniam decreuerũt. Dicitur quum dux designa-
tus aduersus Persen esset, à toto populo deductus do-
mum honorificè, filiolam Tertiam, admodũ puellam,
offendisse plorantem, eam appellasse, & quid tristis e-
sset, quæsisse. Illam eum complexam & deosculatã di- 474
xisse, Nescis, pater, Persen nostrum periisse? catellũ do-
mesticũ eius nominis significans. Paulus autẽ respon- D
disse, Bene habet, accipio filia omen. Hoc Cicero ora-
tor in libris De diuinatione prodidit. Moris erat vt
qui consalutatus consul esset, quasi aliquam gratiam
referret populo, eúmque pro rostris benignè appella-
ret: at Paulus aduocata concione, priorem ait se con-
sulatum, quòd honores quæreret, periisse, alterũ, quòd
illi quæreret imperatorem. quare nullam se ipsis ha-
bere gratiam, sed si per alium existiment rectius ipsos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bellum exequuturos, cedere se prouincia: sin autem id sibi credant, ne muneri imperatorio ingerant se, rumores ne serant, & debitum manus præstent in bello obedienter: nam si imperatori animum inducant imperare, multo quàm nunc magis ridiculos in expeditionibus fore. Hac oratione magnam sui reuerentiam ciuibus, magnam futuri expectationem impressit gratulantibus cunctis quòd præteritis blandis, ducem elegissent libertate dicendi & grauitate præditum. Ita quo rerum potiretur & omnium euaderet maximus
B virtuti & honesto populus Romanus seruiebat. Porrò quòd Paulus Æmilius, postquam ad bellum est profectus, secunda nauigatione & facili vsus itinere expeditè & securè peruenerit in castra, felicitati eius assigno: at quum bellum & imperium eius partim aeri audacia videam, partim bono consilio, partim amicorum enixa opera, partim præsenti in periculis animo & certis rationibus administratum, non habeo celebratæ eius felicitati præclarum & insigne opus, vt cæterorum ducum tribuere. Nisi sanè rebus gestis Pauli dicas secun-
475 dam fuisse fortunam Persei sordes, quæ splendidas &
C magnificas Macedonum vires spe ad bellum arrectas euerterunt, & prostrauerunt pecuniæ amore torpescentes. Siquidem suppetias ei Bastarnæ veniebant decem millia equitum, par numerus peditum qui iungebant cursum equis, & inuicem prolapsorum equitum vacuos capiebant equos, omnes mercede militiâ sequentes, qui nec agriculturam nec nauiculariam nossent, nec pecore pascendo vitam tolerare, verùm vnum opus, vnam meditarentur artem, perpetuò præliari & vincere acie hostes. Hi postquam in Medica vnis castris fuerunt cum Macedonibus cõmisti, proceris corporibus viri, mirabili exercitatione, grandiloqui, &
D mirificè aduersus hostes minaces, confirmauerunt Macedonas, opinionémque præbuerunt iis, fore vt exhorrescerent nec tolerarent Romani conspectum eorum, vel horrendam & trucem iactationem. Ad eum modum quum Perseus suorum pectora acuisset, & tanta insuasset spe, simul vt postulati ab eo sunt milleni in duces

ces aurei, ad tantam auri summã vertigine hebescens, A
& dementia præ sordibus captus, renuntiauit repudiauitque hanc societatem, tanquam dispensator non hostis esset populi Romani, & exactam impensæ esset rationem relaturus iis cum quibus bellum gerebat, quum præceptores, quid faciundum ipsi esset, haberet eosquibus præter alium apparatum centũ millia militum erãt parata & præstò quũ vsus postularet. Hic verò qui cum tantis viribus & cum tanto colluctabatur bello, cui' tam essent ingẽtes accessorii in milites sumptus, metiebatur & obsignabat aurum, veritus, sicut alienum, attingere. Atque hæc faciebat is qui non Ly- B
dis prognatus nec Phœnicibus esset, sed Alexandri & Philippi vendicaret ex propinquitate virtutem, qui, quòd imperium pecunia, non pecuniam imperio veralem ducerent, rerum sunt potiti: dicebant enim vrbes expugnare Græciæ non Philippum, sed Philippi aurum. Alexander, quũ expeditionem in Indos susce- 476
pisset, graues autem & impeditos videret præda Persica Macedonas, primus flammam subdidit regiis plaustris, inde cæteros induxit vt se imitati, ad bellum agi- C
les & expediti pergerent. Perseus verò aurum sibi, liberis & regno suffundens, noluit pauco seruari, sed cum multis abductus pecuniosus captiuus ob oculos ponere voluit populo Romano quàm multis in vsum eorum comparsisset sepositsétque. Neque Gallos modò remisit delusos, verum etiã Illyriorũ regẽ Genthium ad belli societatem spe trecentorum talẽtorum pellexit, pecuniámque legatis eius annumerauit & signare permisit iis. Vbi credidit tenere se quæ poposcerat Gẽ- D
thius, nefandũ peregit & atrox facinus. Legatos Romanos, qui missi ad se erant, apprehensos coniecit in custodiam. Ibi nihil iam pecunia ratus ad concitãdum in Romanos Genthium opus esse, sed contraxisse cum maximas necessitates ad hostilitatem, & in bellum se per iniuriam tantam demisisse, miserum trecentis illis talentis defraudauit, nec curæ ei fuit quòd paucis diebus à L. Anicio, qui cum exercitu in eum fuit missus, cum liberis & coniuge, veluti ex nido, sustolleretur re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gno. Aduersus hunc Paulus aduersarium veniens, illum flocci pependit, apparatum non contempsit. Equitum erant ei quatuor millia, pedites phalangitæ non multo minus quadraginta millia. Ille ad mare sedēs sub Olympo locis impenetrabilibus, quæ vndique præsidiis ab ipso & propugnaculis ligneis erant septa, securus agebat, attriturum se tępore & sumptibus consulem ratus. Enimuerò hic animo in omne consilium intentus, & omnem mouens lapidem, quum
477 milites ex priore licentia moræ cerneret impatientes, verbisque multa quid factum oportuisset, quasi duces
B forent, inaniter iactantes, increpuit eos, edixitque ne se torquerent, nec quicquam curarent nisi vt corpus & arma sua quisque præstaret expedita, gladióque more Romano vteretur, vbi signum datum ab imperatore esset: nocturnas stationes sine lancea agerent, quo magis essent intenti, & resisterent somno, quod ingruentibus hostibus non valerent resistere. Quia verò infestabatur potus penuria exercitus potissimùm (exiguus enim & prauus scaturiebat & stillabat
C iuxta mare haustus) videns Paulus excelsum & nemorosum montem imminētem Olympum, ac coniiciens syluæ virore habere eum laticum scaturigines, quæ in imo clām fluerēt, lacus iis & puteos frequētes aperuit in latere montis, qui mox riuis puris affluentibus impleti sunt, tractu & impetu eius quod adstrictum antè fuerat ad vacuum delato. Quanuis sint qui negent aquæ paratæ fontes in locis vnde emanant reconditos esse, neque in emanando detegi & erumpere, verùm generari & procreari tunc liquescente materia. Liquescere autem densitate & frigore humidum vaporem, quum in alto adstrictus redditur fluidus. Ve-
D fœminarum vbera non vtrium modo plena sunt affluentis præsentis lactis, sed cōuertendo intra se humore efficiunt lac, percolántque: ita algentia & frondibus scatētia terræ loca thesauros (vt aiunt) non continent aquæ, neque sinus qui riuos & vim tantorum flumnum ex prompto & expedito effundant capite, sed aeram & aera premendo, spissándóque exprimentes ver-

tunt in aquam: vnde quæ aperiuntur loca ex ea titillatione scaturiunt potius & resudant, sicut mulierum 478
mammæ ex suctu, in humorem vertentia & fundentia vaporem. Quæ verò iacet illaborata tell⁹ & obstipata, ea cæca gignendis aquis est, quòd autore humoris deficiatur motione. Atqui hæc qui iactitant, occasionem dederunt adstruendi Scepticis, ne sanguinem quidem inesse in animantibus, sed ex vulnere gigni spiritu vel carne per mutationē fluescente & colliquescente. Cæterùm reuincunt hos illi qui occurrunt in imis cuniculis & metallis fluuiis: haud paulatim collecti, quod B oportuerat si natales accipiāt ex terra in præsenti agitata, imò prorumpentes confertim. Sæpe etiam montibus vel saxo, quum cæderetur, rupto riuus aquæ exiliit largus, inde subfluit. Verùm de his satis. Paulus per aliquot dies quicuit, negántq; tantam vnquam exercituum tam ingentium in propinquum collatis castris auditam quietem. Quum omnia moueret & tentaret, neque præter vnum, qui nō esset præsidiis infestus, su-
pereſſe audiret transitum per Perrhæbiam secundum C Pythium atque eam rupem, quia incustoditus hic erat locus, magis sperās, quàm propter quas stationem non habebat timens salebras & asperitatem, posuit rem in concilio deliberandā. Eorum qui in cōcilio erant primus Scipio cognomēto Nasica, Scipionis Africani gener, cuius fuit postea autoritas in senatu maxima, professus est ducem se fore ambitus, secundus Fabius Maximus Pauli Æmilii filiorū maximus, admodū adolescens, alacris exurrexit. Igitur lætⁿ Paulus attribuit iis D non quot Polybius tradidit, sed quot ipse se accepisse Nasica ait, qui epistolium de his gestis ad regem quendā scripsit. Ex cohortibus Italicensibus extraordinarii milites erāt tria millia numero, sinistrū cornu 479
ad quinque millia. Præter hos acceptis Nasica centum viginti equitibus, & quos Harpalus miserat mixtos Thracas & Cretenses ducentos versus mare intendit iter, & iuxta Heracleam castra metatus est, velut circumnauigaturus classe, & castra hostium circumventurus. Verùm cœnatis militibus, quum iam tenebræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A essent, exposuit ducibus quid pararet, ac diuersam à mari viam ingressus, cõsedit subPythoo, militibúsque vt quietem caperent edixit. Eo loco Olympus supra decem stadia assurgit, quod ille qui ita dimensus est, hoc epigrammate ostendit,

A fano Pythi Vertex sublimis Olympi
Mensuram stadii decies sustollit in altum, &
Sextantis, perpendiculo vt demensio facta est,
At pedibus quatuor est tamen illa minor.
Filius Eumeli mensuram prodidit istam
Xenagoras, at tu rex bone faustus ades.

B Tametsi nec montis altitudinem ferant geometræ, nec profunditatem maris decem stadia excedere. Xenagoram non obiter, sed via & ratione atque instrumentis iniisse apparet mensuram. Ibi Nasica pernoctauit. At Perseo consulem cernenti non se mouere, nec reputanti quod in manibus erat, transfuga Cretensis in itinere elapsus, circuitionem indicauit Romanorum. Ille pauefactus, castra nõ mouit, sed mercenariorũ militum decẽ millia, Macedonum duo duce Milone mi-
C sit, imperans vt maturaret & occuparet saltum. Hos, vt ait Polybius, adhuc sopitos adorti sunt Romani, Nasica ancipitem in vertice dimicationem & periculum extitisse, se etiam Thracem conductitium con-
480 gressum secum traiecto hasta pectore interemisse, deiectisque hostibus & Milone turpiter in tunica abiectis armis fugiente, tutò sequutum se, simúlque deduxisse agmen. Eo casu trepidans Perseus & languescens spe, properè retrò mouit exercitum. Verum tamen aut subsistere necesse habebat pro Pydna &
D aleam experiri Martis, aut dissipato exercitu circumlatum per vrbes excipere bellum, quod semel domi receptum, nisi magna cæde & multo sanguine haud poterat emitti. Cæterùm quia suggerebant amici copiarum numero ibidem eum esse superiorem, ac fortissimè Macedonas pro coniugibus & liberis sub oculis regis in discrimen offerentis se dimicaturos, ita animatus castris positis, parauit se ad prælium, regionem speculatus est, præfecturásque distribuit, quasi

ex itinere Romanos inuasurus. Locus campum habe- A
bat phalangi planiciem æquabilem requirenti opportunum, & continentes complures colles leui armaturæ & ferentariis ad receptum & circumcursandum commodos. Per medium amnes Æson & Leucus labentes, quanuis tenui alueo ea tempestate, quòd esset præceps iam æstas: aliquid videbantur negocii tamen præbituri Romanis. At Paulus, vbi se coniunxit Nasicæ, incessit quadrato agmine in hostes. Vt illorum aciem & numerum contemplatus est, stupefactus substitit, cœpitque aliquid secum agitare animo. Nobi- B
lissimi iuuenes qui pugnare gestiebant, adeuntes consulem orauerunt cum ne extraheret rem, ac præ cæteris Nasica Olympico elatus successu. Cui Paulus arridens, Sanè quidem, inquit, si tua sim ætate, sed multæ me victoriæ, quæ victorum me docuerunt offensa, ex itinere vetant cum instructa iam phalange & com- 481
posita manus conserere. Inde frontem exercitus sui per cohortes speciem iubet efficere acici & postremos conuertere se ad vallum ibidem iaciendum & castra munienda. Ita silentio subductis qui proximi C
extremos stabant, & orbem voluentibus, aciem imprudentibus hostibus explicauit, & in castra sine tumultu omnes duxit. Quum iam nocte à cœna corpora somno & quieti dare vellent, ecce luna pleno orbe & sublimis obscurata est, fugientéque lumine in varios vertit colores, dum condita est. Hic quum Romani de more æris crepitu lumen eius reuocarent, frequentésque flammas tædis facibúsque ad cælum porrigerent, longè diuersa egerunt Macedones, quo-
rum castra horror stupórque tenuit, rumórque sen- D
sim est per castra vulgatus, portẽdere hoc regni occasum. Paulus verò, qui tyro nõ erat neq; rudis inæqualitatũ eclipticarũ, quæ statis circulis vmbra terræ condant & inopacent lunæ orbẽ, dum offuscãtem præterlecta regionẽ iterum à sole illustretur, oppidò religiosus tamen deditúsq; diis placandis & auguriorũ peritus, vt primũ reniteſcere conspexit lunã, immolauit ei vndecim iuuẽcas. Luce prima quũ sacrificaret Herculi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hostiis viginti non litauit. Tandem prima & vigesima læta exta fuerunt, victoriámque defendentibus se, non lacessentibus hostem, spopondere. Igitur centum bobus & ludis deo votis, imperat legatis vt instruant aciem. Ipse tantisper moratus dum sol vergeret in occasum circumactus, ne lumen solis, quod erat suis ex aduerso, matutino tempore oculos eorum perstringeret: sedénsque in tabernaculo suo, quod campos & hostium castra spectabat, terebat tempus.

482 Inclinato in vesperum die ab ipso Paulo quidam autores sunt, quo hostes pugnam primi lacesserent, strue-

B ente equum fuisse detracto fræno expulsum, & nonnullos Romanos ad eum retrahendum emissos, atque hinc, dum hi persequuntur equum, contractum certamen. Alii Thracas quibus præerat Alexander, in apportantia pabulum Romanorum iumenta impetum dedisse, aduersus hos septingentos Ligures acriter excurrisse, atque quum plures vtrisque subsidio venirent, ita commissum prælium. Cōsul ex præsenti fluctu & motu exercituum, vt gubernator molem prospiciens instátis conflictus, prodiit ex tentorio, legio-

C nésque adiit & adhortatus est. Nasica autem qui proiectus erat ad excursiones, totum hostium exercitum cernit pugnam capessentem. Primam aciem tenebant Thraces, quorum dicit maximè terribilem aspectum fuisse, viri corporibus eminentibus. His erant candicantia & resplendentia scuta ocreisque tecti & saga induti nigra, directas frameas ferro graues à dextris humeris intentabant. Iuxta Thracas intercalati erant mercenarii milites: quorum erat varia armatura, erántque his mixti Pæones. Hos tertia acies se-

D quebatur, delecti Macedones virtute & flore iuuentutis præcipuo, auratis armis & nouis amiculis micantes puniceis. Ponè quos instructos phalanges chalcaspidum emicantes ex castris splendore ferri & æris fulgore campum clamore strepitúque cohortantium montes compleuere. Tanta autem ferocitate & pernicitate sese intulerunt vt qui occubuerunt primi, duobus stadiis ceciderint ab Romanis castris. Quum infestæ incurrissent legiones Macedonum, aderat con-

sul, eósque offendit extremas hastas in scuta Roma- A
norum adigentes, quos contingere Romani cominus 483
non poterant gladiis. Vbi iam reliquos quoque Macedonas detractis ex humero parmis, atque hastis vno signo inclinatis legionarios excipiētes, róbúrque vidit confertæ aciei & asperitatem frontis hastis horrentis, stupore & terrore correptus est: quòd spectaculum nunquam esset contemplatus horribilius, ac postmodum illius metus sui & speciei meminit subinde. At in præsentia aciem celso & læto ore obequitauit sine galea & lorica. At rex Macedonum (vt Polybius tradit) B commisso prælio, in oppidū Pydnam se magna ignauia subduxit per causam sacrificii Herculi faciēdi, trepida à trepidis non recipiēti: sacra, nec vota admittenti nefanda. Neq; enim fas est vt qui nō iaculatur, destinatum feriat, neq; qui locū non tenuit, is ferat palmā: neque vt habeat socors successū, neq; vt sit malus beatus. Sed Pauli precibus volens propitiúsque annuit deus, quippe petebat victoriā belli & palmā hastam tenens, pugnānsque opē implorabat dei. Verùm Posidonius C quidam, qui æqualem temporū illorum esse se & illis gestis refert interfuisse, in libris Historiarum quos de Perseo scripsit complures, timiditate negat vel sacrificium causatum discessisse, sed pridie quàm pugnaretur crus eius ab equo fuisse calce percussum. In prælio, quanuis haberet incómodè & vetarent amici, equum viatoriū imperasse admoueri sibi, atq; ita vectum phalangi se immiscuisse inermem. Quum autē magna vis hinc inde volitaret missiliū, paltum ferreū in eum decidisse, nec cuspide attigisse tamen, sed obliquū prælapsum dextro latere esse, ac libramento tunicam eius D discidisse carnémq; perstrinxisse cæca vibice, cuius diu vestigium manserit. Hinc pro Perseo adfert Posido- 484
nius defensionem. Porro Romani quū hastis occurrentes non valerent phalangem impellere, Salius qui Pelignos ducebat, signum cohortis suæ raptum torsit in hostes: quò quum Peligni (nefas est enim & piaculum Italis signum suum deserere) inferrent se, atrox vltrò citróque ex eo conflictu illata & accepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

A clades est. Siquidem hastas hi gladiis elidere & repellere scutis enitebantur, atque ipsis manibus prensantes eas traiicere. Illi infestas hastas ambabus tenentes manibus, & in quos incidebant, hos cum ipsis armis transuerberãtes, quia nec scutum nec lorica resistere violentiæ valebat hastæ, in caput corpora statuebãt Pelignorum & Marrucinorum, qui temerè & furore beluino in vulnera & apertum ruebant discrimẽ. Ita con trucidatis antesignanis, impulsi sunt qui proximè stabant, subsidiani. Nondum quidem fugam capiebant,
B referebant pedem tamen ad montem, quem Oloerum vocant. Quod cernens consul (vt est autor Posidonius) concidit paludamẽtum suum, quòd partim proni in fugam essent, partim cæteri Romani nusquam patentem declinarent phalangem, sed quòd hastarum strue instar valli ingrueret vndequaque, intolerabilem. Quia verò loco inæquali non seruabat ob longitudinem suam acies confertam testudinem, aduertitque Paulus multis locis interruptam Macedonum phalangem esse, ac multa aperuisse interualla, vt fieri
C in magnis exercitibus solet, variis pugnãtium impressionibus hinc impulsam hinc instantem, propere ad-
485 uolãs dissolutis ordinibus imperat, quà data interualla essent & hiabat hostium acies, vt insinuarent se & pugnarent, non vno loco cum cunctis, verùm cæteruatim multa prælia & confusa sererẽt. Ea vbi Paulus duces, duces docuerunt milites, vt primùm subierunt & penetrauerunt ordines illorũ, hinc in nuda latera Macedonum incurrentes, illinc à tergo eos circunuenientes, vis & opus commune diuulsa phalange est dissolutum. Quum verò pede collato vir cum viro, &
D manipulatim pugnarent, minutis ensibus Macedones firma fodientes & prælõga scuta, leuibus autem parmis non satis illorum gladios, qui pondere atque ictus impetu per omnia tegumẽta penetrabant ad corpora, sustinentes auertuntur. Hoc loco acriter dimicatum est. Vbi Marcus Catonis filius, consulis gener, dum fortissimè pugnat, amittit gladium, qui, vt adolescens plurimis imbutus præceptis, & ingenti patri ingentis

virtutis specimina debens, vitam sibi acerbam putauit A
si spolia sua viuentis permitteret hostibus. Itaque inserit se in ordines pugnantium, ac sicubi amicum aut familiarem cernit, exponit casum suum, opémque petit. Qui multi fortésque cursu vnóque ardore via per alios facta incurrunt illo duce in hostes, atque his magno certamine multáque cæde & vulneribus impulsis, locum desertũ & nudum occupant, & ad vestigandum sese conferunt gladium. Quem vt tandem in magno armorum & cadauerum aceruo repererunt abditum, exultabũdi quantésque longè validius ordinibus
hostium, vbi adhuc integri sint, incumbunt. Postre- B
mò tria millia delectorum qui in acie perstabãt & dimicabant, occidione sunt trucidati, cæterorum in fugam effusorum ingens data strages. Campus & colles cadaueribus oppleti, Leuci fluuii, quem transierunt
486 postridie quàm pugnatum esset Romani, vndæ sangui ne eiamnũ infectæ fuerunt. nam super viginti quinque millia dicuntur cecidisse. Ex Romanis desiderati, vt tradit Posidonius, cẽtum, vt Nasica, octoginta. Hæc vsqueadeo cruenta pugna breuissimè decreuit, nona C
hora quum affectassent prælium, ante decimam profligauerunt hostem. Quod supererat diei in cõsectandis hostibus consumpto, quum ad quindecim millia passuum insequuti eos essent, iam nocte receperunt se. Ac cæteros serui occurrentes ad faces cum gaudio & plausu in tentoria luminibus fulgentia, hederáque exornata & lauro reduxerunt. At ipsum imperatorem ingens solicitabat luctus. nam ex duobus eius filiis qui militabant sub ipso, nusquam apparebat minor, quem
præcipuè habebat charum, & inter fratres animad- D
uertebat indole ad virtutem esse præcellentissima, animosum autem & gloriæ auidum, quanuis admodum adolescentem, omnino putabat periisse rudem adhuc, permixtum in pugna cum hostibus. Exanimationem & mœrorẽ eius totus sensit exercitus, atque inter cœnandũ exilierunt ac cum facibus discurrerunt, multi ad prætorium, multi pro vallo, vt inter eos qui primi ceciderant, inuestigarent adolescentem. Mœstitia ca-

A stra, vociferatio cãpos tenebat Scipionem inclamantium: mox enim à prima ætate omnibus virtutibus ad imperandum & rempublicam gerendam instructus fuit à natura vt nullus alius æqualium & temperatus. Serius tandem iam propè deploratus ab infequendo cum duobus aut tribus sodalibus rediit recenti hostium cruore oppletus, sicut generosus catulus præ voluptate nimium victoria ablatus. Hic ille est Scipio qui postmodum Carthaginem & Numantiam excidit, ac qui suæ memoriæ Romanorum longè virtute primus plurimùm habuit autoritatis. Cæterùm huius
B decoris consuli fortuna, in aliud tempus reiiciens inuidiam, tunc solidum gaudium dedit victoriæ. At Perseus à Pydna Pellam profugit. Equitatus eius penè integer euasit ex pugna: pedites verò quum assequuti equites essent, eósque tanquam imbelles & proditores
487 insectantes ex equis deturbarent, ac vulnera iis instigarent, metu Perseus tumultus, equum via deflexit, & ne nosceretur, detractam chlamydem præ se posuit, tenuitque manibus diadema. Iam quo cũ amicis in itinere colloqueretur, ad pedes digressus, traxit equum
C manu. Illorum alius calceum simulans solutum adstringere, alius adaquare equum, alius sitire, à tergo relicti & paulatim dilapsi sunt, quòd non tam hostes quàm illius formidarent sæuitiã: quippe miseriis perculsus, in omnes querebat à se causam auertere cladis. Postquam Pellam nocte ingressus, Euctum & Eudæum ærario præfectos, qui ei præstò fuerunt, partim eũ de superioribus peccatis increpantes, & intempestiua libertate admonentes, consiliáque suggerentes, infensus ambos pugione confodit. Nemo hæsit apud eum extra Cretensem Euandrum, Archidamum Ætolum,
D & Neonem Bœotium. Ex militibus sequuti eum sunt Cretenses, non quòd diligerẽt eum, sed quòd thesauro eius, velut fauo, affixi essent. Magnum enim thesaurum trahebat secum, deprompsitque ex eo scyphos & crateras, aliáque aurea & argentea vasa Cretensibus diripienda ad quinquaginta talentorum pretium. Quum verò Amphipolim primùm peruenisset, inde

Alepsum, remisso paulatim timore, in natiuum & vetu- A
stissimum relapsus morbum, sordes, lamentatus apud 488
amicos est ex Magni Alexandri aureis vasis quædam se Cretensibus imprudentem obiecisse, precatúsque supplex & lacrymabundus illos qui hæc haberent ea vt sibi permutarent pecunia. Ac qui hominem probè nossent, hos non fefellit cretizare cum Cretensibus, qui verò fidem ei habuerunt atque rẽddiderunt, elusi sunt. Neque enim soluit his argentum, sed quæstu triginta talentorum ab amicis facto, quæ breui pòst capturi hostes erant, cum his nauigauit Samothracam, atque ad templum Castoris & Pollucis supplex B
confugit. At Macedones, qui semper regum suorum habiti fuerant amantes, tunc sicut cum fulcimento rupto omnibus vnà corruentibus, permittentes sese Paulo duobus diebus totius Macedoniæ compotem eum fecere. Quod adstipulari videtur illis qui secundæ fortunæ assignant eas res gestas Pauli. Insuper faustum fuit quod accidit sacrificio Amphipoli. Sacrificante consule & sacra auspicato, fulmen in aram delapsum combussit vnáque perpetrauit sacrificium. Omnem verò excedit fauorem deorum & fortunam famæ miraculum. Quarto die quàm superatus ad C
Pydnam est Perseus, quum Romæ ludos circenses populus spectaret, murmur repentè primum partem theatri peruasit, Paulum ingenti prælio Persea superasse, totámque Macedoniam in ditionem redigere, mox quum apud vulgus increbuisset hic rumor, mixta cum plausu clamoréque lætitia, quæ totum illum diem occuparet vrbem, exorta est. Inde vt nullum certum habuit fama autorem & apud omnes iuxtà vaga fuit, euanuit in præsens & dissipata est. Qua D
paucis diebus pòst certò allata, miraculi loco fuit præcurrens nuntius, qui in falso complexus verum fuerat. Ferunt etiam prælii ad Sagram amnem ab Italis commissi eodem die famam in Peloponesum delatam, 489
& Platæas illius apud Mycalen contra Medos. Victoriam de Tarquiniis, qui, sociis Latinis, arma mouerãt, duo viri eximia & eminenti specie visi sunt, qui breui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pòst recentes à castris nuntiarunt. Hos Tyndaridas fratres coniecerunt fuisse. Qui primus eos appellauit pro fonte in foro reficientes equos, qui multo sudore manabant, mirabatur victoriæ nuntium. Mox ferunt eos arridẽtes attrectasse manibus illius barbam, quam confestim in rufam ex nigra versam, fidem nuntio ac viro Aenobarbæ dedisse cognomen. Hisce omnibus quod ætate nostra factum est adstruit fidem. Quum ab Domitiano Antonius defciuisset, atque ingens bellum in expectatione esset à Germania, vrbe cõsternata repentè & sine autore populus ex sese famam distulit victoriæ, ac sermo Romam peruagatus est interfectum esse Antonium, exercitúsque eius strati nullam partem superesse. Fuit autem tam certa fides & flagrãs, vt magna pars magistratuum sacrificaret. Quum verò autor rumoris quæreretur, nec extaret vllus, sed ab alio ad alium reiectus refugeret sermo, & demersum denique in multitudinem immensam velut in vastum pelagus ex nulla certa processisse origine apparuit, hæc quidem fama properè effluxit vrbe. Cæterum educenti legiones ad bellum Domitiano, nuntius & literæ iam in itinere victoriam significantes occurrere. Huius trophæi & famæ vnus fuit dies, locis plus duo millia quingenta milliaria distãtibus. Id neminem nostro ævo fugit. Porrò Cn. Octauius, qui vnà cum Paulo bellum administrabat, classe Samothracâ appulsa, Persen religione deorum reliquit inuiolatum, mari tamen
490 & effugio præclusit. At Perseus clàm Oroandem quẽdam Cretensem qui lembũ habebat induxit vt se cum pecunia sustolleret. Ille arte Cretica vsus, recepit pecuniam, illum quum nocte venire ad portum Demetrium cum liberis & seruitiis necessariis iussisset, statim primis tenebris soluit. Miserabilis Perseus erat, qui ex angusta fenestra per murum se puerósque & coniugem demisit, laborum & erroris rudes. Altissimum etiam suspirium misit, vbi quidam qui in aleo vela faciẽtem conspicatus fuerat Oroandem, id in littore vaganti renuntiauit. nam lux appetebat. Ita omni spe destitutus, confugit ad murum, non iam tectus, ve-

rùm præuenit tamen cum vxore Romanos. Liberos A ipse tradidit in manus Ioni, qui pridẽ fuerat ei in delictis, tum verò proditor eius, in causa potissimùm fuit cur iste homo compelleretur, vt fera captis natis, in manus venire & permittere corpus iis qui illos tenebãt. Maximam fidem habebat Nasicæ, quem accersebat: quum is non adesset, quæstus suam fortunam respiciénsque necessitatẽ, dedidit se Octauio. Tum enimuero prodidit potissimùm vitio se laborare fœdiore quàm auaritia, vitæ cupiditate, qua id quod fortuna vnum afflictis non adimit, spoliauit seipse miseratione. Siquidem quum duci petisset ad consulem, cõsurgens consul vt magno viro deorum ira & asperitate fortunæ prolapso, cum amicis ad lacrymas effusus, processit obuiam. At ille turpissimum spectaculũ prębuit, se se ad pedes Pauli summittens, & genua eius appetens, voces degeneres & preces emisit, quas non tulit neque auribus admisit Paulus, sed intuitus eum vultu tristi & offenso, Quid miser, inquit, maximo crimi- 491
ne liberas fortunam, qui hæc admittis, qua re non immeritò oppressus videare calamitate, neque hac sed C pristina indignus fortuna fuisse? Quid verò non præbendo te generosum nec dignũ populo Romano aduersarium, victoriam maculas meam & palmam cleuas? Virtus magnam conciliat vel apud hostes reuerẽtiam afflictis: ignauia apud Romanos est etiam faustis rebus prorsus cõtempta. Sustulit tamen eum, dextrámque porrexit, & curam eius mandauit Tuberoni. Hinc filios, generos, & ex primoribus præcipuè iuuenes in prætorium introduxit. Diu ibi tacitus cum omnium admiratione consedit. Hinc de fortuna exor- D sus & de rebus humanis differere, Decẽtne, inquit, secundo fortunæ cursu, homo quum sis, exultare & attollere animos, vbi gentem vel vrbem vel regnum debellaueris? an potius hanc sortis vicissitudinem animo subiicere, quæ exemplum bellum gerenti communis imbecillitatis ob oculos ponẽs, nihil vt stabile & constans docet esse reputandum. Quod est enim mortalibus fiduciæ tempus, quũ quo tempore superaueris a-

A lios, tum maximè expauescere fortunam compellaris, & lætitia elato tantam acerbitatem circulátis & propositi alias aliis fati incutiat cõsideratio? An verò quũ Alexandri, qui ad summam potentiam euectus fuit, maximúmque obtinuit imperium, vnius momẽto horæ concidentem successionem ante oculos ponatis, simúlque quum tot modò legionibus peditum & tot millibus equitum succinctos reges videatis quotidiana cibaria & potum ex hostilibus manibus accipere, censetis res humanas vlla fultas firmitate in futurum durante fortunæ? Non abiecta vos iuuenes inani illa
B ferocitate atque iactantia victoriæ summissi reprimetis vos, ad consequentia semper respicientes, in quem
492 cuique exitum sors præsentis inuidiam prosperitatis vertet? Multa in hanc sententiã ferunt concionatum Paulum iuuenes dimisisse, probè, tanquam frenũ, oratione illa iactationem & procacitatem incidente eruditos. Inde quum exercitum in hyberna deduxisset, conuertit se ad visendam Græciam, arque ad oblectationem honorificam simul atque humanã. Adit enim populos, cósque refocillauit, instituta dedit, ac dona contulit, aliis frumentum ex horreis regiis, oleum a-
C liis. Tantam enim eorum quæ recondita fuerant vim memorant inuentam, vt prius qui acciperent & desiderarẽt deessent, quàm numerus exhauiretur eorum quæ fuerunt reperta. Delphis columnam ingentẽ quũ videret quadratam albo concinnatam marmore, quæ destinata Persei statuæ aureæ erat, ei imperauit imponi suã: victos enim victoribus decedere loco par esse. Olympiæ vulgatum illud fertur dixisse, Phidiam Homeri Iouem effinxisse. Postquam decem legati Roma aduenerunt, Macedonas liberos esse iussit colentes vr-
D bes suas agrósque, vtentes legibus suis, centum talenta tributi populo Romano ferrent, quum plus altero tanto pependissent regibus. Spectacula inde variorum ludorum & victimas diis exhibuit, epulas conuiuiáque præbuit: in quæ sumptum quidem largè suppeditabat commeatus regius. Ordinem verò, digestiones, locos, exceptiones, & quantum cuiusque dignitati deferre

honoris & comitatis deberet, ita exactè atque accurate A
tè ostendit se callere, vt superent Græci, quòd ne quę
pet ludum quidem agebat, tractaret solutè, sed vir rebus tantis districtus, hisce quoque minutiis decorem adhiberet. Atqui oblectabant hæc quoque cum quòd in tanto apparatu & splendore suauissimum esset ipse oblectamentum & spectaculum conuiuis. Ac defixis
industriæ suæ admiratione, eiusdem mentis dixit esse
aciem ordinare rectè & conuiuium, hoc, vt quamgra- 493
tissimum inuitatis, illam, vt quam horrendissima hostibus esset. Nec minus quàm reliquas virtutes liberalitatem eius & animi magnitudinem prædicabant ho- B
mines, quòd vim ingentem auri, ingentem argenti ex regiis coactam thesauris ne adspicere quidẽ sustinuerit, sed quæstoribus, vt in ærarium deferrent, permiserit. Libros regios tantùm studiosis literarum concessit filiis. In donis dandis ob egregiam operam in pugna nauatam Ælio Tuberoni genero phialam donauit quinque põdo. Tubero hic est, quem sextumdecimũ demonstrauimus cum propinquis habitauisse, quum
ex paruo ruscu lo se tuerentur omnes. Illud autem ar- C
gentum in domum Æliorum aiunt primum immigrasse à virtute & honore illatum: antea neque ipsos neque vxores eorum aurum vel argentum affectasse. Vbi iam ritè cuncta dispensauit, salutatis Græcis, & admonitis Macedonibus vt datę ab Romanis libertatis memores, eam disciplina legum atque concordia tuerentur, mouit in Epirum. Senatusconsulto mandatum ei erat vt militib', quorum opera in pugna vsus fuerat aduersus Persea, prædam illius regionis oppidorum
concederet. Ergo, vt omnibus simul præter expecta- D
tionem ingrueret, euocauit ex singulis oppidis denos principes, quibus denuntiauit, vt quod auri & argenti in priuato & sacris ædibus esset stata die proferrent in publicum. Adiunxit singulis prætextu quærẽdi & accipiendi auri, velut ad hoc ipsum, præsidium militum & centurionem. Instante die vno simul atque eodem momento discurrerunt ad diripiendos hostes. Ita vna hora centum quinquaginta millia capitum huma

Universidad de Deusto
Biblioteca

A norum in seruitutẽ abrepta, LXX oppida direpta fuẽ-
494 re. Ex tanta clade atque exitio singulis militibus non plus vndeni denarii dati. Omnes autem mortales exhorruerunt belli exitum, in adeo exiguum singulorum emolumentum & compendiũ tota vna discerpta gente. Hoc Paulus edito maximè præter ingenium benignum suum & placidũ, extemplo Oricũ descẽdit: inde legiones deportauit in Italiam, atq; regia naue, quam sexdecim versus remorũ agebãt, Macedonicis ornata
B spoliis, puniceisq; & purpureis textilibus, aduerso Tyberi amne est subuectus, completis ripis obuiam lentò nauis cursui effusa ciuium frequentia, vt quodammodo triumphalem pompam prælibaret populus Romanus. At milites, qui regiis opibus oculos cupiditatis adiecerant, vbi spei non respondêrunt præmia, clàm exarserunt inde & infensi fuerunt Paulo, propalàm autem conquerentes, durum eum fuisse sibi & imperiosum ducem, erant negligenter adfaturi ad procurandum ei triumphum. Quod odoratus Sergius Galba, Pauli inimicus, qui tribunus militũ sub eo fuerat, non dubitauit suadere non esse ei decernendum triumphũ.
C Hic quum militari turbæ multa suggessisset in imperatorem probra, & iam cœceptam eorum iram magis etiã stimulauisset, postulauit à tribunis plebis, vt, quoniam hora esset iam octaua diei, neque id satis temporis foret accusationi, in posterum diem diffunderet. Quum tribuni dicere eum siquid vellet iuberent, prolixam exorsus & variarum columniarum plenam orationem, diem dicendo exemit, ac tribuni iam tenebris dimiserunt concionem. Milites verò concurrerunt ad
495 Galbam ferociores redditi, ac coitione inter se facta,
D Capitolium diluculo insederunt. eò enim concionem indixerant tribuni. Postquam diluxit, misso in suffragia populo, prærogatiua tribus triumphum antiquauit. Qua re ad alios delata, atque à senatu intellecta, plebs ob Pauli ignominiam ingenti percita dolore irritos edebat clamores, principésque senatus, indignum facinus esse vociferantes, concitabant sese mutuò vt reprimerent licentiam & audaciam militarem quæ, nisi

nisi iretur obuiam, ne Paulum Æmilium triumphali A
laurea dispoliarent, in omnem eruptura improbitatem & vim essent: ac summota turba in Capitoliũ frequentes scanderunt. Ibi postulauerunt à tribunis ne perferri permitterent suffragia, dum ad populum quæ visa essent dixissent. Omnibus suffragia sustinentibus, factóque silentio, conscendens suggestum vir consularis, qui tres & viginti hostes ex prouocatione interemerat, M. Seruilius, Quantus imperator, inquit, Paulus Æmilius fuerit nunc maximè cognosco, quum videam qui adeo seditiosos & improbos milites in castris B
haberet, quàm præclaras & magnas res gesserit. Vos miror, Quirites, si triumphis de Illyriis & Afris gloriantes, vobis inuidetis regem Macedonũ viuum Alexandrique & Philippi gloriam contemplari armis Romanis ductã captiuam. Anne absurdum est vos qui, quũ leuis de victoria fama infusa ciuitati fuisset, victimas cecidistis votáque nuncupastis, vt breui liceret huiusce rumoris capere oculis spectaculum: nunc postquam imperator veram adduxit palmã, fraudare deos immortales suo honore, & vosipsos lætitia, quasi verè C
animi magnitudinem rerum præclarè gestarum haurire oculis, aut regi pareatis? Et quidem satius esset illius miseratione quàm inuidia imperatoris abrogari triumphum. Atqui eò perrupit per vos liuor licentiæ, vt de imperio & triumpho verba facere homo integro, molli nitentéque corpore, atque in vmbra educato, au-496
deat apud vos, qui tam multis vulneribus de virtute & nequitia imperatorum iudicium facere didicistis. Simul se nudauit, ostenditque infinitas cicatrices aduerso corpore acceptas. Inde cõuersus, adaperuit quædã quæ D
ad populũ velãda erant, atque ad Galbam respiciens, Tu quidẽ hæc, inquit, derides, ego verò apud ciues gloriosior iis quæ pro his in equo dies noctésq; persedẽdo accepi. Sed age, voca hos ad suffragiũ, ego omnes assectabor, notabóque improbos & ingratos, eósq; qui sibi in bello obsequutũ magis quàm imperatũ volũt. Adeo perhibẽt hac oratione repressam & immutatam militarẽ turbã vt omnes trib' scisceret Paulo triumphum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Triumphatum ad hunc modum aiunt. Populus in circis & foro tabulata fixerat, aliisque vrbis partibus vbi conspici poterat pompa. Spectauerunt candidis amicti lacernis. Omnes ædes sacræ apertæ erant, coronarúmque & suffituum plenæ. Multi apparitores & viatores incompositè confluentes & discurrentes summouebant de medio, vias patentes & vacuas præstabant. Triduum triumphauit. Primo die signa capta, tabulæ pictæ, & colossi ducentis quinquaginta vehiculis translata, vixque hic dies ei spectaculo satis fuit. B Secundo die fabrefacta & pulcherrima spolia Macedonica multis plaustris transuecta, ære ferróque modò extorto fulgentia. Quæ quum perquam artificioso
497 concinnóque essent ordine constructa, temere & fortuitò videbantur congesta, galeæ impositæ clypeis, loricæ ocreis, pàrmæ Creticæ, Thraciæ tragulæ, & pharetræ equestribus confusæ frænis, strictique gladii ex medio horum eminentes, atque interiectæ sarissæ. Habebant hæc arma conueniens laxamentum, vt mutuo C crepitu in transferendo stridorem ederent asperum & terribilem, ac ne spolia deuictorũ quidem adspici citra horrorem valerent. Plaustra quibus arma portabantur viri ter mille sequuti. Hi nummos argenteos septingentis quinquaginta vasis pondo centenûm octogenûm tulerunt, singula quaterni portarunt. Alii crateras argenteos, cornua, phialas, poculáque, vnumquodque eleganter ad spectaculum compositum, rarà magnitudine & crassitudine cælaturæ. Tertio die D summo mane præcesserunt tubicines: modos canebant non quales solent in supplicationibus & pompis, sed quibus classicum canunt quum militem acuunt ad prælium Romani. Secundum hæc victimas, boues domesticos auratis cornibus cẽtum viginti victis sertisque redimitos, adolescentes duxerunt splendidis cinctis compti, quos pueri comitabantur aureas & argenteas pateras ferentes. Post eos aurum signatum portauerunt in vasa centenûm octogenûm pondo distributum similiter vt argentum. Vasa fuerunt L X X X tribus minus. Hos sequuti qui sacram phi-

alam gestabant, quam Paulus sexcentorum pondo auri distinxerat gemmis. Hinc, qui Antigonidas, Seleucidas, Thericleos, vasáque aurea, quibus vti in conuiuiis Perseus solebat, ostẽtauerunt, quibus currus Persei successit, cui imposita erant arma eius, & armis diadema. Mox paruo interuallo ducti liberi regis captiui, quos nutritiorum, præceptorum & pædagogorum grex lacrymabundorum comitatus. Hi manus ad spectatores tendebant, pueríque suggerebant vt 498 orarent & supplicarent populo. Duo filii erant, filia vna, magnitudinem calamitatis suæ per ætatem non capientes: quo miserabilior ex vicissitudine fortunæ B simplicitas eorum erat, vt penè Perseus spectantium oculos præterierit. Ita miseratio in infantes Romanorum defixerat aciem, ac multæ effusæ lacrymæ sunt: omnibúsque mixtum acerbitate & oblectamento fuit spectaculum: quousq; prætergressi sunt pueri. Eos eorúmq; famulitium proximè excepit Perseus pullatus, patriis indutus crepidis, præ miseriarum mole ad omnia stupentis & attoniti mẽte similis. Ponè hos amicorum & necessariorum regis caterua, quorum erat luctu oppressus vultus. Quia verò perpetuò defixam C in Persea aciem habebant, lacrymabantúrque, opinionem imprimebãt spectãtibus, illius se lamentari fortunam de sua sorte minimè laborare. Et quidem miserat ad Paulum deprecatum ne in triumpho duceretur. Qui mollitiem hominis & ignauiam haud dubiè irridens, In tua id quidem (inquit) & pridem fuit, & nunc manu atq; voluntate est positum, significans præueniendum illud dedecus fuisse morte, quam declinans miser & spe nescio qua emollitus, suorũ pars manubiorum est factus. Sub his coronæ aureæ quadringentæ D numero transl ũtæ dona ciuitatum Paulo cum legationibus victoriæ causã missæ. Inde ipse curru magnificè exornato vrbem inuectus est, vir vel sine tanta imperii pompa spectatu dignus, toga picta amictus, & lauri ramum dextra protendens. Laureatus etiam vniuersus exercitus centuriatim & manipulatim ducis currũ pro sequutus est, partim carmina, vt in triũphis solet, iocis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mixta, partim cantilenas victoriales rerúmq; gestarum laudes canebãt in Paulum, quẽ suspiciebant omnes, & beatum ducebant, nulli inuisũ bono: nisi sanè quis deus hoc habet muneris, vt de insigni & immodica detrahat felicitate, sortémque misceat humanam, ne à malis liquida sit & sincera, sed præclarissimè (vt est apud Homerum) agi videatur cum iis quorum habent fortunæ in vtráque partem conuersionem. Quatuor Paulo filii erant, duo in alias familias per adoptionem (vt suprà est dictum) dati, Scipio & Fabius, duo etiamnum
B pueri quos in familia sua retinuerat, ex altera susceptis vxore. Horum alter quatuordecim annos natus, diebus quinque ante triumphum eius, alter duodecim annorum triduo decessit post triumphum. Neque erat quisquam vllus ex populo Romano, ad quem non peruenerit huius sensus doloris. Omnes sæuitiam horruerunt fortunæ, quæ tãtum luctum non sit verita in domum felicitate, gaudio festo refertam inuehere, lamentationibúsque & fletibus cantilenas confundere victoriales ac triumphos. At verò Paulus rectè reputãs fortitudine & animo hominibus, non contra arma & hastas tãtùm, verùm contra omnes æquè fluctus fortunæ
C opus esse, ita cõcinnè moderatus est temperauitq; res præsentes, vt bonis mala, & domestica publicis obruta, magnitudinem ne deprimeret neque maiestatem commacularent victoriæ suæ. Nanque simulatque extulit priorem filium, vti diximus, triũphauit: ac quum alterius funus triumphum excepisset, concilio populi aduocato, orationem habuit conuenientem viro non qui consolatione egeret, sed qui consolaretur ciues
D infortunium dolentes suũ. Quum ab hominibus, in-
500 quit, nihil vnquam timuerim, ex rebus diuinis metuere vt infidissimam & instabilissimã semper fortunam nunquam destiti, præcipuè quòd hoc bello illa fuisset rebus gerendis, sicut secunda aura, præstò, inclinationem aliquam & procellã expectãs. Vno die à Brundusio mari Ionio transmisso tenui Corciram, inde die quinto sacrificaui Delphis. Alteris quinque exercitum in Macedonia accepi. Mox lustrato de more exercitu,

res gerere aggressus, diebus aliis quindecim pulcherri A
mum rebus imposui finem. Ob hunc secundum rerum cursum fortunam habens suspectam, quia eram securus iam & solutus periculo hostili, per pelagus sortis in transportando ex felicitate tanta victore exercitu, præda, & regibus captiuis, timui vices. Postquam verò peruenì ad vos saluus, & ciuitatem vidi gaudio, gratulatione, festis agitandis confertam, quãdoquidem nihil fortuna magnis in rebus largitur syncerum mortalibus & illibatum, suspectabam etiamnum eam. Nec ante hunc timorem parturiens animus & B
futurum solicitudine vrbis circunspectans deposuit, quàm in tantum familiare incurri naufragium, optimorúmque filiorum, quos mihi reliqueram solos hæredes, continua funera festis diebus duxi. Nunc igitur defunctus summis periculis sum, confidóque & arbitror innoxiam vobis fortunam atque stabilem permansuram. Abundè enim ad satisfaciẽdum sux ob res lætas inuidiæ, me meisque est abusa calamitatibus, neque habet obscurius humanæ imbecillitatis exẽplum C
triumphantem, quàm eum de quo triumphatum est: nisi quòd Perseus liberos habet etiam victus, qui eum vicit Paulus suos amisit. Adeo generosam & magnificam orationem Paulus ex animo non composito, sed 501
vero dicitur ad populum habuisse. Perseì verò miseratus conditionem, quum maximè studeret opitulari ei, nihil habuit, nisi vt pro carcere, in libera & humana custodia teneretur. In qua dum asseruatur, sibi ipse (vt plerique tradiderũt) inedia consciuit mortem. Aliqui rarum fati eius produnt & inauditum modum: Indignantes aliquam ob causam, & infensos qui eum as- D
serebant milites, quum fatigare & lædere cum re nulla alia valerent, somno eum prohibuisse, quos enixè soporem interpellantes, omni ope cum in perpetuis vigiliis continuisse, dum ita fatiscens expirauerit. Defuncti etiam duo filii eius sunt, tertium Alexandrum egregium artificem in tornando & exlando arguto opere referunt fuisse, inde, Romanis literis & sermone perceptis, scribæ operam præbuisse magistratibus, quo in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A munere habilem & scitum repertum. Rebus gestis Pauli Macedonicis beneficium populo longè gratissimum attexunt, tantum pecuniæ eum in ærarium intulisse, vt deinceps censum pendere desierint vsque ad Hirtij & Pansæ cõsulatum, qui consules primo Antonij & Cæsaris bello fuere. Iam hoc habuit præcipuum atque eximium Paulus, vt quum à populo diligeretur & coleretur mirificè, in secta consisteret tamen nobilitatis, neque vllo vel dicto vel facto blãdiretur populo, verùm in repub. gerenda aggregaret se ad principes
B & optimates, quod insequutis tẽporibus Scipioni Africano improperauit Appius. Erant hi ea tempestate primi in ciuitate, & censurã petebant. Stipabant hunc senatus & optimates: (id erat enim institutum Appij) suitum, factionem nobilitatis vt tuerentur) ille, cum
502 per se magnus existebat, tum magno populi fruebatur fauore & studio: quem, quũ in forum progrederetur, cernẽs Appius hominibus septũ sordidis & libertinis, forensibus autem & factiosis, ambitúque & clamore per omnia perrumpendi artificibus, elata voce, Ingemisce, inquit, Paule Æmili, si sentis apud inferos quòd
C filium tuũ Æmilius præco & Licinius Philonicúsque deducãt censoriũ candidatum. Cæterùm Scipio ex beneficiis continuis in populũ suis, est beneuolentia eius vsus: Paulus verò, quanquã in principũ factione foret, plebi nihilo tamẽ minus erat charus quàm qui maximè popularis & assentator multitudinis habebatur. Id declarauerunt quũ inter alios honores contulerunt in eum cẽsuræ dignitatem, qui magistratus omnium sanctissimus, magnæq; est cum in aliis, tũ in regendis moribus autoritatis. Ius censoribus est turpiter viuentem senatu mouẽdi & allegendi probatissimũ, luxuriosum
D iuuenem equo adẽpto notãdi. hi censum quoque populi agũt & lustrũ condunt. Censa per eũ sunt ciuium capita trecenta trigintaseptem millia CCCCXXII. Principem senatus M. Æmiliũ Lepidum, qui quartùm iam eam dignitatem erat adeptus, dixit: ex minus insignibus tres senatu mouit, pariq; moderatione tum hic tum collegæ eius Marcius Philippus in recognoscendis equitibus vsi sunt. Vbi in hoc magistratu plu- A
rima, & quæ maximi momenti erant, composuit, incidit in morbum initio ancipitem, sed tractu temporis innocuum, difficilem tamẽ & pertinacem. Postquam de consilio medicorum nauigauit Elcam oppidum Italiæ, atque illic in prædiis maritimis multũmque tranquillis longo spatio egit, requisiuit eum populus Romanus, vocésque in theatris crebras emisit velut gestiens & auens eius conspectum. Quum autem instaret sacrificium quod erat ei necessariò obeundum, 503
B & iam corpus suum arbitraretur satis firmum esse, regressus est Romam, atque illa sacra cum aliis sacerdotibus, circumfuso & clarissimè gratulante populo, peregit. Postridie iterum diis pro incolumitate sua sacrificauit. Rei diuinæ, vt modò dictũ est, operatus, domúmque reuersus decubuit, & priusquam sentiret aut perciperet valetudinis imbecillitatem, mente & ratione motus, tertio die obiit, quum nullius rei, quæ ad vitam beatam existimatur pertinere, exors aut expers fuisset. Etenim pompa funebris eximia fuit & C
suspicienda, decorauitq; virtutem eius præstantissimis & felicissimis exequiis. Erant hæ non aurum, non ebur, non reliquus splendor & nitor apparatus, sed beneuolentia, sed honor, sed studium non ciuium modò, verùm & hostium. Siquidem quotquot aderant fortè Hispani, Ligures, Macedones, qui validi corpore essent & iuuenes, funebrem lectum subierunt ac deportauerunt: maiores natu prosequuti sunt seruatorem & patriæ parentem Paulum appellantes. Neque enim solùm quo tempore victor fuit omnibus se præ D
buit clementẽ benignúmq;, sed & per vitã totam reliquam non destitit de iis bene mereri, & præstare eis, vt si familiares essent & propinqui, patrocinium. Facultates eius vix tricenorum septuaginta millium denariorum ferunt fuisse, quarũ ambos filios reliquit hæredes. Cæterùm hæreditatem minor Scipio, qui in domum locupletiorem adoptatus fuerat Africani, fratri concessit solidam. Hi mores atque vita dicuntur Pauli Æmilij fuisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ea quum de his mandata memoriæ comperiamus, liquet non multa discrimina nec disparitates in comparandis iis esse, siquidem bella vterque aduersus claros aduersarios habuere, hic Macedonas, ille Carthagi-
504 nienses, fuerúntque eorum inclytæ victoriæ. Hic Macedoniam subegit & Antigoni successionem sustulit in septimo rege, ille omnes tyrannos Sicilia exterminauit, insulámque asseruit in libertatem. Nisi sanè contendere hoc velis, quòd Paulus Æmilius cum valido Perseo, postquam Romanos fudit, cum Dionysio Timoleon contulerit arma prorsus afflicto & perdito.
B Contrà pro Timoleonte, quòd multos tyrannos, ingentes etiam Pœnorum vires tumultuaria manu oppressit, non, vt Paulus, cum viris bello duratis & disciplina militari exercitatis, sed cum mercenario & incondito milite animi causa stipendia facere assueto. quippe pares ex non pari apparatu duci palmæ referuntur acceptæ. Iam innocentes ambo atque integri in rebus gerendis fuerunt. Cæterùm Paulus à prima ætate à legibus & patria videtur ad res gerendas accessisse ita institutus, Timoleon verò talem semetipse
C comparauit. Id hinc liquet, quòd omnes ex æquo Romani ea tempestate modesti, institutis obtemperantes, legúmque & ciuium erant reuerentes. At in Græcis dux vel imperator fuit nullus (Dionem excipio) quem non aspectus Siciliæ labefecit. licet Dionem autument multi dominatum affectasse, & regnum quoddam somniasse Laconicum. Timæus Gylippum quoque turpiter refert & ignominiosè dimissum à Syracusanis fuisse, quòd pecuniæ cupiditatem atque inexplebilem eius in rebus gerendis essent auaritiam exosi.
D Quæ verò Pharax Spartiates & Athenienſis Callippus Siciliæ obtinendæ spe designauerunt sceleratè & perfidè, multi literis prodiderunt. At qui tandem & quibus freti opibus fuerunt hi tanta qui sperauerunt? Nempe superior exactum Syracusis sequutus
505 est Dionysium, Callippus vnus apud Dionem ex ducibus fuit mercede conductorum militum. At Timoleon ad petentes & rogantes imperator missus

Syracusanos, nec potentiam quærens, sed obtinere A
valens, quam illis acceperat volentibus & dantibus, terminum imperii & potestatis suæ in violentorũ posuit excidio dominorum. Hoc in Paulo sit tamen memorabile, quòd tanto regno in ditionem redacto, ne vno quidem terúcio rem reliquerit auctiorem, neque aspexerit vel attigerit pecuniam, quum tamen multa dona & præmia contulerit in alios. Non dico culpandum quòd splendidam domum & prædium acceperit Timoleontem. neque enim ex huiuscemodi occasione accipere turpe, sed non accipere est honestius, & B
cumulus virtutis, vbi licet, ostendentis non indigere. Quia verò vt corpore rigorem vel æstum facilè tolerante, illud quod iuxtà ad vices rectè comparatum vtrasque est, habetur robustius: ita animi integra sanitas & vires sunt, quas neque res secundæ procacitate emolliunt vel liquefaciunt, neque deiiciunt calamitates. Videtur consummatior Paulus, qui in durocasu & grauí ex filiis luctu, nihilo humilior aut infractior quàm in rebus lætis est visus. Timoleon verò, quum præclarum actum in fratrem suum perpetrasset, non repressit animi motum ratione, verùm pœnitentia & C
mœrore depressus, concionem & forum viginti annos non sustinuit adspicere. Est verò defugiẽda turpitudo & timenda: at omnis infamiæ pudor est boni quidem ingenii & simplicis, non tamen excelsi.

ILLVSTRISSIMO ATque excellentissimo principi & domino, D. Christophoro, duci Vuirtembergensi & Teckensi, Comiti in Mompelgard, principi & domino suo clementissimo, Hermannus Cruserius S. P. D.

QVANQVAM inter eos, illustrissime atque humanissime princeps, qui ciuitatibus suis praefuerunt, vel prouincias & regna obtinuerunt, pauci boni, plurimi tetri fuerint & immanes, nemo tamen fuit illorū adeo perditus & profligatus, quin aliqua vmbra duceretur laudis, nomenque suum posteritatis & immortalitatis aueret commendare. Quum autem facta sua plerique diffiderent, neque argumentum scriptoribus ad laudem suppeditare se viderent posse speciosum, decurrerūt ad inania & vana & tempore certè interitura. Ita alii famam nominis ex ingentibus molibus, quas excitauerunt, captauere: vt Aegyptiorum reges, qui insanas erexerunt pyramidum structuras. C. Caesar Caligula montes aequauit, valles exaggerauit, & sinum maris constrauit: Domitianus amphitheatrum struxit, qui etiam menses Septembrem & Octobrem vocabulis transnominauit suis. Aliqui aliorum statuis capita ademerūt, suáque truncis reposuerunt: statuas nonnulli picturaíque ad imagines suas effingi à praestantissimis artificibus voluere. Neque id soli tamen mali principes, verum etiam medii quoque ac boni. Nam & Alexander ille Magnus, ab Apelle potissimùm pingi, & à Lysippo volebat fingi, quod illarum artem etiam sibi gloriae fore putabat: neque Augustus Caesar exprimi se nisi ab excellentibus ferebat. Aliqui illi artifices corporis simulacra tantùm ignotis faciebant nota, quae si vel nulla sint, nihilo sunt tamē obscuriores clari viri. Nec minus enim est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictā neque fictam imaginem suam passus est esse, quàm qui in eo genere elaborarunt. Nec vero Miltiades, vel Themistocles, vel Aristides, quarum etiamsi fuerint effigies, iniuria temporis tamen interciderunt & abolitae sunt. Parui enim libri qui fuerunt Xenophontis in rege laudando Agesilao, & Herodoti qui praestantia facta recensuit Miltiadis, Themistoclis & Aristidis, facilè omnes imagines omnium statuasque superarunt. Haec mihi praefari in historiam Pelopida & Marcelli, quam ex Plutarcho Latini iuris feci, clarissimorum virorum & fortissimorum, in mentem venit. Quorum etsi nulla statua, nulla pictura ad nos pervenerit, excitauerūt tamen praestantissima facta sua & virtutibus scriptores insignes, qui res ipsorum gestas posteris traderent & commendarent. Neque enim illi concedit historico apud Latinos Titus Liuius, neque apud Graecos, ille est in suo genere scribendi Plutarcho inferior, à quorum vtroque celebratus Marcellus, ab altero est Pelopidas. Quod par insignium ad virtutem & animi magnitudinem ducum, illustriaque bonorum principū specula atque exempla qui foedissimis temporibus patriae suae afflictae prolapsaque excitauerunt atque erexerunt, ex Plutarchi sylua delegi, quae in honorem tuum, Princeps laudatissime, lingua Romana in secessu meo sum interpretatus, meumque quem hoc opere laborem impendi nomini dedico tuo. quod me non absurdè puto fecisse. Perspexi enim, quū consuetudinis cum adolescente mihi te fruitionem tua vere principe digna & rara humanitas aperuisset, egregiam indolem & moderationem tuam, animumque ad virtutem & honesta omnia propensum. Cognitis item incredibilem patientiam, atque in rebus tum angustis splendorem. Quum autem malignè tibi vel non liberaliter certè ad cultū tam generosi principis necessaria praberentur, vel suppeditarentur, nullas vsuras contraxisti tamen, nullam fecisti versuram, nec illi decoxisti, quod illi aetati est solenne, creditori. quippe tanusti ne as alienū haberes. Haec enim vt serē interior tua mihi detexit familiaritas. Animadverti etiam haud vulgarem vigilantiam, & in obeunda militia, ducisque imperio fungendo strenuitatem & fortitudinem singularem. Intellexi inde à locupletibus auspicibus, postquam ditiones paternas suscepisti, res tuas primarias, quas dissipatas conuulsasque, vemp. tuam, quam de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

formatam atque prostratam recepisti, quàm breui, quàm
sapienter & moderatè collegeris, refoueris, exolueris, con
firmaueris que: itaque effecisti, vt hoc tempore quasi lumẽ
aliquod in tantis tenebris Germania videare effulgere.
Quod me quoque, qui à primo tẽpore vt te cognoui te cæ
pi suspicere, exercuit vt hoc scripto excellentiam tuam
tanto interuallo aliquando salutarem, omniaque precar
er fausta. Hoc symbolum meæ erga te obseruantiæ ne re
iicere velis, sed pro prisstina tua & genuina humanitate
amplecti digneris, enixè rogo. Eo nihi præstare tua be
nignitas manus beneficium non poterit. Nanque prout hæc
mea lucubratio caleulũ tuum obtinuerit, tam ibi animus
aut addetur aut eripietur, ad reliquos viros, quos depin
xit Plutarchus, Latino colore illustrandos. Vale excellen
tissime princeps.

PLVTARCHI
Vitæ comparatæ
PELOPIDAE ET MARCELLI,

HERMANNO CRVSERIO I. C. interprete.

PELOPIDAS.

CATO maior celebrantibus quibus- A
dam hominem temerariæ & proiectæ 506
in bello audaciæ, interesse ait, magni
virtutem, an vitam vili pendas. Et re-
ctè dixit. Siquidem miles Antigoni, fe-
rox quidem, sed affecto corpore & ha
bitu, pallorís causam regi requirenti, dicitur recondi-
tum morbum detexisse. Verùm quú magna cura rex,
siquod remedium esset, nihil summæ opis iussisset me- B
dicis prætermittere, restitutus ita sanitati, strenuus ille
nõ obiecit deinceps se discrimini, neque præceps ruit
in certamina. Quam conuersionem quum Antigonus
exprobraret ei & miraretur, non celauit ille causam,
ac, Tu me, inquit, reddidisti, rex, timidiorem, qui iis
me malis explicuisti, quamobrem non laborabam vi-
uere. Ideo de Spartiatis quidá Sybarites dicitur pro-
nuntiasse, quo tantis laboribus & ea defungantur vita,
non magni ducere eos mortem in bello oppetere. Cæ
terùm Sybaritis quidem luxu diffluentibus & molli-
tia, iure videbantur odisse vitam illi qui ob virtutis ar
dorem & studium mortem non exhorrescebãt. Lace- C
dæmonii verunque, & viuere & mori libenter, virtuti 507
tribuebant, vt declarat funebre carmen,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *His* (enim inquit) *cecidere, bonũ non vitam aut cedere*
Rati, at vtrunque horum fine locasse bono. (*fato*,
Neque enim mortis reprehendenda fuga sit, si quidem
vitam non turpiter appetas, neque commendanda ex-
pectatio, si commuicta cum odio sit viuendi. Vnde for-
tissimos quosque & bellicosissimos viros educit vbi-
que ad certamen Homerus accuratè armatos. Apud
Græcos etiam legislatores eum qui clypeum proiecit
puniunt, non eum qui gladium vel hastam: docentes,
nequid mali patiatur, priorem cuique curam ducen-
B dam, quàm vt hostibus inferat, præsertim magistratui
aut duci. Nam si (vt distinxit Iphicrates) leuis arma-
tura manibus similis est, pedibus equitatus, pedites pe
ctori & thoraci, capiti imperator: non sui curam peri-
culo se exponentem temere & ferocientem dicas abi-
icere, sed omnium quorum ex ipso dependet salus, &
cõtrà. Itaque Callicratidas, magnus cætera vir, parum
rectè respondit vati. Quum enim hic oraret eum vt
mortem declinaret, quam denuntiarent exta, non in
vnius anima respondit positam Spartam. Siquidem
C quum pugnaret, vnus erat, & quum nauigaret, vel sti-
pendia faceret Callicratidas, sed quum dux esset, vim
erat in se complexus vniuersorum. Ita vnus iam non
erat, quicum tam multa simul corruerent. Præclarius
senex Antigonus, quum nauali prælio esset ad Andrum
decertaturus, & quidam longè plures diceret esse hos-
tium naues, At meipsum, inquit, quàm multis oppones?
Nempe maiestatem merito extollit imperantis peri-
tia & virtute succinctam, cuius primum munus est vt
seruet eũ qui conseruat omnia. Vnde scite Timotheus
D quum apud Athenienses aliquando cicatrices corpo-
re acceptas ostenderet Chares, & traiectum hasta cly-
508 peum, At me, inquit, quàm puduit, quum propè oppu-
gnantem Samũ cecidit telum, quod gessissem me præ-
cipitantius quàm tanti exercitus duci & imperatori
conueniret. Vbi enim magnũ ad summam adfert pe-
riculum ducis momentum, hic neque manibus neque
corpori est parcendum, repudiatis iis qui iactant de-
bere bonum imperatorem maximè ex senio, sin minus

senem mori: at vbi paruum ex re bene gesta est ope- A
ræpretium, & siquid titubatum sit, corruunt vniuersa,
nemo tum militis operam, quæ discrimen secum tra-
hat ducis, desideret. Hæc mihi Pelopidæ vitã & Mar-
celli describenti, insignium virorum, qui inconsulta
morte perempti fuerunt, præfari venit in mentẽ. Quũ
enim manu imprimis strenui fuissent, & clarissimis
expeditionibus vterque patriã suam decorãsset, ad hęc
ex sæuissimis aduersariis, Annibale hic inuictum prin-
ceps, (vt fama est) ille dominantes terra mariq; Lace-
dæmonios acie fudisset fugassetque, temere semetipsi B
proiecerunt, vitámque profuderunt, quo tempore ta-
les viros viuere & præesse oportebat. Quare sequuti
similitudinem, vitas eorum in describendo compara-
bimus.

Pelopidas, Hippocli filius, nobili Thebis genere,
sicut Epaminondas, fuit. Hic amplis innutritus opi-
bus, quum adolescens adhuc splendidas facultates ex
hæreditate accepisset, vt ostenderet dominum se reue-
ra non seruum esse pecuniæ, ad bene merendũ de bo-
nis viris, qui premebantur inopia, conuertit animum. C
Plerique enim (vt Aristoteles ait) aut prę sordibus non
vtuntur diuitiis, aut ob luxum abutuntur, seruiúnt-
que perpetuò, hi voluptatibus, illi quæstui. Ac cæteri
grato animo Pelopidæ aduersus ipsos munificentia &
benignitate sunt vsi. Vnum ex amicis vt in sortem 509
veniret fortunarum suarum non induxit, Epaminon-
dam, quum tamẽ veniret in societatem ipse illius pau-
pertatis, vestis tenuitate, mensæ frugalitate, laborum
tolerantia, & in bello simplicitate glorians, vt Euripi-
deus Canopeus, cui quũ essent opes amplæ, haud pro-
inde animos mox sustulit, imò turpe duxisset sibi si D
plus corpori quàm Thebanorum egentissimus impen
disset. At Epaminondas paupertatem, quam familia-
rem acceperat & hæreditariam, philosophiam colen-
do, vitámque à prima ætate instituẽdo cælibem, expe-
ditiorem etiam atque leuiorẽ reddidit. Pelopidas verò
in splendido fuit matrimonio. Tulit etiam liberos. At
nihilo attẽtior ad rẽ, omnémque vitã in procuratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

A reip.consumens,facultates attriuit suas. Quum autem admonerent illum amici,suggererentque rem ipsum necessariam negligere,pecuniæ comparationem, Necessariam hercle huic, inquit, Nicodemo: commonstrans claudum & cæcum quendam. Porro erat ad omnem virtutem vterque iuxtà comparatus, nisi quòd exercitationibus magis deditus Pelopidas esset,Epaminondas disciplinis,& quod essent otii nacti, hic in discendo & philosophando poneret, ille in palæstris & venationibus. Inter multas & præclaras artes, quæ vtrique gloriam conciliauerunt, nihil æquè admirati
B sũt prudẽtes,quàm quòd per tot certamina,præturas, & publicas actiones syncera inter eos à primo ad vltimum necessitudo & amicitia constiterit. Si enim Aristidis & Themistoclis, Cimonis & Periclis, Niciæ & Alcibiadis consideraueris actiones,quãtarum contentionum inter ipsos, quantarum simultatum fuerint & æmulationum plenæ: hinc ad Pelopidæ te erga Epaminondæ beneuolentiam & obseruantiam conuerteris, rectius & iustius hos in magistratibus & imperiis
C vocaueris collegas, quàm illos qui semper in hoc fuerunt,non tam vt hostes quàm vt alter alterum superarent. Vera causa virtus erat,per quam non gloriã,non opes,quæ grauem & contentionum plenam secum inuidiam trahunt,ex rebus gestis captantes, sed diuino amore à principio inflammati ambo, vt opera sua patriam redderent quamclarissimam & potentissimam, alter alterius decoribus ad id vtebantur vt propriis. Veruntamẽ arbitrantur plerique amicitiam eam tam arctam ex illa ad Mantineam expeditione extitisse,cui
D interfuerunt,quũ Lacedæmoniis, integra adhuc amicitia & fœdere,misissent Thebani auxilia. Quum enim inter pedites locati vnà essent aduersus Arcadas,vt gradum retulit Lacedæmoniorum cornu, in quo ipsi stabant,multique terga verterunt, testudine obnixi sunt iis qui se intulerunt. Ac Pelopidas septem acceptis aduersis vulneribus super acerum cadauerũ sociorum pariter & hostium corruit. Quem etsi haberet Epaminondas pro deplorato, processit tamen ad protegendum

gendũ corpus eius & arma,multisque se vnus obiecit, A
certus prius occumbere quàm Pelopidam deserere iacentem. Iam ipso etiam grauiter affecto, quum pectus hasta,gladio brachium esset vulneratum, ecce ab altero cornu rex Lacedæmoniorum Agesipolis succurrit iis,ambósque præter spem eripuit. Posthac quũ Lacedæmonii cum Thebanis in specie vt amicis & socius agerent, reuera spiritus ciuitatis Thebanæ, & potentiam haberent suspectam, præcipuè verò Ismeniæ & Androclidæ odissent factionem,in qua erat Pelopidas, quam esse putabant libertatis studiosam & popularem,Archias,Leontidas,& Philippus, homines pau- B
corum ditionis cupidi, locupletes ambitiosique, egerunt apud Lacedæmonium Phœbidam, vt traducens illac exercitum, occuparet ex improuiso Cadmiam, expulsisque aduersariis,remp. paucorum principatu 511
Lacedæmoniorum iuri obnoxiam redderet. Qui impulsus,necopinantes Thebanos festo Cereris adortus est,captáque arce Ismenias vinctus ac raptus Lacedæmonem,paulo pòst est necatus. Pelopidæ, Pherenico, Androclidæ,qui multis cum aliis fugæ consulu- C
erant,indicitur exilium. Epaminondas verò, quòd ob philosophiæ studium velut quietus,& ob paupertatem contemneretur velut inops, domi se continet. Postquam abrogauerunt Lacedæmonii Phœbidæ imperium, mulctámque dixerunt centum millium drachmarum,nihilo tamen minus Cadmiã cum præsidio tenuerunt,reliqui per Græciam quidem omnes quid hoc monstri esset mirabantur, quòd autorem punirent,factum comprobarent. Thebanis verò, qui vetere exuti reip.forma ab Archia & Leontida tenebantur D
oppressi,ne sperare quidem vllam supererat liberationem à tyrannide, quam Spartiatarum vallatam opibus euerti videbant non posse, nisi quis simul illis terræ marisque imperium extorqueret. At certior factus Leontidas hærere Athenis exules, acceptóque plebi & in honore esse apud bonos viros, struit clàm iis insidias,ac per homines ignotos Androclidam interficit dolo, cæteri elabuntur ei. Reddũtur etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Lacedæmoniorum Athenienſibus literæ, quibus imperauerũt ne reciperent exules, néve eos concitarent, ſed tanquam à ſoctis declaratos communes hoſtes exterminarent. Verùm Athenienſes, cum inueterata ſua & genuina humanitate, tum vt gratias referrent Thebanis (qui eum populum in primis ad reditum in
512 patriam adiuuerãt, ſciuerántque, ſiquis Athenienſium arma per Bœotiam aduerſus tyrãnos ferret, neminem id audire aut videre Thebanorum) omnem iniuriam ab iis abſtinuerunt. Pelopidas verò, licet inter adoleſcentiores foret, priuatim ſingulos exules inflammabat, & ad eos in conciliabulis verba faciebat, neque
B honeſtum neque pium eſſe, vt oppreſſam ſeruitute & præſidio vinctam impoſito relinquerent patriam, ipſi verò ſua ſecuritate & ſalute acquieſcerent, ſuſpenſique ex Atheniẽſium plebiſcitis, ſupplicéſque ſemper colerent oratores, & eos qui impellere multitudinem valerent, verùm periclitandum eſſe de ſumma rerum, propoſita pro exemplo Thraſybuli audacia & virtute, ſicut ex Thebis ille erumpẽs obtriuerat Atheniẽſium tyrannos: ita vt ipſi quoq; mouentes ex Athenis Thebas in libertatem aſſererent. Vbi hic cum aſſenſu auditus eſt, mittunt occultè ad amicos qui illic remanſerant, & quæ deliberauerãt aperiunt. Illi comprobant conſilium, ac Charon, qui nobiliſſimus erat, offert domum ſuam: Philidas effecit vt ſcriba crearetur Archig & Philippi, qui erant per id tempus polemarchi. Epaminondas incẽderat iamdudum iuuentutem. Nanque
C præcipiebat, in gymnaſiis vt prehenderent Lacedæmonios, & cum eis luctarentur. deinde ex victoria & palma quum ouantes videret, caſtigabat eos, magis
D pudendum ipſis eſſe, ſi quibus tantum præſtarent robore, his per ſocordiam ſeruirent. Die ad rem patrandam dicta, viſum exulibus eſt, vt Pherenicus, dum alios cogit, Thriaſii ſubſiſterent, pauci autem ex iuuenibus ſuſciperent periculum prægrediendi in vrbem: quibus ſiquid grauius contingeret ab hoſtibus, vt cæteri omnes curandos ſuſciperent eorum liberos & parentes. Huic diſcrimini princeps offert ſeſe Pelo-

pidas, mox Melon, Damoclides & Theopompus, viri A
ſummo loco nati, atque inter ſe cætera amici & fidi, 513
ſed pro gloria & virtute ſemper æmuli. Hi quum amplexi eſſent eos qui illic manebant, & nuntium ad Charonem præmiſiſſent, amicti lacernulis profecti ſunt. Traxerunt ſecum canes venaticos, & varos ferebant, necui in via ſuſpitionem mouerent, ſed venati & vagari aliàs viderentur. Vt verò præmiſſus ab his nuntius Charonem adiit, atque illos in itinere retulit eſſe, ipſius Charonis ne inſtans quidem periculum immutauit animum, ſed vir fortis extitit, præ- B
buitque domum ſuam. Ac Hippoſthenidas quidam, non ille quidem vir malus, imò & patriæ amans & exulum ſtudioſus, verùm animo non perinde firmo, vt occaſio præceps & præſentes poſtulabant res, quaſi æſtuans ad magnitudinem diſcriminis quod in manibus erat, atque vix tandem animaduertens Lacedæmoniorum ipſos imperium quodãmodo concutere, fretóſque inopibus exulib' tẽtare illorum conuellere potentiam, domũ digreſſus mandat clãm per amicum C
quendam Meloni & Pelopidæ, rem in aliud tempus extruderẽt, redirẽntque Athenas, commodiorem opportunitatem expectaturi. Chlidoni nomen erat nuntio. Hic ad ſe domum perrexit, eductóque equo poposcit frænum. Hæſitante vxore eius, quum non eſſet ad manum, ferentéq; cuipiã ſe id ex neceſſariis commodaſſe, iurgia primùm inter eos, mox maledicta exorta, imprecãte muliere ei & alus à quibus mitteretur, infauſtum iter. Itaq; quum multum diei in his ri- D
xando conſumpſiſſet, & verteret caſum in omen Chlidon, depoſuit prorſus profectionẽ, atq; ad alia ſe conuertit. Tantulũ abfuit quin maxima & pulcherrima 514
cœpta ſtatim in limine deſtituerentur tempore. At Pelopidas cum ſuis veſtitu aſſumpto ruſticano, diſpertiti alii alia parte vrbem luce adhuc occultè ingreſſi ſunt. Ventus niuẽ effundebat incipiẽte ſe conuertere eclo: quo magis tecti fuere, quòd plerique procellæ cauſa recepiſſent ſe domũ. Quibus autem cura incumbebat quid ageretur cognoſcendi, hi illos exceperunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex itinere,& confestim domum deduxerunt ad Charonem. Fuerunt cum exulibus duodequinquaginta. Tyranni verò hoc se modo habebant:Scriba Philidas, qui consiliorum exulum erat particeps,adiuuabat (vt dictum est)conatus corũ.Hic multo antè in eum diem ostenderat Archiæ & Philippo compotationẽ,& conuiuium,& mulieres nuptas, in eóque erat vt quammaximè luxu & vino confectum præberet ad cædem insidiatoribus. Non admodũ mersa crapula indicium delatum est haud vanum quidem, incertum tamen &
B perquam obscurum, occultari in vrbe exules. Quanquam autem aliò detorquebat sermonem Philidas,missit tamen apparitorem Archias ad Charonẽ, qui eum confestim accerseret.Iam vespera erat,& Pelopidæ socii armati gladiisque accincti instruebant se. Pulsatis autem repentè foribus, accurrens quispiam, audiensque ex apparitore, qui diceret acciri à polemarchis Charonem,perculsus renuntiauit id intrò. Ibi omnibus ilicò obuersatur rem detectã esse, & se, re memorabili perpetratà nulla,periisse.Consuluerunt tamen vt
C dicto audiẽs esset Charon, fidentérque polemarchos adiret,constans alioquin vir immotóque in ipsis periculis animo,tunc autem propter illos attonitus anxiúsque, nequa ipse ex nece tot ac talium virorum suspicione aspergeretur proditionis.Exiturus igitur arripit ex gynæcio filium adhuc puerum illum quidem, cæterùm specie & robore corporis supra æquales præcellenti,cúmq; tradit Pelopidæ cohorti, vt si pro insidiatore & proditore habeant se,cum illo vt hoste agant, neque parcant ei.At multis quidem eorum motus &
D spiritus Charonis lacrymas expressere, omnes verò succensuerunt, si vllum putaret adeo mollem & præsentibus labefactatum discriminibus, secus vt cogitaret de ipso,aut omnino eum culparet,ac filium orauerunt ne admisceret ipsis,sed ex veniente tẽpestate eum auferret,quo incolumis & ex faucibus ereptus tyrannorum,vltor ille succresceret ciuitati atque amicis. Enimuerò negare se filium Charon amoturum: nullam enim ei videre vitã aut salutem pulchriorem, quàm si

vnà cum parente & in amicorum cœtu tam multo- A
rum citra contumeliam defungeretur. Hinc precatus deos,quum omnes esset amplexus confirmasséq;,discessit, attendens sibi, vultúmque ac tenorem vocis componens, quo quamalieniissimus videretur à conatibus suis.Adstãte eo ad fores,progressi Archias & Philidas dixerunt,Qui sunt illi,Charon, quos adesse audio,qui in vrbe occultentur,& conspirasse nonnullos cum iis ex ciuibus?Charon conterritus primùm, mox quæsiuit quinam illi ingressi essent, & apud quos latitarent. Vbi nihil videt quid diceret certi Archiam habere,suspicatus à nullo certo autore emanasse indi- B
cium,Etiam atque etiam videte,inquit, ne inanis vos conturbet rumor. veruntamen considerabo amplius: nihil est enim fortassis vilipendendum. id Philidas quoque præsens collaudauit.Ita abducit Archiam, rursúsque multo vino emergit,ac compotationem illa de mulieribus spe traducit. Regressus Charon domum, 516
vt offendit illos non ad victoriam aliquam accinctos, vel salutẽ sperantes, sed vt nobili morte casuros & cum multo hostium sanguine,rem ipsam aperit Pelo- C
pidæ,apud reliquos ementitur fictos quosdam Archiæ aliis de rebus sermones. Ecce autem, nondum prima præterierat,quum alteram his fortuna immittit procellam.Aderat enim missus Athenis ab Archia hierophante ad Archiam cognominem hospitem huius & amicum nuntius cum literis,quæ non frigidam continebãt neque fictam suspicionem,sed (quod postea cognitum est) exactè omnia quæ gererẽtur explicabant. At tunc ad Archiam admissus temulentum tabellarius, D
reddita epistola,Hanc qui misit, inquit, ilicò vt legas eam mandat: de seriis enim scripta est. Hic arridens Archias,Ergo,inquit,in crastinum seria. Simul accepta epistolam subiicit puluino, ac denuo Phillidæ ad institutum sermonem aures præbet. Hoc dictum vulgari prouerbio vsurpatur etiãnum apud Græcos. Quum iam matura res videtur, bipertito eruperunt, Pelopidas & Damoclidas in Leontidam & Hypatem, qui vicinas ædes habebant:Charon & Melon in Ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A chiam & Philippum,inducta thoracibus veste muliebri,atque ad inumbrandam faciem densis coronis redimiti abiegnis & piceis. Vnde quum primùm ianuæ triclinij adstiterũt ,plausum illi & tumultum cierunt: rati,quas iam pridẽ expectabãt,adesse mulieres. Postquam verò vndiq; circunspecto conuiuio,singulisque accumbẽtium exactè notatis,strinxerunt enses,& per mensas inuolantes in Archiam & Philippum,qui essent demonstrarunt: paucos ex conuiuis monuit Phi-
517 lidas vt quiescerent,cæteros,qui resistere cum polemarchis moliebãtur eósque protegere,perfacilè vino
B graues trucidauêre. At Pelopidas cum suo globo plus habuit tunc negotii:siquidem sobrium & valẽtem virum adoriebantur Leontidam. Fores occlusas(iam enim dederat se quieti)repererũt,diúque pulsantes audiuit nemo. Vix tandem minister,qui percepit pulsantes,prodiit ex ædibus,& repagulum amouit. Simul atque laxantur & remittuntur fores,vno agmine irrumpẽtes,prostrato famulo,ruũt ad cubiculum illius. Leontidas autem ex pulsu & cursu id quod erat conti-
C ciens,eiecit se lecto,stringitque gladium,sed omittit lucernas extinguere & in tenebris ipsos inter se committere: nunc multo lumine conspectus, ad ianuam iis cubiculi occurrit,primum illatum vulnerat & occidit Cephisodorum. Eo prolapso,cum secundo Pelopida manus conserit. Difficilem qua arcta ianua,quia impedimentum iam mortui iacentis Cephisodori durámque pugnam facit. Tandem superior Pelopidas euadit, interfectóque Leontida,extemplo cum manu sua contẽdit in Hypatem. Simili modo in domum eius irruperunt. Verùm sensit ille statim rem,confugitque ad vicinos: quem cuestigio consectati cepe-
D runt confoderúntque. His confectis,quum coniunxissent Meloni se,significauerũt rem in Attică exulibus, ciues ad libertatem vocauerunt,eósque qui se aggregauerant ipsis, detractis à porticibus spoliis & ergastulis quæ erant circa domum Charonis,vbi hastæ & gladii parabãtur,ruptis armauerũt. Auxilio eis armati
518 venerunt Epaminondas & Gorgidas,qui non contemnendam ex flore iuuẽtutis & senũ optimorum centuriauerant manum. Iam tota ciuitas arrecta tumultu circumsonabat,tecta collucebãt, cursitabatur vltrò citróque:nondum coierat plebs tamen,sed suspensa rei nouitate, neque quicquam habens certi,diem operiebatur. Vnde offendisse Lacedæmoniorũ præfecti visi sunt,qui non protinus occurrerũt nec prælio decreuerunt,quum ipsum præsidiũ ad mille quingentos esset, & ex vrbe cõflueret ad eos ingens numerus:verùm clamoris,ignium,secessionis multitudinis vndique confluentis terrore continuerunt se,seruarúntque ipsam B Cadmiã. Prima luce armati ex Attica præsto fuerunt exules: populus venit ad concionem. in quam Pelopidam cum sociis Epaminondas & Gorgidas sacerdotibus cinctos,porrigentibus coronas, & populum ad liberandam patriam deósque excitantibus, deduxêre. Concio ea specie erecta,plausum & clamorem edidit amplectẽtium eos vt optimè de ipsis meritos,& seruatores. Hinc Pelopidas cũ Melone & Charone creatus bœotarches,extemplo circumuallauit & corona oppu gnauit arcẽ, opprimere maturans Lacedæmonios,& C Cadmiã prius recipere quàm ex Sparta superueniret exercitus. Vix autẽ hi peruenerant fide publica emissi in Megaridem,quum iis obuiam venit cum ingentibus copijs Thebas mouens Cleõbrotus. Lacedæmonij autem ex tribus præfectis qui fuerãt Thebis,Hermippidam & Arcissum damnatos necauerunt: tertius Dysaoridas,cui lis magna pecunia æstimata fuit, ex Peloponneso solũ vertit. Hunc actũ virtute virorum & pe- 519
riculis certaminibúsq; illius qui perpetratus à Thrasybulo fuit æmulũ,parique à fortuna euentu dispensa- D
tum, Græci appellauerunt illius germanum. Neque enim alios in expedito sit proferre,qui pauciores maiorem numerũ , & pollentissimos egentiores audacia & consilio superauerunt,vberiorémque fructum patriis suis attulerũt. Illustriorem hunc cõuersio rerum effecit. Illud enim,quòd fastigiũ detraxit Spartæ cámque terra mariq; exuit imperio,bellum ex ea scaturiit nocte, qua Pelopidas nullo fultus præsidio,nullis muris

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vel arce, sed domum regressus duodecimus, si metaphora exprimenda veritas est, quæ indissolubiles & adamantinæ videbantur, Lacedæmoniorum imperii compedes dissoluit atque disrupit. Vt ergo magnis copiis Bœotiam Lacedæmonii inuaserunt, trepidantes Athenienses renuntiauerunt Thebanis societatem, eósque qui cum Bœotis faciebant, iudiciis afflixerunt, partimque morte affecerunt, partim egerunt in exilium, nonnullos pecunia mulctauerunt. De Thebanis vndique destitutis actum videbatur. Erat id tem-
B poris Pelopidas cum Gorgida bœotarches. Hi machinantes committere denuò Athenienses cum Lacedæmoniis, struunt rem huiusce modi: Sphodrias magnis quidem rebus bello gestis clarus & celebris, sed vanior & spe inani, stultáque inflatus ambitione, cum exercitu relictus ad Thespias fuit, vt perfugas Thebanorum reciperet adiuuarétque. Ad hunc Pelopidas priuatim mercatorem quendam, quo familiariter vtebatur, cum nummis allegat clàm & cũ verbis, quæ efficacius illum quàm pecunia impulerunt, Præstare ma-
C iora aggredi & capere ex improuiso securis Athenien-
520 sibus Piræum. Nihil enim perinde Lacedæmoniis expectatum fore, quàm tenere Athenas, neque Thebanos iis infestos, qui eos proditorum loco habeant, laturos opem. Tandem inductus Sphodrias, nocte signa mouit in Atticam, atque Eleusina vsque progressus est. Inde ignauia militum, re infecta, quum detectum consilium esset, & bellum conciuisset Lacedæmoniis non mediocre nec leue, agmen Thespias reduxit. Hinc sociauerunt Thebanis arma Athenienses
D promptissimè, maréque asseruerunt, ac circumuecti Græciam, receperunt & allexerunt eos qui spectabant ad defectionem. Thebani per se soli cõseruerunt quotidie manus cum Lacedæmoniis, cõflixerúntque prælis, non illis quidem magnis, sed quæ magnam exercitationem adferrent & vsum. Vnde excitati animis sunt, & corporibus durati, peritiámque ex consuetudine & audaciam ex certaminibus comparauêre. Quamobrem Antalcidam aiunt Spartiatem Agesilao

ex Bœotia reuerso saucio dixisse, Næ tu egregiã mer- A
cedem refers à Thebanis, qui bellare inuitos & dimicare docuisti. Fuit profectò magister eorum non Agesilaus, sed illi qui per occasionem & cum consilio, sicut catulos, peritè Thebanos immiserunt hostibus, donec gustata victoria, nec animorum pœnituit eos: inter quos præcipuã Pelopidas laudem tulit. Ex quo enim primum belli eum ducem ceperunt, non intermiserunt quoque, anno imperium ei deferre, sed vsque ad exitũ vitæ, aut sacram cohortem duxit, aut ferè semper fuit Bœotarches. Ac Lacedæmonii quidem apud Platæas atque Thespias fusi fugatique fuerunt, vbi Phœbidas B
quoque, qui Cadmiam occupauerat, cecidit. Magnam 521
manum etiam pepulit ad Tanagram, vbi & ipsum interemit præfectum Panthœdem. Cæterùm hæ dimicationes sicut fecerunt animos & spiritus victoribus, ita victis non planè fregerunt ferociam. Neque enim dimicatum signis collatis fuit, neque vlla insignis aut ordinata extitit aut legitima pugna, sed opportunis excursionibus, receptibus, aut insectationibus adorientes eos, manúsque conferentes, successum habuerunt. Prælium verò ad Tegyras, quod prolusio quædã Leuctrici fuit, ingentem gloriam peperit Pelopidæ, cuius C
victoriæ vendicare nullã partẽ collegæ eius, neque hostes, quin victi essent, causari quicquã potuerũt. Nam Orchomeniorũ oppido, quod partes sequebatur Lacedæmoniorũ, & præsidiũ ab iis duarũ cohortiũ acceperat, nõ cessabat struere insidias captãs opportunitatẽ. Vt verò præsidiũ accepit mouisse in Locridẽ, sperans vacuũ reperturũ Orchomenõ se, duxit eò sacrã cohortem & exiguam manum equitum. At oppido quum appropinquasset, & nuntiatum ei esset alios Lacedæ- D
mone aduenire qui præsidio succederent, reduxit exercitum retrò per Tegyras, qua vna patebat via circum radicem mõtis. Nam interiectus planitiem Melas amnis, qui mox à fontibus in paludes nauigabiles & stagna diffunditur, inuiam omnem reddit. Paulò infra paludes fanum est Apollinis Tegyræi, & oraculum desolatum, quod non admodum diu, sed vsque ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bellum Medicum floruit sacerdote Echecrate. Quo loco fabulæ memorãt hũc deũ genitũ esse. Vicinus autem mons Delus vocatur, iuxtáque eum diffusum flumen cogitur. Ponè fanum duo scaturiunt fontes, qui dulcedine, copia, & frigore singularẽ laticẽ effundunt: quorum vnum Palmã, Oleã alterum etiã nunc vocant, vt non inter arbores duas, sed fluenta videatur pepe-
522 risse Latona: & propè est Ptoon, vnde oblato subitò apro exterritã ferũt fuisse. Iam quæ de Pythone & Tityo referuntur, ea hęc loca item accõmodant ad ortum dei. Maximã verò partem relinquo vestigiorum. Ne-
B que enim hũc deum patria fama inter eos refert, lares qui geniti ex mutatione sunt immortalitatẽ adepti, vt Herculem & Liberum patrẽ, qui virtute mortalitatem & corpus iniuriis obnoxium conuerterunt in immortalitatem, sed est inter æternos & ortus exortes, siqua ex sapientissimorum dictis coniectura est de istis capienda. Igitur sub eandem horã Tegyras remeãtes ex agro Orchomeniorum Thebani & Lacedæmonii ex aduersa Locride regressi cõcurrerunt. Vt primùm superatis faucibus in conspectu fuere, & quidam ad Pe-
C lopidam accurrens ait, Incidimus in hostes, Quid magis, inquit, quàm in nos illi? Simul equitibus tanquam prælium cõmissuris equos ex nouissimo agmine præcepit admittere. Ipse grauem armaturam (trecenti erant) in arctum conglobauit, sperãs, qua maximè parte impetum dedisset, aciem se hostium, qui numero superabant, perrupturum. Erant duæ Lacedæmoniorum cohortes, quas appellant Moras. Eam cohortẽ Ephorus ait militum quingentorũ esse, Callisthenes septingentorum, nonnulli (in quibus est Polybius) nongento-
D rum. Polemarchi Spartiatarum alacres, Gorgoleon & Theopompus, impressionem fecerunt in Thebanos. Quum incursus præcipuè circa duces infestus & atrox vtrinque fieret, primùm Lacedæmoniorum polemarchi, qui delati in Pelopidam fuerant, ceciderunt. Deinde conuulneratis interfectisque iis qui circa hos erant, trepidatio totum peruasit exercitum, atque is aperuit mediam aciem Thebanis, quasi euadere porrò

& per eos cuperent elabi. Quum verò qua data via e- A
rat, duceret Pelopidas ad conglobatos, magnáque cæde peruaderet per eos, tum effuso cursu coniecerunt se 523
in fugã. Nec longè sunt eos Thebani insequuti. quippe formidabant propinquos Thebani Orchomenios, & Lacedæmonios qui missi ad succedendũ priori præsidio fuerant. Contenderunt autem hactenus, acie vt vincerent & perrumperent superando totum eorum exercitum. Inde trophæo excitato, & cæsorum spoliis lectis, domum se ouantes retulere. Neque sanè in tam multis prœliis, quæ cum Græcis & barbaris inierunt, B
ante eam diem Lacedæmonii à paucioribus victi plures fuerant vnquã: imò ne vbi pares quidem signis collatis cum paribus decertauerunt. Vnde intolerabiles erant eorum spiritus, gloriáque sua percellẽtes oppositos hostes, qui ne ipsi quidẽ pares comparare se sustinebant cum Lacedæmoniis, ad manum conferendã veniebant. At ea pugna prima alios quoque docuit Græcos non Eurotam solùm, neque quod Babycen & Cnacionem interiacet soli, viros proferre bellatores & pugnaces: verùm apud quos proueniunt qui rubore turpitudinis & confidentia ex rebus honestis tangan- C
tur iuuenes, quique infamiam magis fugiant quàm pericula, hos terribiles hostibus esse præcipuè. Sacram cohortem (vti memorant) princeps Gorgias ex trecentis delectis viris conscripsit. Habebant hi in Cadmia castra: vbi ea quæ ad exercitationem pertinerent, & victus iis publicè præbebatur. vnde cohors vrbana nominabatur. nam arces eo tẽpore vocabant ferè vrbes. Sunt qui ex amantibus hunc globũ cõstitisse referant. ac cõmemoratur Pammenis festiuum dictum. Quippe D
Homericum Nestorem nescire ait aciem instruere qui tribules & curiales vnà centuriare iubeat Græcis,

Et tribus tribuũ, & fua cuiq; curia & vt adsit,

quum amator apud amicum locandus sit. Siquidẽ gentiles gentilium & tribulium rebus trepidis non magnam ait ducere rationem, indissolubilem verò & infractum 524
esse ex amatoria contractum necessitudine cuneum: vbi hi amore dilectorum, verecundia illi amantium

Universidad de Deusto
Biblioteca

A discrimina pro se mutuò perferãt. Neque est hoc mirandum, si vel absentium horum capiũtur pudore potius quàm aliorum præsentiũ: vt ille qui quum ipsum hostis iacentem esset interempturus, orauit & obsecrauit hunc vt traiiceret sibi gladio pectus, Ne quum videat, inquit, à tergo me amasius vulneratum, suffunda tur rubore. Ferunt etiam amisium Herculis Iolaum socium certaminum fuisse, & in dimicando latus eius claudere solitum. Aristoteles autor est ad tumulum Iolai sua quoque memoria fidẽ sancire adamatos & a-
B mantes solere. Quare verisimile est vocatam quoque eam cohortem fuisse sacram, quatenus & Plato diuinum amicum nominat amatorem. Fama est permansisse hanc vsque ad prælium Chæronense inuictam, atque vt secũdum pugnam mortuos Philippus inspiciens eo instituit loco vbi trecenti illi incurrerant infesti in sarissas, omnésque in arctis viis atque in vnum confusi iacebant, obstupuisse, quum autem amantium audiuisset eam esse cohortem, illacrymasse ac dixisse, Malè pereant qui hos facere quicquam aut pati quod
C turpe sit suspicantur. Sanè huic amantium consuetudini non, vt poetæ autumant, Laii casus originem apud Thebanos dedit, sed legislatores. Qui quum natiuam eorum & ferociam & sæuitiam remittere mox à pueris & mollire studerent, fistulam ferè omni in re & seria & ludicra adhibuerunt, eique addiderunt honorem & dignationem. Ad hæc præclarum amorem in palæstris aluerunt ad temperandos adolescentium mores. Et rectè ob id deam Harmoniam, quam Marte & Venere ferunt prognatam, vrbi velut tutelarem
525 consecrauerũt, quòd vbi strenuitas & vis bellica venu-
D state condita & gratia sit commixta, omnia ad decentissimam & moderatissimam rempublicam concinentia componantur. Cæterùm sacram hanc cohortem Gorgidas in primos ordines diuellendo, & pro tota peditum acie in fronte collocando offuscauit illorum virorum virtutem, neque ad communem effectum robur eorum adhibuit, vtpote dissolutum & magna ex parte confusum cum deteriore. Pelopidas verò, vt vir-

tus eorum eluxit fortiter ad Tegyras circa ipsum di- A
micantium, non distraxit eos deinceps neque discerpsit, verùm his, sicut toto corpore, vsus est, cum quibus primum incursum in maximis certaminibus fecit. Vt enim pernicius equi ad currus iuncti, quàm seorsum currunt acti, non quia maiore vi admissi aera impellant numerosiores atque perrumpant, verùm quòd inflammet mutua hæc contentio & concertatio feruorem animi: haud aliter fortes viros æmulatione inter se egregiorum factorum ad connitendum in cõmunem actum æstimabat vtilissimos esse expeditissimósque. Postquam verò pace cum omnibus Græcis B
Lacedæmonii pacta, solis arma Thebanis intulerunt, ac decem millibus peditum & mille equitibus rex irrupit in fines eorum Cleombrotus, neque par prioribus periculum Thebanis impendebat: verùm apertè proponebatur & denũtiabatur eis exterminatio, terrórque Bœotiam longè maximus incessit. Egrediens domo Pelopidas, quũ vxor in prosequendo ad lacrymas effusa eum, vt se seruaret, admoneret, Id mulier, inquit, priuatis semper suggerendum, imperatoribus C
verò, vt seruẽt alios. Quum in castra venisset, & bœotarchas offendisset dissentientes, primus assensus est Epaminondæ qui dimicandum censebat cum hostibus. Neque erat enim creatus bœotarches, sed præfectus sacræ cohortis, & ea præditus autoritate quam meritò habebat ille qui tam præclara patriæ ad liber- 526
tatem dedisset pignora. Vt igitur decernere prælio visum est, & castra in Leuctris castris Lacedæmoniorũ collata habuerunt, species oblata Pelopidæ in somnis est, quæ supra modum exterruit eum. Extant in Leu- D
ctrico campo Scedasi filiarum, quas Leuctridas ex loco vocant, tumuli. Nam eo fortè loco, quum vi essent à Spartiatis compressæ hospitibus, humatæ fuerant. Eo perpetrato tam atroci atque nefario facinore, pater earum, vbi vindictam impetrare non potuit Lacedæmone, diras Spartiatis imprecatus, super sepulcra puellarum seipsum iugulauit. Inde vaticinia & oracula Spartiatis assiduè prænuntiabant, Leuctricam vita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rent & declinarent à diis vltionem. Id autem non ita
multi intelligebant, sed ambigebant de loco, quòd etiã
oppidulum Laconiæ littori impositum Leuctron no-
minetur: præterea eiusdem nominis sit vicinus locus
Megalopoli Arcadiæ. Cæterùm fuit hic casus longè
Leuctricis vetustior. Porrò Pelopidas in castris sopi-
tus, visus sibi est virgines ad monumenta lamentantes
videre, ac Lacedæmonios deuouentes, præcipientémque
Scedasum, si referre de hostibus vellet victoriam,
B rusam virginem vt puellis immolaret. Quum autẽ vi-
deretur ei præceptũ hoc dirum & tetrum, retulit rem
excitatus ad vates & duces. Hi partim suaserunt ne id
negligeret aut prætermitteret, cõmemorarúntque ex
vetustate Menœcea filium Creontis & Herculis filiam
Macariam, ex recentioribus Pherecydem sapientem
illum à Lacedæmoniis interfectum, pellémque eius à
regibus ex vaticinio quopiam asseruatam, & Leonidã
qui pro Græciæ salute semetipse quodammodo deuo-
uit, præterea eos qui ante pugnam naualem à Themi
C stocle ad Salaminã immolati fuerãt Baccho Omestæ:
quæ quidem confirmata successibus fuissent. Contrà
527 quemadmodum ab Agesilao, qui ex isdem ex quibus
Agamemnon locis aduersus eosdem mouebat hostes,
victimam dea filiam eius postulauisset, quod ei visum
per quietem est Aulide oblatum, quam ille non de-
disset, & quia elanguit in eo, infamem expeditionem
& rudem reliquisset. Partim contrà dissuaserunt: nulli
enim cælestium hostiam cordi esse adeo barbaram &
immanem. Neque enim typhonas istos mundo præ-
esse aut gygantas, sed omnium deũm atque hominum
parentem docebant. Lares verò humano capi cruore
D & cæde, ineptum esse fortassis credere: qui tales si sint,
contemnendos esse vt impotentes. In impotenti enim
& deprauata mente existere & hærere absurdas istas
& peruersas libidines. Dum hæc disputant principes,
& præter cæteros Pelopidas hæsitat, ecce, equula, ar-
mento relicto, per medios lata armatos, apud illos i-
psos cursum sustinuit. Ibi cæterorum quidem oculos
color iubæ insigniter rutilans, alacritas, vox exultans

feróxque conuertit. Vates verò Theocritus, re ani- A
maduersa, voce magna appellauit Pelopidã, Adest, for-
tunate, tibi hostia, nec virginem expectemus aliam, sed
vtere dei munere. Tum corripuit equam, ductámque
ad virginum sepulcra, votis factis, coronis redimiue-
runt mactauerúntque, ac gaudio elati specie oblatam
Pelopidæ & sacrificium per castra diuulgarũt. In præ-
lio obliquam aciem Epaminonda in sinistrum cornu
trahente, quo à cæteris Græcis reduceret dextrũ La-
cedæmoniorum cornu quamlõgissimè, & Cleombro- B
tum valida in illud cornu impressione impelleret &
profligaret, re hostes animaduersa cepérũt conuerte-
re aciem suam, & dextrum cornu explicare circuma-
geréque, vt circumuenirent & cingerent multitudine 528
Epaminondam. Interea procurrit Pelopidas, ac cum
globo trecentorum illorum maturat incurrere in La-
cedæmonios incompositos & inter se tumultuantes,
priusquam cornu extenderet Cleombrotus, aut rur-
sus coniungeret & aciem suam clauderet. Quanuis rei
militaris omnium Spartiatæ peritissimi & summi ar-
tifices, nulla in re æquè laborarent aut versarent se, ac
ne dissolutis ordinibus inconditi fluctuarent, verùm C
vt omnes omni ex parte, vbicunque periculum præ-
sens opprimeret, præfectorum & manipulariorum mu
nus obeuntes iuxtà instruerent ordines & dimicarent.
Ac tunc Epaminondæ phalanx in solos illos se inue-
hens & cæteros præterlata, Pelopidásque incredibili
pernicitate & feruore in medios illatus armatos, ani-
mos eorum & disciplinam eousque confuderunt, vt
fuga & strages, quanta antea nunquam, ederetur Spar
tiatarum. Vnde parem atque Epaminondas, penes
quem summus erat magistratus, quique vniuerso præ- D
erat exercitui, priuatus hic & exiguæ ductor manus,
gloriam retulit illius victoriæ & decoris. Ambo ta-
men bœotarchæ Peloponnesum iniuerunt, plurimáf-
que gentes retraxerunt à Lacedæmoniis, sibique
adiunxerunt Elim, Argos, totam Arcadiam, ipsi-
us plaraque Laconiæ. Et quanquam tempestas in
ipso esset articulo brumalis solstitii, atque vltimi men-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sis vergentis pauci reliqui essent dies, ac mox ineúnte primo mense succesturi alii, morte indicta iis qui magistratu non abirent, ideóque bœotarchæ cæteri cum legis metu, tum hyemis effugiendæ causa, reducere exercitum contenderent domum, princeps Epaminondæ assensus tamen Pelopidas accensis militibus
529 Spartam petit, superatóque Eurota multis potitus est eorum oppidis, finésque omnes ad mare vsque vastauit. Habebant sub signis militum Græcorum LXX millia, quorum ipsi erant Thebani minus duodecima parte. Verùm perpulit socios omnes absque publico
B decreto vel lege, vt eos duces sequerentur obsequenter, illorum splendor. Quippe prima & antiquissima lex naturæ ei cui opus salute est, imperatorem illum qui valet conseruare, præficit: sicut vectores, licet tranquillo cælo aut in statione apud opportunum littus obstrepuerint gubernatoribus, insolentésque fuerint, procella tamen ingruente & discrimine illos respiciũt statim, atque spem in iis ponunt. Nanque Argiui, Elii, Arcades, qui de imperio in cõciliis disceptabant &
C tercabantur cum Thebanis, quum dimicandum esset & instarent pericula, vltrò obediẽtes sequebantur eorum duces. In illa expeditione omnem Arcadiam fecerunt vnias corporis. In agrum Messenium, expulsis Spartiatis qui tenebant eum, veteres Messenios reuocauerunt, reduxerúntque ad Ithonem habitandam. In reditu per Cenchream Athenienses, qui in faucibus eos tumultuosè adoriri moliebantur & transitu prohibere, fuderunt. Ob res hasce gestas cæteri omnes virtutem horũ amplectebantur mirificè, &
D tione felicitatem habebant: at intestina & ciuilis inuidia vnà cum gloria gliscens parum excepit eos beniguè vel comiter. Vterque enim sub reditum est in iudicium capitis vocatus, quòd, quum primo mẽse, quẽ Bucation vocant, summo magistratu cedere ex lege aliis debuissent, quatuor solidos adiecissent mensi; quibus res illas ad Messenen, Arcadiam, & Laconiam gesserant. Postulatus prior Pelopidas est, quo maiore est
530 periculo iactatus: vterque tamen noxæ exemptus fuit.

Cæterùm

Cæterùm eam calumniam & conatum maleuolorum A tulit Epaminondas leniter, magnam partem virtutis & magnanimitatis in rep. moderanda ducens, ciuium tolerare iniurias. Iracúdiore ingenio Pelopidas, & ad pœnas ab inimicis expetendas à necessariis incensus, occasionem arripit huiusce modi: Meneclides orator, vnus erat ex iis qui cum Pelopida & Melone in Charonis ædes coierant. Quum autem non esset in pari apud Thebanos dignatione, qui esset disertissimus quidem, sed moribus improbis & malignis, appulit ingenium suum ad calumniandum & arrodendum præstantiores: neque post illud iudicium destitit. Ac Epami- B nondam quidem dejecit bœotarchia, diúque in reip. negotiis cum fatigauit: Pelopidam verò lacerare ad populum non quiuit, sed vt conflictaretur cum Charone machinatus est. Et quia commune habet liuor leuamen, siquibus ipsi præstare non valent, hos saltem esse aliis ostendant inferiores, assiduè in concione Charonis res gestas extollebat, illius celebrabat expeditiones victoriásque. Atque equestris prælii ad Platæas decus, quod ante pugnam Leuctricam duce ob- C tinuerant Charone, dedicare ad hunc modum instituit: Androcydes Cyzicenus conduxerat publicè tabulam pingendam alterius pugnæ. hoc opus Thebis faciebat. Quum autem defectio illa extitisset, atque esset exortum bellum, Thebani tabulam penè absolutam penes se retinuerunt. Hanc Meneclides, quo perstringeret Pelopidæ & Epaminondæ ornamenta, sunsit populo vt inscripto Charonis nomine dedicaret. Erat verò absurda ambitio præ tam multis & talibus pugnis vno gloriantium facto vnáque D victoria, qua Gerandam quendam obscurum Lacedæmonium, & cum eo quadraginta cecidisse, præ- 531
terea præclari nihil autumant gestũ. Hanc rogationem Pelopidas, vt aduersus legum interdicta latam, defert, vrgens non esse ex more Thebanorum aliquẽ ornare priuatim, sed patriæ publicè titulum retinere victoriæ. Ac Charonem quidem non destitit per omnes actiones cumulare laudibus, at Meneclidam vt in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uidum & improbum arguens, & Thebanos rogitans num extaret nullum ipsis præclarum factum. item Meneclidæ æstimauit pecunia, quam quum ob magnitudinem soluere non posset, res nouas postea in vrbe molitus est. Habent hæc quoque quandam eius vitæ contemplationem. Quum autem Pheræorum tyrannus Alexander multos quidem Thessalos apertè bello oppugnaret, immineret verò omnibus, ac ciuitates Thebas ad petendum ducem cum copiis legatos misissent, cernens Epaminondam Pelopidas
B res in Peloponneso ordinare, detulit & attribuit se ipse Thessalis. Neque enim suam obtorpescere peritiam & facultatem volebat, neque vbi esset Epaminondas imperatorem desiderari ducebat alium. Simul vt in Thessaliam mouit, Lariſſam recepit, & Alexandrum studuit ad se supplicem venientem inuertere, & ex tyranno cicurare atque efficere legitimum Thessalis principem. Qui quum esset planè deploratus & ferus, magna item eius sæuitia, magna etiam proteruitas & auaritia proferrentur, exacerbato in
C eum Pelopida & infenso, profugit cum stipatoribus. At Pelopidas quum securos à tyranno Thessalos reliquisset, eósque mutuò inter se conciliasset, petiit Macedoniam. Ptolemæus enim intulerat Alexandro apud Macedonas regnanti bellum: vterque autem disceptatorem illum & iudicem acciuerat: deinde so-
532 cium & adiutorem eius qui læsi videretur. Hic aduentu suo quum controuersias sinuisset, exulésque reduxisset, Philippum obsidem, regis fratrem, præterea pueros triginta alios ex primoribus accepit,
D atque Thebas duxit, ostentans Græcis in quantum fastigium ascenderet respub. Thebanorum splendore potentiæ & fide iustitiæ. Hic ille est Philippus qui cum Græcis insequutis temporibus de libertate eorum arma contulit. Id temporis puer apud Pammenem hospitium habuit. Inde æmulus Epaminondæ habitus est: notata fortasse in militia & imperio eius strenuitate, quæ exigua portio illius fuit virtutis: temperantiæ verò, iustitiæ, magnitudinis animi, lenitatis,

quibus verè vir celsus ille fuit, neq; natura Philippus, A
neque imitatione fuit consors. Mox Thessali denuo accusauerunt Alexandrum Pheræum, quòd quietem ciuitatum solicitaret. Missus eò Pelopidas cum Ismenia legatus, nō duxerat domo secum copias, neq; expectauerat bellum, sed subita necessitate fuit ei vtendum Thessalis. Interea renatus tumultus in Macedonia est. Ptolemæus enim peremerat regē, regnúmque inuaserat: amici autem illius perempti acciuerunt Pelopidam. Qui quum rebus iis nollet deesse, nec proprios milites ad manū haberet, cōscripsit indidē mer- B
cenarios quosdam, atq; hac manu confestim mouit in Ptolemæum. Vbi in propinquum venerunt, corrupit conductitium militē Ptolemæus pecunia, pellexitque ad se vt transirent. Pelopidæ verò, ipsam veritus existimationem & nomen eius, occurrit vt præcellentiori, eúmque complexus ac supplex, promisit regnum se defuncti fratribus conseruaturum, & eosdem, quos Thebanos, hostes & amicos habiturum. In hæc ob- 533
sides dedit Philoxenum filium suum, & quinquaginta
C ex familiaribus. Eos misit Pelopidas Thebas. Quum autem morderet eum conductorum mercede militum proditio, acciperétq; pecuniam eorum maxima ex parte, liberósque & coniuges Pharsali esse, quibus si esset potius, satis vlturum se iniurias suas putabat, delectu habito nonnullorum Thessalorum Pharsalum venit. Confestim ingresso eo oppidum, superuenit cum exercitu Alexander. Existimabat autem eum Pelopidas ad purgandum se præstò esse, ideo contendit ipse ad eum, non ignarus quidem nefarium hominem & latronem
D esse, sed fretus vrbe Thebis suáque autoritate & gloria, nihil timuit mali. Ille vbi inermem vidit solúmque accedentem, iniecit confestim ei vincula, & Pharsalum occupauit, pauorémq; & metum illis qui ei parebant cunctis incussit, verentibus ne à tam atroci iniuria & audacia parsurus nemini esset, itáq; se aduersus quosuis homines & quacúque in re gesturus velut vita tunc omnino deplorata. At Thebani, eo nuntiato, soliciti extēplo miserūt eò exercitum: cui, quòd infensi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tum essent Epaminondæ, alios duces præfecerunt. Pelopidam tyrannus Pheras abstraxit. vbi primùm, quòd abiectum in calamitate & infractum existimaret, omnibus permisit eum alloqui. At postquam gementes Pelopidas Pheræos consolatus est, quòd nunc impenderet haud dubiè tyranno vindicta, atque illi nuntiari iussit, absonum esse quòd miseros & innoxios ciues quotidie excruciaret & trucidaret, sibi verò, quem certò sciret, si euasisset, pœnas ab ipso persequuturum, parceret, miratus animum & securitatem eius, Quid
B properat, inquit, Pelopidas mori? Quo audito, Vt
534 tu, inquit, magis quàm nunc execrandus pereas maturius. De cætero prohibuit nequis præter domesticos cum adiret. Thebe verò Iasonis filia, vxor Alexãdri, quú accepisset de custodibus Pelopidæ firmitudinem & celsitudinem animi eius, expetiuit eum videre & conuenire. Vt accessit ad eum, & velut mulier, magnanimitatem eius non ilico in tãtis ærumnis perspexit, sed ex squalore, sordibus, & maligno victu coniiciens acerba cum & indigna illo nomine premi ca-
C lamitate, illacrymauit. Primùm, incertus quænam mulier esset, mirabatur Pelopidas. vbi cognouit eam, (quòd consuetudo ei & gratia intercederet cum Iasone) compellauit eam nomine paterno. Quum diceret illa, Miseret me vxoris tuæ, Me verò tui, inquit, quæ soluta feras Alexãdrum. Hæc oratio pupugit Thebeu. Quippe crudelitatem oderat flagitiáque tyranni, qui præter cæteram libidinem, etiam minimum natu fratrem eius in pellicatu habebat. Quare inuisit Pelopidam frequenter, & quú liberè cuomeret apud eum
D miserias suas, dedit ille animum ei & spiritus, atque in Alexandrum incendit eam. Vt verò prætoribus Thebanorum expeditio in Thessaliam sine effectu fuit, ob imperitiámque vel fortunã infestã recesserunt ignominiosè, singulis dixit ciuitas decem millium drachmarum mulctã, misitque cum copiis Epaminõdam. Hic subitò magnus motus fuit arrectorũ claritate ducis Thessalorum. Fortunæ autem tyranni poterant paruo momento conuelli. tanta formido duces & famili-

ares eius incesserat, tantus ardor populares ceperat ad A
defectionem & expectatio futuri, quasi tunc pœnas pendentem aspecturos se tyrannum. Verumenimuerò Epaminondas, cui Pelopidæ incolumitate posterius suum decus erat, veritus ne rebus conquassatis & spe abscissa, ferę modo verteret se Alexander in illum, len- 535
tè prosequutus bellum est, circumuagandóque cum apparatu bellico & cunctãdo præparauit, & compressit tyrannum, vt nec peruicaciam eius & ferocitatem remitteret, neque extimularet acerbitatem & iracundiam. Audiebat enim eius immanitatem, contemptúm B
que honesti atque legum, viuos homines eum defodere, alios pro ludo pellibus tectos aprorum & vrsarum venaticis canibus immissis decerpere & conficere iaculis, Melibœam & Scotusam fœderatas ciuitates & amicas in concione satellitibus vndique circunfusis citra vllum discrimen ætatis contrucidasse, lanceam qua confoderat patruum Polyphronem consecrasse, eique redimitæ vt deo immolare, atque Tychonem appellare. Quum aliquãdo tragœdum Euripidis agẽtem Tro C
adas spectaret, prorupuisse se ex theatro, missóq; nuntio confirmasse hominem atque adhortatum, ne ideo minus prosequeretur ludos, neque enim ideirco discedere se quòd eum fastidiret, sed quòd erubescceret ciues, si se, qui nullius vnquam ab se necatorum fuisset captus misericordia, calamitati illacrymantẽ Hecubę & Andromaches conspicerent. Iste tamen splendore ipso & nomine atque maiestate Epaminondæ ducatus perculsus,

Gallus velut seruus premens alam horruit,

ac citò ad satisfaciendum legatos misit. Ille verò firma- D
re inter Thebanos & istum hominem non sustinuit pacem & amicitiam, sed pactis induciis triginta dierum, receptísque Pelopida & Ismenia reduxit exercitum. Porro Thebani legatos odorati de societate à Lacedæmoniis & Athenienſibus ad magnum regem mitti, legauerunt ipsi quoque Pelopidam, prudenti sane ob celebre nomen eius consilio. Primùm enim ascendit per regis prouincias nobilis & celebratus. 536

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Neque enim segniter percurrerat Asiam. neque obscurè pugnarum cum Lacedæmoniis commissarum splendor. Verùm vt primus de prælio Leuctrico increbuit rumor, recentis semper alicuius accessione victoriæ increscens atque ascendens, ad superiores prouincias longissimè dispersus fuit. Deinde aulicorum oculis, satraparum, ducum, & principum subiectus in magna fuit apud eos admiratione & sermone. Hunc illum esse virum qui terra marique Lacedæmonios profligasset, Spartámq; quæ non multo antè regi
B magno & Persis, duce Agesilao, de Susis & Ecbatanis intulerat bellum, intra Taygetum & Eurotam redegisset. Erant hæc grata Artaxerxi, qui, quo videretur suspici & coli à summis viris, magis auxit existimationem Pelopidæ, & extulit eum honoribus. Vt verò vultum eius aspexit, & orationem audiuit Attica grauiorem, & simpliciorem Laconica, impendiò magis complexus est eum, atque animo verè regio non dissimulauit quanti illum faceret. Neq; eàm fuit cæteros legatos plurimùm illi tribuere: quàuis videretur inter
C Græcos eximio honore Antalcidam prosequutus Lacedæmonium fuisse, quòd coronam, quam in conuiuio capite gerebat, in vnguento mersam ei misisset. At cum Pelopida non egit tanta licentia, sed munera ei splendidissima & amplissima, quæ de more erant, misit, & postulata eius confirmauit vt Græci immunes suis legibus agerent, Messene coleretur, Thebani amici paterni regis haberentur. Cum his responsis nullo dono, nisi quod gratiæ & beneuolentiæ esset pignus, accepto discessit. Quæ res reliquos legatos sugillauit præcipuè. siquidem Timagoram populus Atheniẽsis damnauit necauitq; si ob multitudinem donorum, rectè atq; ordine. Neque enim aurum modò & argentum acceperat, verumetiam pretiosum lectum & seruos lectisterniatores, tanquam rudibus ad
537 ista Græcis: insuper LXX vaccas cum bubulcis, tanquam lacte bubulo ad valetudinẽ opus haberet: denique fuit lectica ad mare delatus, ac quatuor talenta lecticariis mercedis præbita à rege. Atqui non viden-

tur ob sordes illas præcipuè exarsisse in eum Athenien- A
ses, quando Epicrate lixa olim nec dissimulante dona se ab rege accepisse, & profitente rogationem se laturum, vt nouem archontum loco, nouem quotannis legatos ad regem ex popularibus & tenuioribus designarent, quo muneribus auctiores forent, arrisit populus. Cæterùm quòd omnia tributa Thebanis fuissent, id eos momordit: non reputantes Pelopidæ gloria quàm multis splendidis dictionibus & orationibus apud hominem qui semper coleret bellica laude præstantes, præcelleret. Atque hæc legatio B
quidem non mediocre regresso domum Pelopidæ studium, ob Messenes restitutionem & aliorum Græcorum libertatem, peperit. At quia Alexander Pheræus iterum ad ingenium suum relapsus non pauca oppida Thessalis ademerat Phthiotis, vniuerso nomini Achæo atque Magnetum genti imposuerat præsidium, ad nuntium reuertentis Pelopidæ miserunt confestim ciuitates legatos ad petendum suppetias & illum ducem. Ea quum Thebani libentes sciuissent, omniáque protinus parata, ac dux iam esset profecturus, sol de- C
fecit, & caligo occupauit interdiu vrbem. Hoc ostento cernens Pelopidas trepidantem ciuitatem, non putauit pauidos & langueſcentes extrudendos, neque periculo obiicienda septem millia ciuium, sed solum se dedit Thessalis, trahénsque secum trecentos equites voluntarios & externos, profectus est obnuntiantibus vatibus & reliquis ciuibus inuitis: magnum 538
enim existimabant de cælo & inclyto viro factum portentum. At ille cum maiore ira ex prioribus contumeliis exarserat in Alexandrum, tum spon- D
debat sibi ex colloquiis cum Thebe habitis, domum se eius affectam & exulceratam reperturum. Potissimùm autem eum splendor facti acuit auentem & annitentem quo tempore Lacedæmonii Siciliæ tyranno Dionysio duces & præfectos mittebant, & præbitorem Athenienses habebant Alexandrum, eique æneam statuam vt benemerenti posuerant, tunc Græcis ob oculos ponere, solos esse Thebanos

A qui belligerarent pro oppressis tyrannide, & iniustos per Græciam & violentos dominatus obtererent. Vt ergo Pharsalum venit & delectum habuit, mouit raptim in Alexandrum. Qui paucos Thebanos cernens cum Pelopida, quum duplo plures ipse pedites quàm essent Thessali, haberet, occurrit ei ad fanum Thetidis. Quum Pelopidam autem moneret quidam, magna ma nu tyrannum adesse, Bene habet, inquit, plures enim vincemus. Tumuli conuexi & excelsi circa Cynoscephalas appellatas, exporrecti aduersi ad mediũ cãpi erãt: hos occupare ambo peditatu institêre. Equites au-
B tem Pelopidas, qui multi & fortes erant, immisit in hostium equitatum. Vbi hi victores, & fugientium tergis inhærentes, delati sunt in campum, Alexander verò colles illos conspectus est tenere, & in peditatum Thessalorum serius aduentantem, ad asperáque atque edita eluctãtem inuectus, primos interfecit, reliqui vulnerabantur impuné. Eo Pelopidas animaduerso, reuocauit equites, & in globum hostium imperauit dare impressionem. Ipse arrepto clypeo raptim succurrit iis qui in collibus pugnabant, ac per postre-
C mos erumpens in primam aciem, tantum roboris &
530 alacritatis addidit omnibus, vt viderentur etiam hostibus alii esse facti, ac tum corporibus tum animis incumbere. Duas iam aut tres impressiones propulsauerant, quum vident & hos magna vi irrumpentes, & reuertentem ab insequendo equitatum, tunc verò gradum retulerunt. Pelopidas ex edito contemplatus totam hostium aciem nondum quidem vertisse terga, sed fluctuantem vndique & tumultuãtem, substitit, ac
D circumlatis oculis requisiuit Alexandrum. Quem vt conspexit mercenarios milites in dextero cornu cientem, ordinésque restituentem, non repressit ratione iram, sed ad aspectum eius incensus, commisit ardori corpus & rei gerendæ imperium, longéque ante primam aciem inuectus, alta voce prouocauit tyrannum. Ille verò non excepit neque expectauit impetum eius, verùm vitabũdus se inter stipatores abdidit. Mercenariorum qui primi pedem contulerunt, concisi à

Pelopida, nonnulli etiam vulnerati interfectique. Ma- A
xima pars eminus arma eius hastis traiecerunt, cũmque contrucidauerunt, quousque supra modum anxii Thessali ex collibus, ad ferendum suppetias, decurrerunt. Iam prolapso eo aderant equites qui totam pepulerant aciem, & longè fugientes consectati compleuerant strage campos, interfectis amplius tribus millibus. Hic grauem præsentium Thebanorum ex morte Pelopidæ molestiam, patrem, seruatorem, maximarum ac præclarissimarum magistrum virtutum appellantium nemo perinde mirabatur: Thessali verò qui o- B
mnem humanum virtuti debitum excesserunt decretis honorem, multo magis dolore suam aduersus eum benevolentiam declarauere. Fama est eos qui huic prælio interfuerunt, non antè loricam posuisse, non equo 540
frenum detraxisse, non vulnus obligasse, vbi eum cecidisse acceperunt, sed armatos & calentes ad mortuum accurrisse velut spirantem, atque hostium spolia vndique circa corpus cumulasse, totondisse equos, totondisse seipsos multos, quum in tentoria se recepissent, nec ignem accendisse, nec cibum cepisse, silentium & C
mœstitiam vniuersum exercitum occupauisse, nõ quasi clarissimam & maximam obtinuissent victoriam, verùm tanquam à tyranno superati & oppressi fuissent. Ex vrbibus, vbi hæc nuntiata sunt, magistratus, simúlque adolescentes, pueri, & sacerdotes effuderunt se ad excipiendum corpus Pelopidæ, trophæa, coronas, arma aurea ingerentes. Vbi iam efferẽdum corpus fuit, seniores Thessali adierunt Thebanos, postulantes vt permitterent ipsis mortuum funerare, quorum vnus ita verba fecit, Beneficium, socii, à vobis petimus hoc, D
quod ornamento in tanta calamitate nobis & solatio erit. Non enim viuũ Thessali Pelopidam prosequuntur, nec meritos honores sentienti habent, sed si contrectare exanimem licebit, & per nos decorare atque humare corpus eius, fidẽ faciemus vobis, credere nos eladem hãc esse Thessalis quàm Thebanis maiorem. Vos enim bono imperatore tantùm fortuna, nos & hoc & libertate spoliauit. Nam qua fróte alium post-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hac ducem à vobis, non reddito Pelopida, poſcemus? Conceſſerunt ea Thebani. Illo funere ſplẽdidiora fuiſſe dixerit alia nemo qui ſplendorem non ebore, auro, purpura metitur, vt Philiſtus, qui Dionyſii decantat & ſtupet ſepulturam, ſicut magnæ tragœdiæ tyrannidis theatrale exodium. Alexander Magnus defuncto E-
541 phæſtione non equos modò & aſinos totõdit, verum etiam pinnas detraxit muris, quo vrbes loco prioris imaginis ſordida aſſumpta & ſqualida ſpecie viderentur lugere. Sed iuſſa dominorum hæc, quæ magna
B violentia exprimuntur & cum inuidia honoratorum & odio cogentium, nullum ſignificauerunt ſtudium vel honorem, ſed barbaricum faſtum, ſed luxum, ſed inſolentiam, opes in res vanas & illaudatas effundentium. At vir popularis, quem peregrè fato functum, non coniuge, non liberis, non præſentibus propinquis, nemine rogante vel compellente, tam multi populi & ciuitates certatim pro ſe quique proſequuti ſunt, extulerunt & coronis decorarunt, iure viſus eſt ſummam aſſequutus beatitudinem. Non e-
C nim (vt Æſopus ait) mors eſt felicium acerbiſſima, verùm beatiſſima: quæ res bonorum virorum lætas ſecuro loco depoſuit, & fortunæ declinauit conuerſionem. Melius ergo Lacon ille qui Olympionicem Diagoram, quum ſpectaſſet filios ille victores Olympiæ, ſpectaſſet etiam nepotes ex filiis & filiabus, ſalutans, Morere Diagora, inquit: non enim in cælum aſcenſurus es. Olympicas autem & Pythicas laureas nemo, opinor, in vnum collectas omnes vni dignetur conferre Pelopidæ certaminum: quæ quum multa
D decertaſſet, & victor euaſiſſet, vitámque penè omnem glorioſè & honorificè traduxiſſet, tandem in decimatertia bœotarchia, coniunctum cum tyranni oppreſſione decus obiens, pro Theſſalorum expirauit libertate. Mors eius quanuis valde grauis fuerit ſociis, magis fuit tamen fructuoſa: ſiquidem Thebani ſimulatque fatum Pelopidæ intellexerunt, nulla interpoſita vl
542 ciſcendi mora, eduxerunt raptim, Malcite & Diogitone ducibus, exercitum ſeptem millium peditum & ſe-

ptingentorum equitum. Quum autem reperiſſent de- A
iectum Alexandrum & viribus truncarum, compulerunt eum vt Theſſalis, quæ ademerat iis, oppida reſtitueret, Magnetas, Phthiotas, Achæos liberaret, & præſidia inde deduceret, denique ipſe iuraret eoſdem ſe, quos Thebanos, hoſtes habiturum. hac mulcta ſatiati Thebani fuere. Quas verò paulo pòſt ob Pelopidam pœnas diis dederit commemorabo. Theben eius coniugem primùm Pelopidas (vti diximus) docuit ne trepidaret ſplendorem & apparatum tyrannidis externum armis vallatum & fugitiuis. Deinde ipſa B
metuens hominis perfidiam, & crudelitatem exoſa, coitione cum tribus fratribus ſuis facta, Tiſiphono, Pytholao, Lycophrone, inſidias ei ad hunc modum ſtruit. Cætera ædium tyranni ſtatio excubantium ſeruabat, cubiculum verò vbi ſolebant quieſcere in edito erat, pro quo canis deligatus, omnibus, niſi ipſis & vni ſeruo qui eum curabat, horrendus, agebat excubias. Quo tempore eum ſtatuerat Thebe adoriri, fratres iam de die in conclaue quoddá abdiderat propinquum. Ea more ſuo ad Alexandrum ſola iam C
ſopitum ingreſſa, ac mox egreſſa, ſeruo foras iuſſit canem abducere, velle illum dicens quietè dormire. Scalas etiam, vetita ne ſtrepitum ederent aſcendentibus adoleſcentibus, conſtrauit lana. Inde ad thalamum fratres gladiis accinctos adduxit: quibus pro foribus relictis, ingreſſa eſt ipſa. Enſem, qui ſupra caput eius ſuſpenſus erat, detractum in ſignum, recubuiſſe cum ſomno ſtratum, oſtendit fratribus. Hic adoleſcentes terrore exanimatos & torpeſcentes illa lacerans probris ac frendens deierauit, Alexandrum ſe excita- D
turam, conſiliúmque ei aperturam. Ita pudore ſimul 543
& metu perfuſos introduxit, luménque admouens circumiecit eos cubili. Quorum vnus apprehendit preſſitque pedes, illius caput alter crinibus correptum retorſit, tertius enſe feriens obtruncauit eum. Ac mortis quidem celeritate citius fortaſſe quàm oportuit defunctus eſt. Vno verò hoc quòd primus omnium tyrannorum à propria ſit vxore ſublatus, & poſt obitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cadauer cum contumelia proiectum à Pheræis concuſcatúmque, dignum facinoribus ſuis exitum viſus eſt inueniſſe.

PLVTARCHI

M. MARCELLVS.

B  . CLAVDIVM, qui conſul Romanus quinquies fuit, patrem habuiſſe Marcum memorant. Primum ſuæ gentis tradit Poſidonius vocatum Marcellum, quaſi Martialem. Fuit enim vſu rei militaris peritus, corpore robuſtus, manu ſtrenuus, bellator natura. Igitur ferociam hanc ingentem & feruorem ad prælia attulit: reliqua modeſtus, humanus, Græcarum literarum & diſciplinarum hactenus, vt coleret præſtantes in iis & C in admiratione haberet, ſtudioſus, ſed parem voluntati nõ eſt exercitationem in iis, neque doctrinam propter occupationes aſſequutus. Nam ſiquos homines deus alios, vt ait Homerus,

A teneris ſoluit Gerſare Marte feroci
Vltimum in Gſque diem,

voluit certè principes eius memoriæ Romanos. Qui iuuenes bellum cum Pœnis, in Sicilia conſtante ætate, de ipſa Italia cum Gallis habuerunt, ad poſtremum
544 cum Annibale & Pœnis iterum iam colluctati ſunt ſe-
D nes, caruerúntque, contrà ac vulgus, in ſenio vacatione militiæ, quòd pro nobilitate atque virtute proueherentur ad gerenda bella & imperium. Marcellus autem nullius generis pugnandi expers vel rudis, pugnãs ex prouocatione vicit ſeipſum. Quare à quocunque prouocaretur, non detrectauit, omnéſque interfecit à quibus eſſet prouocatus. Fratrẽ in Sicilia Otacilium circumuẽtum protexit ſeruauítque, & hoſtes qui eum premebant occidit, ob quæ facta coronis iuuenis a-

liſſque præmiis eſt ab imperatoribus donatus. Quum A
verò magis ac magis virtus eius enitеſceret, creauit eũ ædilem curulem populus, pontifices augurem. (Sacerdotium id eſt cui potiſſimùm auguriorum procurationem obſeruationémque lex attribuit.) In ædilitate ex caſu quodam neceſſe habuit accuſationẽ inſtituere. Filium habebat Marcum cum forma in flore ætatis inſigni, tum moribus & eruditione rara, vt eum ciues admirarẽtur. Hunc laſciuus & audax homo amore deperiẽs, collega Marcelli, Capitolinus attentauit. Cuius tentationem adoleſcens primùm per ſe reiicit: vbi ille eum iterum appellat, defert rem ad patrem. B
Id iniquo animo ferens Marcellus, accuſat hominem in ſenatu. Qui appellatis tribunis plebis, varia diuerticula, varias præſcriptiones molitur, neque his prouocationem recipientibus inficiatione reiicit crimen. Quia verò tentatio Capitolini remotis arbitris fuerat, placuit ſenatui puerum accerſere. Cuius ruborem & lacrymas præſentis, mixtúmque flagrantiſſima ira pudorem quum cernũt patres, nullo vltrà quæſito indicio, damnant Capitolinum, litémque pecunia æſti- C
mant, ex qua menſam argentariam fecit Marcellus, quam diis dicauit. Porro primum bellum Punicum vigeſimo & altero anno finitum, ſemina rurſus tumultus Gallici Romæ exceperunt. Iberes, qui regionem 545
Italiæ ſubalpinam incolebant, gens Gallica vel per ſe pollens, milites ex cæteris Gallis mercenaria ſtipendia merentes, qui Gæſatæ vocantur, exciuerunt. Miraculum autem fuit & felicitas populi Romani, quòd in Punicum non incurriſſet bellum Gallicum, ſed velut ſpectatores, vt integri aſſurgerent in victorem, dum il- D
lud gereretur, bona fide quieuiſſent, tũc autem victores adorirentur laceſſerẽntque otioſos. At non mediocrem pauorem tamen ſuſcepturis bellum Romanis propinquum & finitimum, vicinia & antiqua gloria iniecit Gallorum: quos timuiſſe eos præ cæteris, quòd vrbem aliquando cepiſſent, apparet. A quo tempore lege cautum fuit vacationem põtificibus niſi tumultu Gallico eſſe. Trepidationis argumentum, qua belli

Universidad de Deusto
Biblioteca

A apparatus (neque enim tot vno tempore legiones habuisse in armis populus Romanus vel antè vel pòst vnquam fertur) qua sacrificia extraordinaria fuêre. Qui quum ab institutis barbarorum & immanium gentium essent alieníssimi, ac de diis imprimis cum Græcis & piè sentirent, tum bello ingruente ex vaticiniis librorum Sibyllinorum Græcum & Græcam, simúlque Gallum & Gallam in foro boario, quod vocant, sub terra viuos demisere: quibus ad hunc vsque diem Græcis & Gallis sacra arcana & nefanda faciunt
B mense Nouembri. Per initia huius belli quum Romani nunc insignes victorias obtinerent, nunc fœdè exderentur, nihil perfectum ad summam belli, donec C. Quintius Flaminius, & P. Furius Philo consules in Insubres ingentes copias duxêre. Tum, qui per agrum
546 Picenum perfluit, amnem sanguine conspexerunt manantem. Fama fuit tres lunas visas Arimini. Comitiis autem consularibus vitio creatos cósules augures obnuntiauerunt. Extemplo igitur misit in castra senatus literas, quibus consules accersiuerunt & reuocauerunt
C Romam, vt consulatu se primo quoque tempore abdicarent, nec quicquam pro imperio aduersus hostes gererent. Eas allatas Flaminius non prius quàm fusis fugatisque barbaris fines eorum esset depopulatus soluit. Quare redeunti cum ingenti præda non prodiit obuiam populus, imò, quia literis, quibus retrahebatur, non paruisset statim, neque dicto audiens fuisset, eas ludibrio & cõtemptui habuisset, nihil propius factum est quàm vt ei negaret triumphum. Secundum triumphum abrogauit ei extemplo cum col-
D lega magistratum, cósque redegit in ordinem. Ita omnia Romæ ex religione pendebant. Auspicia ritúsque veteres, ne si secundissimi quidem rerum sequerentur cursus, ferebant negligi, antiquius ad salutem publicam rati, si magistratus deos suspicerent quàm si superarẽt hostes. Itaque Tiberius Sempronius, quem virtutis & probitatis gratia ciues plurimi fecerunt, successores creauit consul Scipionem Naficam & C. Martium. Quum iam in prouincias profecti illi essent,

incidit in libros ad sacra populi pertinẽtes: vbi quid- A
dam, quod latuerat ipsum, solenne reperit. id hoc fuit: Quum auspicaretur consul, in domo extra vrbem vel in tabernaculo ad id conducto sedebat. quòd siqua de causa redire in vrbem nullisdum visis certis signis cogeretur, relinquendum erat prius conductum tabernaculum, & quærendum alterum, ex quo de integro seruaret de cælo. Hoc quũ Tiberium (vti reor) 547
falleret, bis eodem vsus illos, quos dixi, renuntiauit consules. Cognito pòst vitio, rem ad senatum retulit: neque neglexit adeo minutam offensionem sena- B
tus, scripsit Scipioni Naficæ & C. Martio, qui relictis prouinciis, ilicò Romam regressi, deposuerunt magistratum. verùm hæc pòst insequuta sunt. Verùm illa tempestate duobus clarissimis viris sacerdotia sunt adempta, Cornelio Cethego, quòd exta hostiæ non ritè porrexissent: Q. Sulpitio, quia immolãti apex, quem gestant flamines, de capite ei defluxisset. Minutio dictatori, qui magistrum equitum dixerat C. Hamtmum, quia stridor soricis auditus erat, imperium abrogarunt, aliósque suffecerunt. Neque his tamen tam C
anxiè obseruandis minutiis, quia nihil variabant nec excedebant maiorum instituta, in vllam impingebant superstitionem. Vt consulatu se Flaminius cum collega abdicauit, M. Marcellus per interreges consul declaratur. Qui inito magistratu, collegam sibi allegit Cn. Cornelium. Fama fuit multum pacificantibus Gallis & inclinante ad quietem senatu, inflammasse Marcellum ad bellum populum. Attamen conuenit pax, quam rupisse dicuntur Gæsatæ, qui ad triginta millia, superatis Alpibus, Insubres concitauerunt, iis- D
que coniunxerunt se: quorum etiam longè plures erant legiones, inflatique animis rectà Acerras petierunt, in ripa Padi amnis positam vrbem. Inde Gæsatarum rex Viridomarus, decem millibus militum assumptis, regionem circumpadanam vastauit. Quod vbi perlatum ad Marcellum est, collega ad Acerras cum peditatu, vniuersáque graui armatura, & tertia parte equitum relicto, reliquum equitatum secum trahens, 548

A & ex peditibus expeditissimos quosque ad sexcentos, nec die nec nocte, raptim agmine facto, remisit iter, dum ad hostes peruenit iuxta Clastidium vicum Galliæ qui non multo antè in ditionem Romanorum venerat. Nec spatium reficiendi militis vel quietis dandæ habuit. Confestim enim senserunt aduentum eius barbari qui iam aderant, contẽpserúntque eum, quòd paucos admodum pedites secum haberet. Equitatus verò Galli, quum optimi ipsi equites sint, eáque re plurimum videátur præstare, & in præsentia quidem superarent numero quoque Marcellũ, nullam rationem
B duxêre. Ergo protinus ruunt, velut eum conculcaturi, magno impetu, & sæua minitantes. Ante signa versabatur rex. Hic Marcellus, quia pauci sui erant, ne circundarentur circunfunderentúrque ab hostibus, alas equitum promouit, atque equo circũuectus extenuauit, produxitque cornu, dum prope hostem venit. Ibi, dum aciem in hostes dirigit, equus eius vlulatu illorum expauefactus retrò cedit, vique Marcellum auertit. Ille veritus ne ea res permoueret in omen versa milites, equum properè in sinistram flectit, & ad ho-
C stes conuertit, solémque ipse adorat, vt si non casu, sed eius rei causa circumegisset equum. Solenne est enim Romanis, quum adorant deos, in orbem se conuertere. Quum iam ad manus ventum esset, fertur præstantissima hostium arma Ioui Feretrio vouisse. Ibi Gallorum rex conspicit Marcellum, & ab insignibus coniiciens ducem esse, longè ante aciem prouectus est, simúlque alta voce lacessens eum & hastam vibrans,
549 admittit infestus in eum equum, proceritate inter Gallos exuperans, armísque ex auro & argento fabrefactis, & varia picturatis tinctura, instar fulguris insignis radiantis. Quæ arma lustranti oculis aciem Marcello, vt visa sunt præcellentissima, eáque votis se facturum diis existimans, in regem impetum dedit, thoracémque eius hasta transfixit, tum libramento equi premens in terram præcipitauit eum, alterum deinde ac tertium repetens ictum occidit. Mox desiliit ex equo, iniectáque mortui armis manu, suspiciens in ex-

lum ita fatur, Arbiter insignium factorum ducum, & A
actuum imperatorum in bello atque præliis, Iupiter Feretrie, te teste dux ducem, consul regem manu mea tertius ego hunc confossum interfeci: tibi consecro prima & præstantissima ex spoliis. Tu ad reliquias belli pergentibus eundem tribue fortunæ cursum. Hinc concurrunt equites non cum solis seorsum equitibus, sed cum inferentibus se simul peditibus quoque confligunt, referúntque singularem victoriam, modóque nouam ac stupendam. Neque enim equitatum & peditatum tam pauci tam numerosum (quod quidem proditum memoriæ sit) vnquam vel antè vel pòst fude- B
runt. Hostibus magna ex parte cæsis, lectísque spoliis, reuertitur ad collegam: cui res aduersus hostes bellum gerenti ad vrbem Galliæ maximam & frequentissimam (Mediolanum vocant) malè cedebat. Hanc Galli cisalpini pro capite habent. quare, pro ea acriter propugnantes, non tam obsidebantur quàm obsidebant Cornelium. At reuerso Marcello, & Gæsatis, vbi de regis clade ac cæde certiores facti sunt, se recipientibus capitur Mediolanũ. Reliqua oppida vltrò Galli, suá- C
que omnia dedunt Romanis. Gallis pax satis æqua data. Marcellus ex senatusconsulto solus triumphauit. 550
Triumphus fuit reliqua magnificentia, opulẽtia, spoliis, immanibus corporibus captiuorum cum primis memorabilis. Verùm omnium gratissimum spectaculum & rarissimum ipse fuit dux, qui arma barbari deo tulit. Ex quercu eximiæ excelso & recto stipite detruncato parauit in modum trophæi ferculum. Deligauit ex eo & suspendit in orbem spolia, singula aptè & decorè annectẽs. Prægressa pompa portans ferculum con- D
scendit currum, ac triumphalis imago ipse illius memoriæ pulcherrima speciosissimáq; inuectus vrbẽ est. Exercitus sequut' est fulgẽtibus armis ornatus, Iouémque & imperatorẽ carminibus compositis atque cantilenis victorialibus concelebrauit. Tẽplũ inde ingressus Iouis Feretrii donũ dedicauit tertius & vltimus ad nostrã vsq; memoriã. Primus opima spolia occiso Cæninensiũ rege Acrone retulit Romulus, de Volumnio

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Herrusco secundus Cornelius Cossus, ab his Marcellus de Gallorum rege Viridomaro, post Marcellum nemo. Deus cui consecrantur, Iupiter Feretrius vocatur, à trophæo, quod feretro gestabatur, deducto nomine è lingua Græca, quæ passim sermoni Latino erat etiam tum confusa. Alii esse cognomen Iouis fulminantis affirmant à feriendo dictum. Sunt qui deductum volunt ab ictibus qui in bello inferuntur. Nam nunc etiam in conflictibus quum hostibus instant, ad feriendum crebrò adhortantur se mutuò. Hæc spolia vocantur peculiariter opima, licet in cõmentariis dicant
B Numam Pompilium primorũ opimorum spoliorum, secundorum & tertiorum meminisse, eúmq; præscri-
551 bere, prima capta vt Ioui Feretrio cõsecrentur, Marti altera, tertia Quirino, præmiúmq; sit primis asses trecenti, secundis ducenti, tertiis centum: fama obtinet tamen sola in honore illa esse quæ in acie, & prima, & duci ab se interfecto detrahit dux. verùm de his satis. Illa victoria populo Romano bellúmque profligatum vsqueadeo fuit acceptum, vt Apollini Delphico donum crateram auream centum põdo gratiæ referendæ
C causa mitterent, partémque magnam prædæ donauerint sociis ciuitatibus, ac multa ad regem Syracusarum amicum & socium Hieronem curauerint ferenda. At quo tempore irrupit in Italiam Annibal, missus cum classe Marcellus in Siciliã est: mox Cannẽsi clade, qua multa millia mortalium perierũt, accepta, quum pauci incolumes Cannusium se ex fuga recepissent, & Annibal timerent, qui robur exercitus Romani deleuerat, ne Romam cuestigio raperet agmen: Marcellus primùm ad præsidium vrbis misse quingentos milites,
D quos in classem scriptos habebat, misit. Inde ex senatusconsulto profectus Cannusium, accepto quod eò militum confluxerat, eduxit eos munimentis ad arcendam populationem. Principes autem Romani ac proceres in prœliis plerique ceciderant. Fabii verò Maximj, cuius propter fidem & prudentiam maxima erat autoritas, curam in cauendo nequid acciperet detrimenti nimium anxiam conquerebantur segnem

ad res gerẽdas & timoris plenã esse. Quum autẽ hunc A
prospiciendæ securitati satis esse considerent, haud tamen ad repellendum hostem ducẽ satis acrem, Marcellum eiúsque fidentiam & promptitudinem cum illius temperantes componentésque cautione atque prouidentia, nunc ambos cum imperio consulari, nunc
552 alterum consulem, alterum proconsulem aduersus hostes misere. Tradit Posidonius fuisse Fabium clypeum, Marcellum ensem appellatum. Ipse certè confitebatur Annibal timere se vt pædagogum Fabium, Marcellum vt aduersarium. ab illo, nequid mali in- B
ferret prohiberi se: ab hoc, etiam accipere. Quum autem apud Annibalis milites multa ex eius victoria licentia & ferocia creuisset, dilapsos ex castris, prædas ex agris agentes adortus, concidebat eos, paulatimque copias illius atterebat. Hinc quum Neapolitanis & Nolanis opem ferret, superiorum, quum Romanis essent sua sponte satis fidi, confirmauit animos. Nolam verò ingressus discordiam ibi inuenit, quòd senatus plebem, quæ erat tota Annibalis, neque regere neque valeret cõtinere. Erat Bãtius in oppido inclytus C
nobilitate & virtute vir. Hunc, quí acerrimè ad Cannas certasset, multis interfectis hostiũ, ad postremum in aceruo cæsorum cadauerum inuentum & coopertum iaculis, honorauerat Annibal, & non modò cum sine pretio domum remiserat, sed addiderat insuper dona, atque ius cum eo amicitiæ & hospitii contraxerat. Ob eius gratiam meriti vnus erat eorum qui trahebant rem ad Annibalem, pollénsque opibus populum ad res nouas solicitabat. Eum vt interficeret Marcellus tam insignẽ virum, maximisq; defunctum cum D
Romanis periculis, non potuit in animum inducere: sed, quum præter singularem humanitatem ipse delinire homines sermone nosset, & conciliare sibi elatum animum, vbi ad se Bantius aliquando salutandum venisset, quisnam esset rogauit, non quin iam dudum sciret, sed ingressum & occasionem quærens colloquii. Vt L. Bantium se dixit esse, Marcellus, quasi
lætus & mirabundus, Túne, inquit, ille es Bantius,

A quem Romani præ cæteris, qui ad Cannas dimicauerunt, in ore habent, prædicántque solum non destituisse consulem Paulum Æmilium, sed plurima tela in illum directa suo excepisse corpore? Annuente Bantio, & aperiente ei cicatrices suas, Quin tu, inquit, quum tanta feras vestigia beneuolentiæ erga nos tuæ, me statim adisti? An verò tibi maligni videmur referenda bene meritis gratia, quibus est honos vel apud hostes? Præter hanc comitatem verborum complexus iuuenem, equum eximium bigatósque quingentos ei dono dat. Inde fidelissimus adiutor Marcello sociúsque, & index B atque delator res nouas molientium acerrimus fuit. Erant hi multi & consilium inierant, quum fecissent Romani eruptionẽ in hostes, impedimenta eorũ diripiendi. Itaque in vrbe quũ exercitũ Marcellus instruxisset, impedimenta statuit prope portas, vetuitque edicto Nolanis muros adire. Nusquam arma ex vrbe apparebant, eáque re illexit Annibalem, vt ad vrbem quasi essent illic omnia tumultus plena, minus composito agmine moueret. Ibi Marcellus proxima patefacta porta, vti præceperat, cum flore equitum in fron- C tem irrúpens, confligit cum hostibus. Mox pedites ex altera porta cum clamore accurrunt. Et dum opponit his partem copiarum Annibal, tertia reseratur porta, ex qua reliqui erumpunt, atque omni ex parte instant trepidantibus re inopinata, nec satis valide resistentibus iis quibuscum manus conseruerant, ob incursum posteriorum. Hic primùm milites Annibalis ingenti pauore, multísque vulneribus ad castra vsque impulsi, terga dederunt Romanis. Cecidisse di- D cuntur amplius quinque millia, ex Romanis non plus quingentis desiderati. Liuius non tantam affir- 554 mat victoriam fuisse, neque stragem tantam edit im hostium, gloriam certè eximiam Marcello, ac Romanis ingentem ex calamitatibus fiduciam eam pugnam attulisse: quòdin spem venirẽt, non esse, quicum certabant, inexuperabilem, neque inuictum hostem, sed etiam cladibus opportunum. Itaq; altero defuncto consule, populus absentem reuocauit Marcellum, vt eum

in locum illius sufficeret, obtinuítque inuitis magistra A tibus, vt comitia consularia in aduentum eius extraherentur, atque omnibus suffragiis crearetur consul. Cæterùm quia tonuerat, vitio creatum consulem pronuntiantibus auguribus, nec obnuntiare apertè populi metu sustinentibus, ipse abdicauit se magistratu, non tamen imperium detrectauit, sed proconsul creatus, atque in castra ad Nolam reuersus, agros eorum qui sequebantur partes Pœni ferro & igni vastauit. Qui quũ propere suppetias contra eum venisset dimicare acie Marcellus, quũ ab Annibale lacesseretur, detrectauit. Verùm quum misisset ille partem copiarum B prædatum, nec iam prælium expectaret, infesto exercitu irrupit in eum. Distribuerat lanceas peditibus oblongas, qualibus in prælio nauali vti mos est, docuerátque eminus eas magna vi in hostes intorquere iaculandi imperitos, qui breuibus spiculis cominus vtebantur. Quæ causa videtur fuisse cur ea in pugna terga dederint Pœni, quicunque concurrerunt, ac fœdè fugerint. Ceciderunt ex iis quinque millia. Elephanti quatuor occisi, duo capti. Quod verò maximi fuit mo C mẽti, tertio pòst die plus trecẽti equites, missi Hispani Numidæque, transfugerunt ad eum, id quod Annibali ad eam diem non acciderat, quum ex colluuione dissonarum discrepantiúmque coactum nationum ferum exercitum in summa consensione perdiu continuisset. Illorum equitum fidei opera toto eo bello vsi sunt Marcellus eiúsque successores. Marcellus creatus tertiùm consul traiecit in Siciliam. Successus e- 555 nim Annibalis excitauit Carthaginienses ad asseren- D dam de integro eam insulam, potissimùm quia omnia Syracusis perturbata post necem Hieronymi tyranni fuerant. Qua de causa præmiserant eò Romani quoque legiones & prætorem Appium. Eum accipienti exercitum Marcello, ad genua se proiiciunt magno numero Romani milites ex calamitate huiusce modi: Qui ad Cannas cum Annibale pugnauerant, partim fugam conscíuerant, partim viui in potestatẽ hostium venerant tanta multitudine vt non superesse ne qui mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ros quidē tuerentur putarentur Romani. Fuit autem adeo elato & magno animo & cōstantia ciuitas, vt nec captiuos, quum redimere ab Annibale paruo liceret, vellet, imò senatusconsulto negaret, maluitque vt vel interficerentur, vel extra Italiam venundarentur. Quicunque fugā euaserant, hos iussit in Siciliam deportari, neque in Italiam, dum cum Annibale esset debellatum, reportari. Hi ergo Marcellum, postquam aduenit, frequentes adierunt, supplices atque ad genua eius procumbentes honestum ordinem militandi postulauerunt multo ciulatu lacrymisque, re ostensuros pollicentes se, aliquo infortunio potius quàm ignauia sua eladem illam acceptam fuisse. Eos miseratus Marcellus petiit per literas à senatu vt liceret semper supplere ex iis legiones suas. Verùm re multùm agitata decreuit senatus, Militibus ignauis senatui videri nihil remp. committendam esse: si M. Claudio fortasse aliter videretur, vteretur iis, dum nequis eorum corona vel dono militari virtutis ergò ab imperatore donaretur. Hoc senatusconsultum momordit
C Marcellum, ac quum reuersus Romā esset, bello perpetrato Siculo, exprobrauit senatui, quòd optimè sibi de rep. merito id negasset, vt releuare posset tantum numerum ciuium calamitate. Sub idem tempus primùm lacessitus iniuriis Marcellus à prætore Syracu-
556 sano Hippocrate (qui vt studium suum probaret Carthaginiensibus, sibique tyrannidem pararet, in finibus Leontinorum multam cædem ediderat Romanorum) vrbem Leontinorum obsessam expugnauit: neminem tamen violauit oppidanorum. Transfugæ tantùm, quoscunque cepit, virgis cæsi & securi percussi.
D Hippocrates autem nuntium Syracusas præmisit, Marcellum omnes puberes eo in oppido occidisse. Inde tumultuantibus superueniens, vrbem occupauit. Igitur mouit cum omni exercitu Marcellus Syracusas, castrisque prope murum positis, misit in vrbem legatos qui Syracusanos, quid actum in Leontinis esset, edocerent. Vbi nihil profectum, quòd non sui arbitrii Syracusani essent, quia potestas omnis erat penes Hip-

pocratem, terra marique cœpta oppugnari vrbs. Pedi- A
tatum omnem Appius admouit. Marcellus cum LX quinqueremibus, omni genere armorum & missilium instructis, ingentique ponte in octo nauibus colligatis constrato, quo tormentum portabat, aggreditur muros, copia & magnificentia apparatus, suaque nixus gloria: quæ facilè ab Archimede atque eius machinamentis eludebantur. Horum ille tanquam operæpretium nihil instituerat, sed ea ferè in geometria veluti luserat. Pridem rex contenderat & induxerat
Hiero Archimedem, vt speciem huius artis ab intelle- B
ctu in opus educeret, & rationem aliqua ex parte per sensum vsui aptatam in medium proferret. Nàque celebratum hanc & decantatam machinalem scientiam principes cœperant mouere Eudoxus & Archytas, hac elegantia illustrantes geometriam, & propositiones à demonstratione, quæ ratione & euidentia explicetur, remotas confirmantes sensui subiectis organorum exemplis. Vt illam de duabus mediis lineis à demonstratione alienam propositionem, elementum ad multa
delineanda necessarium, vterque organorum molitio- C
nibus exprompsit, à curuis lineis & sectionibus inter- 557
medias quasdam deflectentes. Vt verò infensus acriter in hos inuectus est Plato, quòd corrumpere eos & perdere diceret bonum geometriæ, quæ iis quæ corpore libera essent, & in notione posita animi, relictis ad sensui obnoxia conuerteretur, corporáque rursus assumeret, vbi multum odiosi otii sordidique requireretur, ita erecta & semota à geometria machinalis ars, diúque à philosophis despecta delituit inter artes
militares. Archimedes autē ad regē Hieronem, cuius D
propinquus & amicus erat, tantula vi quantūlibet posse scripsit pōdus moueri. Iactauit etiā vi nixus demonstrationis, si altera terra suppeditaret, digressum in illā hanc se de sede sua emoturum. Id quū Hiero stuperet, atque vt in opus educeret eam quæstionē oraret, molemque aliquam insignem à parua machina ostenderet impulsam, nauem onerariā ex regio emptā nauali, quæ trahi in terram nisi ingenti labore, & per multos

A homines nõ poterat, impositis multis vectoribus, onerequé solito, ipse procul sedens, non magno conatu, sed sensim caput artemonis manu mouens, rectam nec vsquam hæsitantem, ac quasi per mare attraxit currentem. Obstupefactus rex perspecta artis facultate, perpulit Archimedem vt sibi machinas instrueret ad quamlibet oppugnandi rationem accõmodatas, quibus vel ad propulsandum periculum, vel ad oppugnandas vrbes vteretur. His tamen vsus ipse non est, quòd ferè totam vitam in otio & summa fortunæ indulgen-
B tia traduxerit. Tunc verò apparatus ille Syracusanis in tempore ad manum fuit, & ipse cum apparatu machinator. Vt igitur muros Romani ex duabus partib⁹ adorti sunt, pauor Syracusanos stupórque ex metu defixit, nihil obsistere contra eam vim & vires posse
558 putantes. At vbi tormenta Archimedes laxauit, simul missilia omnis generis, & ingentis ponderis saxa in terrestres copias horrendo fragore atque impetu delata misit: aduersus eam vim consistere poterat nemo, sed prosternebant confertim eos in quos incidissent, ordinésque turbabant. Naues edita repẽtè ex muris antennarum cornua, partim graui impulsus supernè libramento deprimebant, partim ferrea manu vel rostro, ad gruini modum, quum suspendissent ex prora, in puppim statuebant, deinde demergebant, aut per machinas intus attractæ & rotatę cõtrarias præruptis saxis, quæ prominebant sub mœnibus, cum magna classiariorum pernicie illidebantur. Aliquoties in sublime nauis sublata, visu horrendum, hùc atque illuc reuoluebatur, suspendebatúrque, donec deiectis nauticis at-
D que cõfixis muro, inanis impingeret vel decideret remissa. In machinam, quam ex ponte admouit Marcellus, sambuca à similitudine organi musici vocabatur, quum procul etiam adgeretur ad murum, saxum decem talentorum excussum est, alterum inde ac tertium, atque ea ingenti incussa vi & fragore, basim conuulserunt machinæ laxauerúntque compaginem atque à ponte diuulserunt. Ita anceps consilii retrò cum nauibus cessit Marcellus, terrestribúsque copiis signum

receptui dedit. Consilium inde ceperunt nocte muros, A
siqua fieri posset, subeundi: quia funibus vtendum Archimedi contentis erat, interiores milites ictibus tormentorum ratus fore: itáque tela, quòd non ex satis magno interuallo torquerentur, planè irrita casura. Ille enimuerò multo antè instruxerat ad id accommodata omni interuallo tormenta, & tela breuiora, sed
559 quæ mitterentur densiora, multáque & crebra vulnera inferrent. Iam scorpiones modicos parauerat, qui oculos fallebant hostium, quibus figerentur ex propinquo. Vt igitur mœnibus successerunt, quum maxi-
B mè fallere putarent hostem, iterum grando in eos missilium ingesta. Quúmque saxa prouoluta velut ad perpendiculum in capita oppugnantium, & sagittæ ex omni parte muri ingererentur, receperunt se. Quorum ex maiore interuallo iaculis emissis ingens edita strages abeuntium, nauiúmque collisio, quum lædere ipsi nihil valerent hostes. Quippe machinamenta Archimedes sub muro instruxerat pleraque. Vnde Romani arbitrabantur se, quòd vnda malorum obrueret eos ex occulto, quasi cum diis pugnare. Marcellus tamen
C euasit saluus, suósque irridens artifices & fabros, Quid nos, inquit, pergimúsne cum hoc geometrico pugnare Briareo, qui oppugnationem naualem nostram ad mare desidens fœdè eluisit? Næ ille quidem fabulosos Centimanos superat, qui tantam vim in nos vno tempore ingessit telorum. Et nimirum reliqui Syracusani corpus Archimedis apparatus omnes erant quem moueret omnem & torqueret anima vna: nam reliquis remotis armis hostes solis illius & Romanos infestabant, & salutem suam protegebant. Denique quum
D tanta trepidatio cepisset Romanos, vt si vel funiculum vel exiguũ lignum ex muro conspexissent, eo ipso machinam aliquam mouere in ipsos vociferantes Archimedem, terga verterent, fugeréntque: absistens Marcellus prorsus à cõflictu & oppugnatione, ponit spem reliquam in longa obsidione. Atqui eos spiritus Archimedes, eam altitudinem ingenii, tantásque præce-
560 ptorum diuitias tenuit, vt quum per ea nomen atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

A opinionẽ sibi parauisſet non humanæ ſed diuinæ ſciẽtiæ, nullum de his relinquere cõmẽtarium ſuſtinuerit: verùm illa in parandis machinamẽtis induſtria, atque adeo omni quæ ad vſum ſe applicaret & ad vtilitatem, arte pro humili & ſordida repudiata, in iis tantùm poſuerit ſtudium ſuum, quæ præclara & eximia per ſe, neque vlli adſtricta neceſſitati eſſent, non conferenda quidem cum aliis, ſed quæ certamen excitent cum materia demonſtrationi, quũ illa mole & ſpecie, exquiſita hæc certitudine & vi excellat incredibili: neque enim implicatiores in gometria & contortas magis
B quæſtiones, in ſimplicioribus liquidioribuſque conſcriptas elemẽtis inueniar. Id dexteritati illius ingenii alii attribuunt: alii ad laborem referendum putant potius indefatigatũ, quo quidois cum efficere veriſimile ſit facilè & citra ſudorem potuiſſe. Nam ſi quæras, per te non inuenias demonſtrationem illius quæſtionum: vbi didiceris, potuiſſe putes te eam vel tua ſponte inuenire, adeo ſtrata eſt via atque expedita, quæ ad id quod intendit demonſtrare perducit. Quare non ſunt reiicienda illa quæ de eo feruntur, à ſua quadam & fa-
C miliari Archimedem perpetuò demulcitum Sirene, & cibi obliuiſci & corporis curam relinquere ſolitum: quúmque raperetur ſubinde inuitus ad vngendum corpus & ad balneum in foco figuras geometricas exarare: & dum vngeretur, ducere digito lineas, tanta illum dulcedine artis captum & reuera inflammatũ fuiſſe. Quum autem multa & præclara inueniſſet, dicitur ab amicis & propinquis petiſſe vt vita defuncti cylindrum ſphæram complectentem ſepulcro imponerent, inſcriberéntque proportionem, quatenus ſolidum continens excedat contentum. Atque is Archimedes quũ
D eſſet, inuictum ſe vrbémque, quantũ in ipſo eſſet, præſtitit. Dum trahitur obſidio, Megaram Marcellus an-
561 tiquiſſimam vrbem Siciliæ vi capit. Expugnat etiam apud Accilas caſtra Hippocratis, cæſis plus octo millibus, quum munientibus ſuperueniſſet. Percurrit inſuper latè Siciliã: quo tempore reduxit oppida à Carthaginienſibus, fudítq; omnes qui conferre ſigna cum

ipſo auſi ſunt. Per obſidionis moram Damaſippus quidam Lacedæmonius, nauigio ſoluens ex Syracuſis, captus à Marcello eſt. Hunc redimere quum Syracuſani cuperent, & ſæpius de eo cõgrederetur agerétque, turrim quę occultè capere milites poſſet, propterea quòd murus propter eam ſuperabiliſeſſet, contemplatur neglectam. Quò quum crebrò commearet & colloquia haberet, æſtimata exactè altitudo eſt, ac ſcalæ comparatæ. Feſtum Dianæ Syracuſani agebant. Eum articulum, quum in vinum luſúmque effuſi eſſent, captauit Marcellus, ac priuſquam ciues animaduerterent, non A
turrim modò tenuit, ſed & murum antequam diluceſceret corona militum compleuit, Hexapylúmque effregit. Mouentes ſe & trepidantes ad tumultum Syracuſinos tubarum cantus, ſimulatque ex omni parte auditus eſt, in fugam omnes concitauit, perculitque vehementer, omnia teneri ratos. At munitiſſima & pulcherrima pars ampliſſimáque reſtabat, Acradina vocatur, quòd muro diuiſa ab exteriore vrbe eſſet, cuius vnã partẽ Neapolim, Tychã alterã appellant. Has quũ B
teneret, ſub luce Marcellus Hexapylo ingreſſus vrbem eſt, gratulantibus omnibus eius præfectis. Qui, vt ex ſuperioribus locis vrbem pulcherrimam maximámque ſubiectam oculis vidit, illacrymaſſe multum dicitur, miſeratus imminentem calamitatem, quum ſubiret cogitatio, quàm fœda facies mox vrbis ex præſenti ac ſpecies direptæ à militibus futura eſſet. C
Nam inter præfectos nemo erat qui militibus prædam concedi vrbis ſibi poſtulantibus denegare auderet, 562
quum etiam inſtarent multi vt inflammaretur atque ſolo æquaretur. Cæterùm id planè abnuit Marcellus. D
Conceſſit tamen, ſed id quidem etiam perinuitus, vt pecunia & ſeruitia prædæ eſſent. Edixit autem nequis liberum corpus violaret, néve quem interficeret ciuem, vel ſtupraret, vel in ſeruitutem raperet. Et quãquam eam adhibuiſſet moderationem, miſerandam tamen conditionẽ exiſtimabat illius vrbis, dolorémq; animi ac mœſtitiam vel in tanta gratulatione præferebat, cernens omnia diuturna felicitate cumulata

A bona momento horæ dissipata. Neque enim minus hic prædæ captum quàm Carthagine postea fertur. Nam haud multo pòst, captas proditione reliquas partes vrbis, præter pecuniã regiam quæ in ærarium relata est, vi diripuêre. Præcipuè eædem Marcellus Archimedis ægrè tulit. Erat ille tum fortè mente intentus formis: quum autem in eam cogitationem non animum modò, sed & oculos defixisset, non senserat discursum Romanorum, neque captam vrbem. Cui quũ ex improuiso superuenissent miles, qui sequi eum iussit
B ad Marcellum, noluit priusquam absoluisset propositionem, & adaptasset ad demonstrationem: ita iratus miles stricto gladio Archimedem confodit. Alii autores sunt intercurrentem Romanum illicò ensem intentasse ei ad necem districtum: illum verò, vt respexit, orasse obnixè vt paulisper sustineret, vt ne quod inuestigabat relinqueret minus absolutum & rude, sed militem, nihil ea re motũ, eum trucidauisse. Tertii memorant, dum fert ad Marcellum instrumenta mathematica, horologia, sphæras, angulos, quibus magnitudi-
C nis solis initur ad visum modus, intercurrẽtes milites,
563 quia aurum cum ferre in vasculo opinabantur, illum interemisse. Nam Marcellò quidem casum eius acerbum fuisse, ac percussorem auersatũ cum vt nefarium, & propinquis inquisitis constat habuisse honorem.

Sanè Romanos quidem exteræ nationes habebant insignes bello viros & formidabiles in cõflictibus, sed quum nullum specimen dedissent facilitatis, vel humanitatis, vel ciuilitatis, Marcellus tum ostendisse primus Græcis videtur esse magis insignes iustitiæ Romanos. Ea enim extitit illius in eos quibus quid negotii
D erat cum ipso moderatio, ea etiam in quamplurimas ciuitates & priuatos benignitas, vt siquid de Ætnensibus aut Megarensibus aut Syracusanis consultũ fuerit durius, id expensum ferendum iis in quos recidit, quàm illis qui intulerunt, potius videatur. Vnũ commemorabo ex multis. Oppidulũ Siciliæ est Enguium, non sanè amplum, sed perquàm & deorum præsentia, Matres vocant, nobile. Ædificatum à Cretensibus

templum aiunt, ostendúntque hastas aliquot ac ga- A
leas æreas cum inscriptione partim Merionis, partim Vlyssis, qui eas deabus consecrauerunt. Huic ciuitati studiosissimè partes Pœnorum fouẽti princeps ciuium autor erat Nicias vt ad Romanos deficeret, liberrimè agens & propalã in concionibus, amentiæque aduersarios coarguens. Illi, opes eius atque autoritatem veriti, statuerunt eum vinctum tradere Pœnis. Quod agi iam & asseruari clàm se quum esset odoratus, irreligiosè loquutus est in vulgus de Matribus, multáque B
designauit, quasi negaret & contemneret receptam opinionem de præsentia dearum, gaudentibus inimicis ipsum sibi vltrò imminentem quærere perniciem. Quum eum iamiam prehensuri essent, erat in concione populus. Hic Nicias quum verba ad populum de re 564
quapiam deliberanda faceret, in media oratione abiecit se in terram, paulóque pòst, quũ, vt tali in re solet, immobilem teneret stupor concionem, caput attollẽs & circumferens, subtremulam vocem grauémque intendit, concitauitque paulatim. Vbi conspexit horrore & silentio defixum theatrum, abiecto pallio tunicáque scissa exiliit seminudus, cursúmque ad exitum C
theatri tulit, Matrum se furiis vociferans agi. Quum nemo iniicere manũ homini præ religione neque obsistere auderet, sed cederẽt omnes, extulit se porta, nec vocem vllam vel motum, qualis lymphatorum esse & insanorum solet, prætermisit. Æstus conscia sociáque coniunx, assumptis liberis, primùm pro æde dearum supplex abiecit se: inde palantem illum præ se ferens quærere, nemine impediente oppido excessit incolumis: atque ea ratione Syracusas ad Marcellum euasere. Post multa exinde facinora & contumelias Enguinorum, quum omnes Marcellus in vincula dedisset, statuissétque sumere de iis supplicium, adstitit plenus lacrymarum Nicias. Postremò, ad genua Marcelli aduolutus & deprecatus pro ciuibus suis, est exorsus ab inimicis. Ita fractus ille liberauit omnes, Niciam verò lato agro muneribúsque amplis donauit. Hæc mandauit memoriæ Posidonius philosophus. Porrò D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Marcellus reuocatus à ciuitate Romana ad propin-
quum & ſuburbanum bellum, ad ſuum illuſtrandum
triumphum, & ad decorandam vrbem, deportauit plu-
rima atque pulcherrima ornamẽta Syracuſarum. Ni-
hil enim habuerat aut viderat antè Roma illarum re-
rum politarum & exquiſitarum, neque quicquam e-
rat ibi huiuſce elegantiæ vel fabrefacti vel ſciti. Barba-
ricis armis ſpoliiſque cruore conſperſis referta, atque
vndiq; triũphalibus redimita ornamentis & trophęis
565 non placidum vel amœnum, vel meticuloſorum ho-
B minum ſpectaculũ aut delicatorum erat, ſed vt Bœo-
tiæ campos Martis orcheſtram Epaminondas, Xeno-
phon belli officinam Epheſum, ita, mea quidẽ ſenten-
tia, Romam tum Saturnigenæ templum armiſoni, vt
Pindari verbis vtar, appelles. Vnde gratior ad popu-
lum Marcellus fuit, qui vrbem deliciis exornaſſet, quę
Græcum haberent leporem, gratámque varietatem
præberent ſpectantibus: maioribus natu, Fabius Maxi-
mus. nihil enim ille huius generis attigit, neque tran-
ſtulit ex Tarento capto. Pecuniam & opes egeſſit, ſi-
C gna moueri interdixit. Addidit etiam id quod vulgò
fertur, Relinquamus Tarentinis deos hoſce iratos.
Marcellum verò reprehendebant, primùm quòd inui
diam conflaret vrbi, in qua etiam de diis velut capti-
uis triumpharetur, nedum de hominibus, deinde quòd
enutritam in bellis & agricultura plebem, quæ luxum
vel ſocordiam non guſtauerat, & vt de Hercule Euri-
pides ait,

Rudem artium malarum & rectam in maximis,

in otium coniecíſſet, & loquacitatem de artificiis arti-
D ficibúſque garriendi, plurimum temporis ea in re te-
rentem. Enimuero gloriabatur ille vel apud Græcos
ob id, quòd quæ elegantia apud ipſos atque viſenda e-
ſſent rudes ad id temporis eorum Romanos docuiſſe
colere ac ſuſpicere. Quum verò impedirent inuidi ne
triumphans in vrbem Marcellus inueheretur, quòd reliquiæ belli in Sicilia quædam eſſent, & in o-
culos hominum incurreret tertius triumphus, ceſſit
ipſe. Triumphauit in monte Albano, inde ouans vr-

bem iniit. Ouans autem, non inuehitur curru, ne- A
que laureatus, neque concinitur tubis, ſed pedibus
ingreditur calciatus, modulantibus multis tibiis, co- 566
ronam geſtat myrteam ſicut pacatus, gratus aſpectu
magis quàm metuendus. vnde coniectura ducor, in-
ter ouationem & triumphum nõ ex magnitudine re-
rum geſtarum, ſed ex modo fuiſſe olim diſcrimen. Qui
enim ſignis collatis & cæſis hoſtibus victores redi-
ſſent, Martialem illum & trucem, meo iudicio, duce-
bant triumphum, &, vt moris erat in luſtrando exerci-
tu, multa lauro arma militéſque excolebant: at qui ci- B
tra vim beneuolentia gratia, & verbis cõfeciſſent rem,
iis ducibus pacati huius & plauſibilis celebritatem
dabat mos. Nam pacis inſigne tibia eſt, & myrtus
Veneris planta, quæ à vi & bello præter cæteros deos
deáſque abhorret. Ouatio non eſt dicta, vt plerique
exiſtimant, παρὰ τὸ Εὐαμὰ, quia agãt eam clamore &
cantu Bacchico, verùm Græci ad patriam vocem de-
torſerunt eam dictionem, putantes id decoris etiam
ad Liberũ patrem, quem Εὔιον & Θριαμβὸν appellamus,
ex parte referri. Res autem aliter ſe habet. Trium- C
phantibus enim bouem immolare imperatoribus mo
ris erat, ouantibus ouem: hinc ouationem dixere.
At verò operæpretium eſt Laconicum legiſlatorem,
qui contrà ac Romanus inſtituit ſacrificia, con-
templari. Siquidem Lacedæmone dux depoſito im-
perio, qui aſtu vel blandè agendo rem ſuſceptam con-
fecerat, immolabat bouẽ: gallum gallinaceũ, qui acie.
Qui, quanquam eſſent bellicoſiſſimi, excellentiorem
tamen ac magis congruentem ducebant homini rem
dicendi facultate & ſolertia perpetratam quàm vi &
virtute. verùm vtrum horum rectius ſit relinquo in D
medio. Marcello quartùm conſule ſubornauerunt Sy
racuſanos inimici eius, vt Romam venirẽt accuſatum
eum, queſtúmque apud ſenatum, contra fœdus indi-
gna ſe & hoſtilia paſſos. Erat fortè in Capitolio Mar-
cellus, vbi ſacra faciebat, quũ ſenatũ nondũ dimiſſum 567
ſupplices rogauerũt Syracuſani vt dicẽdi ſibi poteſtatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & postulandi faceret. Eos collega Marcelli emouit cu
ria, indignè ferens ea absente moueri Marcello. Quod
ille vbi intellexit, properè adfuit. Ac primùm, vt con-
sul, præsedit ad senatum de rebus aliis referens: vbi il-
læ explicatæ res fuere, surgens de sella transiit vt pri-
uatus eum in locum vbi dicere causam solent rei, fa-
cultatémque Syracusanis sui accusandi dedit. Illi verò
vehementer consternati maiestate eius & confidentia
fuere, visque horrenda armati longè in prætexta visa
est terribilior ac seuerior. Tandem animati tamen ab
B æmulis Marcelli, instituerunt accusationem, mistám-
que comploratione & querimonia habuerunt oratio-
nem, cuius hæc erat summa, socios & amicos populi
Romani ea se passos quæ multis hostibus inferre cæ-
teri imperatores noluerant. Ad ea respondit Marcel-
lus, quum multa in populum Romanum hostiliter fe-
cissent, nihil eos tamen passos esse, nisi quæ bello victi
& vi capti hostes quin patiantur, non posset impediri.
Sua autem ipsorum culpa captos, quia omnia tentan-
tem audire se noluissent: neque eos tyrannorum vi in
bellum tractos, imò, vt bellum gererent, illos tyranni-
C di impositos fuisse. Finitis orationibus ac Syracusanis
de more curia iectis, Marcellus reliquit ad rogandas
sententias collegam, simúlque cum illis templo exce-
ssit, & expectauit pro valuis curiæ, nec metu ex accusa
tione, nec in Syracusanos ira de gradu suo motus, sed
568 exitum causæ perquam operiens ciuiliter & modestè.
Perrogatis sententiis & senatusconsulto secundũ Mar
cellũ facto, proiecerũt se ad genua eius Syracusani cum
lacrymis, obsecrantes vt veniam daret præsentibus si-
bi, moueretúrque miseria reliquæ ciuitatis, gratam
D eam memorémque benefactorum fore. Ita lenitus
Marcellus, & cum his rediit in gratiam, & exteros Sy
racusanos in fidem & clientelam recepit. Libertatem
quam iis reddiderat, ipsorúmque leges ac res quæ re-
liquæ erant, comprobauit senatus. Quorũ causa cum
alios honores decreuerunt Marcello Syracusani, tum
legem tulerunt, siquando in Siciliam venisset Marcel-
lus posterive eius vt coronati sacra diis Syracusani fa-
cerent.

cerent. Inde contra Annibalem mouit. Quum verò A
cæteri consules & imperatores à clade Cannensi penè
omnes vna arte, ne manus conferrent cum Annibale,
vterentur, neque satis animi ad conferenda cum eo si-
gna, aut ad congrediendum acie haberet quisquam,
diuersam hic initi rationem, existimans, quod con-
sumpturum Annibalem videbatur, eo accisum ab illo
pedetentim iri Italiam, & Fabium, qui nimium cautus
erat, dum expectat vt vnà cum tabescentibus viribus
extingueretur bellum, timidorum & pauidorum more
medicorum, qui medicinam adhibere verentur, mo- B
rantes dum morbum inclinatio virium tollat, parum
rectè censens patriæ morbo mederi. Ac primùm ma-
gnæ in Samnitibus vrbes, quæ defecerant, venerunt
in potestatem eius. Ingentem numerum ibi frumenti
& pecuniæ inuenit, & tria millia militum Annibalis,
qui præsidii causa erant iis in locis relicti, cepit. Pòst
proconsule Cn. Fuluio in Apulia ab Annibale cum vn-
decim tribunis militũ cæso, atque exercitu etiam ma-
gna ex parte contrucidato, per literas populum bono
animo esse iussit, ire se iam in Annibalẽ, vt pellat eum C
ea regione. His recitatis literis, autor Liuius est nõ so-
lùm non allenatum luctum, sed cumulatum etiam fu-
isse timore. Quippe hoc Romani grauius expectabant 569
imminens præterito discrimen, quo Fuluio præstan-
tior esset Marcellus, qui ilico vt scripserat, in Lucanos
aduersus Annibalem transgressus, ad Numistronem
eum adeptus est, locóque plano, quum ille editos col-
les teneret, posuit castra, ac postridie in aciem prior e-
duxit. Nec detrectauit Annibal. Pugnatum est acriter
& diu, sed incerta victoria. Ab hora tertia quũ cõcur- D
rissent, nox ægrè diremit pugnantes. Postero die à sole
orto eduxit iterum copias, atque inter cæsa cadauera
instruxit, lacessens Annibalem, vt de victoria, vtri ce-
deret, dimicarent. Vbi ille mouit castra, lectis hostium
spoliis Marcellus, suisque crematis, vestigiis eius insti-
tit. Quum insidias subinde ille struxisset Marcello, haud
potuit eum vnquã circumuenire. Tumultuariis præ-
liis, quæ fuerunt secunda omnia Marcello, tantam de

A se famam excitauit, vt quum tẽpus comitiorum instaret, visum senatui sit alterum consulem potius ex Sicilia reuocare, quàm instãtem Annibali auocare Marcellum. Cui, vbi adfuit, iusserunt patres vt dictatorem diceret Q. Fabium. Quippe nõ à populo dictator neque ab senatu creatur, sed aut consul aut prætor pro concione, quem probauit, dicit dictatorem. vnde is à dicendo dictator appellatur. Alii, quòd neque ex senatusconsulto neque ex plebiscito, verùm ex sua sententia, quæ sibi placent, imperet, dictatorem aiunt no-
B minatum. nam quæ magistratus decernunt, vocant Romani edicta. At quia collega Marcelli, qui fuit ex Sicilia accitus, alium dicere dictatorem, nec mutare inuitus volebat sententiam, abnauigauit nocte in Siciliam. Ita plebs sciuit vt Q. Fabius dictator diceretur, man-
570 dauitque per literas Marcello senatus, eum vt diceret. Hic morem gerens dixit ex plebiscito dictatorem, ipsi verò in annum imperium proconsulare prorogatum. Quum autem constituisset cum Fabio Maximo, dum ille oppugnaret Tarentum, ipse vt instando trahen-
C dóque sursum atque deorsum Annibalem, ne Tarentinis venire posset subsidio, detineret, ad Cannusium eit eum assequutus. Cui sæpius castra mutanti ac detrectanti certamen, vbique institit. Postremò quú castra metatum vrgeret, leuibus certaminibus excitauit eum ad pugnã, sed nox in ipso ardore pugnantes distraxit. Postero die ostendit se iterum armatum Marcellus, copiásque eduxit in aciem. Itaque vehementi percitus dolore aduocat ad concionem Annibal Pœnos, orátque vt ad obtinẽda priora decora aeriter prę-
D lium ineant: Nam videtis, inquit, vt non læteat à tantis victoriis nobis respirare, nec quietis esse victoribus, nisi hunc hominem impellamus. Inde signis collatis dimicatum est, vbi euentus rei docuit intempestiuo strategemate falsum Marcellum. Dextro cornu laborante duodecimam legionem in primam aciem iubet induci. Ea mutatio, quia turbauit aciem, victoriam dedit hostibus, ceciderúntque duo millia septingenti Romani. Marcellus postquã in castra recepit se, aduocata

concione, Multa video, inquit, arma Romana & cor- A
pora, Romanum ne vnum quidẽ video. Quibus, quum peterent veniam, negauit victis dare se, daturum si vicissent. Postridie se iterum in aciem eductarum, vt prius victoriæ quàm fugæ fama Romam peruenirent. Concione dimissa, cohortibus quæ terga dederant iussit pro tritico hordeum dari, quæ ita acerba fuere militibus, vt quum magnus numerus grauiter saucii forent, neminem vnum ferant fuisse, cui non esset vulneribus tristior ducis oratio. Luce orta, sagulum puni- 571
ceum instantis signum pugnæ propositum est. Cohor- B
tes ignominia notatæ, vt ante signa collocarentur, postulant, idque impetrant. Tum reliquas copias tribuni educunt, primámque aciem subsidiis intersertis firmant. Quod vbi Annibali annuntiatum est, Papæ, inquit, quid hoc homine facias, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest? Solus nec victor sinit nos respirare, nec respirat ipse victus. Nempe perpetuò cum isto dimicabimus, qui ferociæ audaciæque, qua prosperis qua aduersis rebus, prætextum pudorem habet. Inde cõcurrunt acies. Quum anceps pugna esset, C
Annibal elephantos induci in primam aciem, atque in antesignanos imperat agi. Qui vbi conculcatis multis ilico grauiter turbauerunt signa, Hauius tribunus militum signo arrepto occurrit beluis, ac primum elephantum hastili percussum in fugam vertit. Ille in proximum versus & eum & sequentes auertit. Id cernens Marcellus, equitatum magno impetu immittit turbatis, iubéque addi consternatis pauorem, vt sese mutuò obtererent. Equites acri facta impressione ad castra vsque Pœnos cædendo insequuti sunt. Maxi- D
mam stragem hostium cæsæ ruentésque ediderunt beluæ. dicuntur amplius octo millia cæsa. Ex Romano exercitu ceciderunt tria millia, vulnerati ferme omnes fuêre. Quæ res noctis silentio castra mouenti Annibali facultatem dedit longius à Marcello recedendi: cupientem enim insequi prohibuit multitudo saucio-rum. Itaque paruis itineribus in Campaniam mouit, atque vt reficeret milites, Sinuessæ eos per æstatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sub tectis habuit. Quia verò Annibal, vt explicuit se à
Marcello, velut solutus omni metu, liber cum exercitu
circunquaque vagabatur, vrbátque Italiam. Romæ
Marcellus erat aduerso rumore. Cuius obtrectatores
C. Publicium Bibulum tribunum plebis ad suscipien-
572 dam eius accusationem induxerunt, eloquentem vi-
rum & ferocem. Is assiduis concionibus egit ad popu-
lum de imperio ei abrogando, Quando Marcellus, in-
quit, paulisper in bello exercitatus, quasi ex palæstra
ad calida balnea, corporis curandi causa, se recepit.
B His Marcellus nuntiatis, præfecit castris legatos, Ro-
mámque ad diluenda crimina contendit. Et offendit
iam instructam sibi ex illis calumniis accusationem.
Stata die in circo Haminio, quem in locum populus
conuenerat, accusauit eum ex superiore loco Bibulus.
Respondit Marcellus, succincta vsus & simplici o-
ratione. Proceres verò & principes ciuitatis differue-
runt multa de magnitudine eius rerum gestarum li-
berius, monentes populum ne peiores iudices se de-
monstrarent hoste, timiditatis damnantes Marcellum,
C quem solum ille fugeret ex ducibus, moliretúrque
perpetuò, cum hoc vt ne dimicet, & vt dimicet cum
cæteris. Vbi finem dicendi fecêre, tantum fefellit iu-
dicii spes accusatorem, vt non solùm absolueretur à
criminibus Marcellus, verùm etiam quintùm consul
crearetur. Inito consulatu, ingentem Hetruriæ mo-
tum, quæ ad defectionem spectabat, compressit, ingre-
ssúsque oppida animos ciuium molliuit. Hinc, quũ æ-
dis ex præda Siciliensi locatæ, quam Honori & Vir-
tuti vouerat, impediretur à pontificibus dedicatio,
D quòd negarent vnam cellam duobus diis rectè dedi-
cari, ita cœpit addere alteram, iniquo animo impedi-
tam dedicationem ferens, eámque rem quodammo-
do in omen vertit. Et sanè alia multa terrebant eum
prodigia, vt ædes sacræ aliquot de cælo tactæ, & quòd
mures in æde Iouis aurum arrosissent. Nuntiatum fuit
quoque bouem loquutum, & cum elephanti expite
puerum natum superstitem fuisse. Quæ quum expia-
573 rentur, facilè non est litatum, nec impetrata pax deûm.

Quare aruspices eum Romæ gliscentem ardẽtémque A
detinebant. Quippe nullus tanto vllius desiderio rei in-
flammatus quisquam fuit, vt vir ille ad decernendum
acie cum Annibale. Id nocte in somnis obuersari, id
cum familiaribus & collegis vnũ agitare, denique vo-
tum apud deos id esse vnum vt deprehendere in præ-
lio posset Annibalem. Mihi verò videtur ambobus ex-
ercitibus muro vel vallo cinctis cupidissimè cõgressu-
rus cum eo fuisse. Et ni cumulatus honoribus esset,
multisque modis præter quosuis imperatores maturi-
tatem suam prudentiámque probasset, diceres iuuenili B
agitatũ ambitione, suprà quàm id ætatis senem decu-
erat, fuisse. nam sexagesimum excesserat annum quum
quintum consulatum cepit. Tandem sacris, & iis quæ
ad pacẽ deũm pertinẽt, ex aruspicum præscripto per-
petratis, ad bellum cum collega profectus est. Anni-
balem inter Bantiam vrbẽ Venusiámq; statiua haben-
tem multis modis lacessiuit. Cæterùm rem ille prælio
non dux it committendam. Quum autem comperisset
cohortes aliquot Locros Epizephyrios, *id est Occiden-* C
tales, mitti, sub tumulo Petelliæ insidiis positis duo
millia quingentos milites occidit. Id Marcellum stimu
lauit ad dimicandum. vnde propius Annibalem castra
mouit. Tumulus erat inter vtraque castra satis tutam
stationem præbens, sed syluestris, speculáscq; in vtrun-
que latus conuexas habebat, & delabentiũ riuulorum
fontes erant subiecti oculis. Eum locũ mirabãtur Ro-
mani Annibalẽ, quum prior eò veniisset, tam idoneum
non occupauisse, sed reliquisse hostibus. Illi verò com-
modus castris, multo tamen aptior videbatur insidiis.
quo etiam vti maluit. Itaque sagittariorum atque ha- D
statorũ in saltu & cauis magnam manum condidit, 574
certus commoditatem loci allecturam Romanos. Nec
falsus est expectatione. statim enim fremebãt vulgò in
castris Romanis occupandũ eum locum esse, disputa-
bántque, non aliter ac si duces essent, inter se, quantas
opportunitates præreptur i essent hostibus, maximè si
castra eò transtulissent, aut castello certè locum firma-
ssent: mouerúntque Marcellũ vt iret cum paucis equi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tibus eum speculatum. Ille accersito aruspice, immolauit. Prima hostia cæsa, iecur ei sine capite ostendit aruspex: in secúda caput supra modum auctum apparuit, reliquáque vehementer læta comparuere. Ea quum liberare priorum religione viderentur, aruspices magis se terreri iis commouerique ostenderunt, quòd secundum trunca & turpissima exta nimis læta ancipitem commutationis nouitatem reddant. Sed enim

Fatum nec ignis nec murus tenet æneus,

vt ait Pindarus. Igitur collega assumpto Crispino, filióque tribuno militum cum ducentis viginti ad summum equitibus, inter quos Romanus nemo, sed erant
B Hetrusci omnes, præter quadraginta Fregellanos, quorum virtutem Marcellus & fidem vbique perspexerat, proficiscitur. Nemorosus erat opacúsque tumulus, in cuius vertice speculator considebat, tectus ipse ab hostium conspectu, sed oculis castra Romana habebat subiecta. Signo ab eo accepto, illi qui in insidiis locati erant non antè mouerunt se quàm propè accessit Marcellus. Tum subitò exorti omnes ac simul
C vndique circumfusi, iaculis petere, ferire, fugientium terga cædere, resistẽtibus instare. quadraginta Fregellani ii erant. Et quanquam Hetrusci initio fugam statim arripuerunt, hi tamen globo facto propugnabant pro consulibus, donec Crispinus duobus iaculis ictus, equum ad fugam capiendam conuertit, & Marcelli la-
575 tus lancea lata cuspide fuit transfixum. Tum & Fregellani, qui pauci supererant, prolapsum consulem relinquentes, Marcello adolescente & ipso saucio erepto, in castra profugêre. Ceciderunt haud multo am-
D plius quadraginta, lictores quinque, & duodeuiginti equites viui in potestatem hostium venerunt. Crispinus quoque paucis pòst diebus ex vulnetibus moritur. Clades hæc, vt vno in prælio ambo consules caderent, antea inaudita accidit Romanis. Annibal cætera vilipendens, cæde nuntiata Marcelli, ipse confestim properat in tumulum. Corpus contemplanti, postquam diu & robur & speciem considerauit, nullum dictum excidit arrogantius, nec lætitiam vultu, vt alius for-

tassis aeri & graui sublato hoste, præ se tulit, sed ad in- A
sperata mortem obstupescens, annulo eius ablato, corpus eximiè ornatum & cultum honorificè cremauit. Reliquias in argenteam conditas vrnam, iniecta aurea corona, remisit ad filium. Quum autem inferentes vrnam Numidæ quidam delati molirentur eam auferre, repugnantibus illis vi eripuerunt, proiecerúntq; ossa. Quo nuntiato, ad astantes Annibal, Quàm nihil, inquit, potest fieri inuito deo! Numidas inde supplicio affecit, neque vltrà deferendorum ossium vel colligendorum fuit ei cura, quòd nimirum fato quo- B
dam ita inconsultè cecidisset, & inhumatus iaceret Marcellus. Ita Cornelius Nepos & Valerius Maximus memoriæ prodidere: Liuius & Cæsar Augustus delatam ad filium vrnam fuisse, & elatum magnifico funere, autores sunt. Monumentum extra ea quæ Romæ fuerunt, Marcelli gymnasium extitit Catanæ Siciliæ. Signa & tabulæ pictæ ex iis quæ detraxit Sy- 576
racusis, in Samothracia in templo deorum quos Cabiros nominabant, posita, & in æde Mineruæ Lindi, quo loco statuæ eius (vt tradit Posidonius) hoc additum epigramma fuit, C

Ingens hic patriæ lumen Romæ fuit, hospes,
Stemmate Marcellus Claudius ex nobili.
Tèrque quaterque fuit consul, dum bella geruntur,
Atque hostes acie fustulit innumeros.

Proconsulatum autor epigrammatis, quem bis gessit, quinque consulatibus annumerauit. Clara eius progenies vsque ad Marcellum sororis Augusti Octauiæ filium, quem edidit ex C. Marcello, pertinuit. Is in ædilitate sponsus decessit, quũ Cæsaris filiam non ita pri- D
dem in matrimonium duxisset. In cuius honorem & memoriam mater Octauia bibliothecam dedicauit, Cæsar theatrum, quod nomine Marcelli inscripsit.

Hæc sunt quæ memoratu digna apud historicos de M. Marcello & Pelopida comperi. Quorũ ingenii morúmq; quũ summa sit cõsensio, quia fortes ambo & impigri & animosi excelsiq; fuerunt, in eo dũtaxat apparet diuersitas, quòd per multas vrbes, quas in potestatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A redegit, cædem edidit Marcellus. Epaminondas & Pelopidas victoria potiti neminem vnquam interemerunt, neque ciuitatibus libertatem ademerunt. Thebanos etiã ferunt non ita in Orchomenios fuisse præsentibus illis consulturos. Res gestæ mirificæ & amplæ Marcelli aduersus Gallos: vbi pauciſſimis equitibus vallatus, ingentem equitum simul & peditum nu-
577 merum fudit fugauitque, quod ab alio duce haud temere apud rerũ scriptores reperias factum, hostiúmque ducem interemit. Ad quod decus quum contenderet Pelopidas, nõ est id assequutus, sed interemptus
B à tyranno, & ante effectum occupatus est. At his Leuctricam tamen, & illam ad Tegyras nobiliſſimas maximásque pugnas opponas. Furtim verò & ex insidiis non extat res vlla gesta Marcelli, cuiusmodi Pelopidæ, quum rediret ab exilio & tyrannos Thebis interimeret: verùm hoc multũ præ omnibus quæ gesta in vmbra & æstu fuerunt videtur commendandum. Iam Annibal terribilis hostis & durus vrgebat Romanos, sicut vtique Thebanos tum Lacedæmonii. Ve-
C rùm hos ad Tegyras & in Leuctris fusos fugatósque fuisse in confesso est à Pelopida: Annibalem Marcellus (vt Polybius autor est) ne semel quidem fudit, sed inuictum apparet ad Scipionem vsque permansisse. Nos Liuio, Cæsari, Cornelio Nepoti, & inter Græcos regi Iubæ credimus fusum fugatúmque aliquot pugnis à Marcello Annibalis exercitum, sed parũ profecerunt illæ victoriæ ad summam. Apparet autẽ falsum aliquo modo in illis certaminibus fuisse Pœnũ. At mirificũ sanè meritò fuisse videatur, quòd tot fugatis exercitibus,
D tam multis ducibus cæsis, deniq; post totius penè confusionẽ Romani imperii, pares Romanis animos ad cõgrediendum fecerit cũ hoste. Qui enim ingentem illum & inueteratũ timorẽ pauorémque exemit, atque animum de gloria & victoria cum hostibus concertantem militibus reuocauit, erexit, confirmauit, vt non facilè victoriam concederent, sed de ea decertarent pugnarẽntque, vnus vir fuit Marcellus. Quos enim assiduæ clades assuefecerant, præclarè vt putarent se-

cum agi, si fuga elaberentur Annibali, hos docuit A
ignominiosum arbitrari, si victi incolumes essent, ne
faterentur vel tantillum se retulisse pedem, & nisi palmam tulissent, vt angerẽtur. Et quando nullo vnquam 578
prælio Pelopidas, quum ipse præesset exercitui, superatus fuit: Marcellus autem plurimas victorias inter æquales suos retulit, iure sanè is qui non facilè vincebatur, fuit cum inuictissimo, ob plurimas victorias comparandus. At enim Syracusas cepit Marcellus, ille Spartæ potiundæ spe frustratus est. Atqui magis arduum, meo iudicio, fuit propius Spartã signa mouisse B
& primum mortalium transisse Eurotam armatum, quàm domare Siciliã. nisi sanè Epaminondæ citius id factum quàm Pelopidæ, sicut prælium etiam Leuctricum, attribuendum censeas: Marcelli verò rerum gestarum illibatum & integrum decus esse. nanque Syracusas solus cepit, Gallos absque collega fudit fugauitque: denique cum Annibale nemine socio, deterrentibus eum omnibus, certauit, mutatáque belli facie dux ad audẽdum princeps extitit. Exitum certè neu-
trius laudo horum, imò ingemisco & angor inopi- C
nato isto casu. Equidem admiror in tot conflictibus, quot deficiat dies recensentem, ne vulnus quidem accepisse Annibalem. Commendo etiam in Cyropædia Chrysantem, qui sublato ense percussurus hostem, vt signum receptui datum est, omisit hostem, placidéq; & modestè recepit se. Verùm Pelopidam excusat tamen, quæ in pugnæ articulo ardentẽ ad persequẽdam pœnam non ignauè excitauit, ira.

Primum est vt incolumis sit victoriam
Dux assequens, secundum honestè vt oppetat, D

vt ait Euripides: tum enim non incommodum oblatum, sed actio dicitur decedentis mors. Iam præter flammam, Pelopidæ etiam victoriæ finis, qui in cæde positus tyranni erat, oculis subiectus non omnino rapuit illum inconsultè: quippe aliud cum tam præclara & splendida coniunctum materia non ita obuium erat arripere decus. Marcellus verò, quum neque magno- 579
pere ex re esset, neque feruor memem eius, vt ferè in

A præsenti solet discrimine, moueret de gradu, præcipitans semetipse, inexploratò incidit in periculum: qui non ducis, sed antecursoris cuiuspiam vel speculatoris more, quinque consulatus, tres triumphos, spolia, victoriarumque parta de regibus decora, mercenariis Pœnorum Hispanis Numidisque obiecit conculcanda, vt vel illi ipsi eum inuiderint sibi successum, quòd virum inter Romanos fortissimum, potentissimum, ac clarissimum, obiter inter Hregellanos oppressissent exploratores. Hæc nemo nos animo accusatorio, sed vi-
B cem illorum ipsorum liberè castigandi gratia eos, eorumque virtutem retulisse existimet, cui, dum vitam spiritumque vilipendunt, reliquas dotes suas tulerunt expensas, tanquam sibi, non patriæ magis socisque atque amicis perirent. A morte Pelopidæ socii, pro quibus ceciderat, funus fecerunt: hostes, à quibus fuerat interfectus, Marcello. optandum illud & fortunatum. Sed excellit præstátque gratiam repẽdenti beneuolentiæ honorans infestátem virtutem inimicitia. siquidem virtus hic honorem sola vendicat, illic com-
C modum & fructus potius quàm virtus diligitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca